

F.R. BACONIS  
De  
VERVLA M.  
Angliae Cancellarii  
DE  
AVGMENTIS  
SCIENTIARVM  
Lib. IX.

AMSTELÆDAMI,  
*Sumptibus Joannis Raresteiniij. 1662*



名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943


JAPAN




名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943



名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943



名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943



名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943



名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943



AMICE LECTOR.

**H**oc Opus de Augmentis Scientiarum, Novo ejusdem Autoris Organo si pramittatur, non modo neceſſariam ei lucem praberet; sed & Partitiones continent scientiarum que primam Inſtitutionis magne partem conſtituent quas idcirco auctor in ipso Organi limine retrahere noluit. Hac te ſcire volebam.

GUILLIELMUS RAUVLEY,  
Sacra Theologie Professor,

Illuſtrissimi Domini

D. FRANCISCI BACONIS  
DE VERULAMIO,  
Vice-Comitis Sancti Albani,  
Sacellanus,  
LECTORI S.

**G**UM Domino meo placuerit, eo mc dignari honore, ut in edendis Operibus suis, opera mea uifus sit; non abſte fore exiſtimavi, si Lectorem de aliquibus, quæ ad hunc primum Tomum pertinent, breviter moncam. Tractatum istum, de Dignitate & Augmentis Scientiarum, ante annos octo-

A 2 de-



名古屋大学附属図書館所蔵 Hobbes I 40695943  
Nagoya University Library, Hobbes I, 40695943

AD LECTOREM.

decim edidit Dominatio sua, Lingua patria, in duos tantummodo Libros distributum, & *Regiae sue Majestati* dicavit, quod & nunc facit. Non ita pridem animum adjecit, ut in Latinam Linguam verteretur. Inaudierat liquidem, illud apud Extberos expeti: Quinetiam solebat subinde dicere, *Libros modernis Linguis conscriptos, non ita multo post decocturos.* Ejus igitur *Translationem*, ab insignioribus quibusdam Eloquentia Viris elaboratam, propria quoque Recensione castigata, jam emitit. Ac *Liber primus* certe, quasi mera *Translatio* est, in paucis admonendum mutatus: At reliqui *Oeto*, qui *Partitiones Scientiarum* tradunt, atque unico ante Libro con-

AD LECTOREM.

continebantur, ut *novum Opus*, & nunc primum editum, prodit. Causa autem precipua, quae Dominationem suam movit, ut Opus hoc retractaret, & in plurimi amplificaret, ea fuit; *Quod in Instaurazione Magna* (quamdiu postea edidit) *Partitiones Scientiarum* pro prima *Instaurazione* Parte constituit; quam sequeretur *Novum Organum*, de in *Historia Naturalis*, & sic deinceps. Cum igitur reperiret, Partem eam de *Partitionibus Scientiarum* jam pridem elaboratam, ( licet minus solide quam Argumenti Dignitas postularet) optimum fore putavit, si retractaret, & redigeretur in opus justum & completum. Atque hoc pacto Fidem suam liberari intel-

A 3      ligit,



AD LECTOREM.  
ligit, de prima Parte *Institutionis* præstitam. Quantum ad *Opus* ipsum, non est Tenuitatis meæ, de eo aliquid præfari. Præconium ei, quod optime conveniat, existimo futurum illud, quod Demosthenes interdum dicere solebat de rebus gestis Atheniensium veterum; *Laudatorem iis dignum esse solummodo Tempus. Deum Opt. Max.* obnoxie precor, ut pro *Dignitate Operis*, Fructus uberes, diuturnique, & *Auctori*, & *Lectori* contingant.

Parti-

Partitiones Scientiarum & Argumenta singulorum Capitum.

## L I B E R II

### C A P. I.

**P**artitio Universalis Doctrinae Humanae, in Historiam, Poësim, Philosophiam: Secundum tres Facultates Intellectus; Memoriam; Phantasiam; Rationem: Quodque eadem Partitio competit etiam Theologica.

### C A P. II.

Partitio Historia in Naturalem, & Civilem: Ecclesiastica & Literaria sub Civili comprehensis: Partitio Historia naturalis, ex Subiecto suo, in Historiam Generationum, Pretergenerationum, & Artium.

### C A P. III.

Partitio Historie Naturalis secunda, ex Usu & Fine suo, in Narratione  
A 4 vam,



PARTITIONES

vam, & Inductivam; Quodque *Fini's* nobilissimus *Historia Naturalis* sit, ut ministret, & in ordine sit, ad condendas Philosophiam; quem *Finem* intuetur *Inductiva*. Partitio *Historiae Generationum*, in *Historiam celestium*, *Historiam meteororum*, *Historiam Globi Terra & Maris*: *historiam massarum*, sive *Collegiorum majorum*, & *historiam specierum*, sive *Collegiorum minorum*.

C A P. IV.

Partitio *historiae civilis*, in *Ecclesiasticam*, *literariam*, & (qua generis nomen retinet) *civilis*: Quodque *historia literaria* desideretur. Ejus conficienda præcepta.

C A P. V.

De dignitate & difficultate *historia civilis*.

C A P. VI

Partitio prima *historia civilis* (*specialis*) in *memorias*, *antiquitates*, & *historiam justam*.

C A P.

SCIENTIARUM.

C A P. VII.

Partitio *historia justae*, in *chronica temporum*, *vitas personarum*, & *relationes actionum*: carum partium explicatio.

C A P. VIII.

Partitio *historie temporum*, in *historiam universalem*, & *particulariem*. Utriusque commoda, & incommoda.

C A P. IX.

Partitio secunda *historie temporum*, in *Annales*, & *alta diurna*.

C A P. X.

Partitio secunda *historie civilis* (*specialis*), in *meram*, & *mixtam*.

C A P. XI.

Partitio *historia Ecclesiastica*; in *Ecclesiasticam specialem*, *historiam ad Prophetias*, & *historiam Nemescos*.

A f

C A P.



PARTITIONES

C A P . XII.

De Appendicibus historie, quæ circa verba hominum (quemadmodum historia ipsa circa facta) versantur: Partitio earum in orationes, epistolas, & apophthegmata.

C A P . XIII.

De secundo membro principali doctrina humanae, nemp̄ Poesi. Partitio Poeseos in narrativam, dramatricam, & parabolicam. Exempla parabolica tria proponuntur.

L I B E R III.

C A P . I.

Partitio scientie in Theologiam, & Philosophiam. Partitio Philosophie in doctrinas tres: De Namine, De Natura, De Homine. Constitutio Philosophia prima, ut Matris communis omnium.

C A P . II.

De Theologia Naturali: & Doctrina:

SCIENTIARUM.

Drina de Angelis & Spiritibus, quæ ejusdem est Appendix.

C A P . III.

Partitio Naturalis Philosophia, in speculativam, & operativam: quodque illa duæ, & in intentione translatanis, & in corpore tractatus, segregari debeant.

C A P . IV.

Partitio doctrine speculativa de Natura, in Physicam, (specialem,) & Metaphysicam: Quarum Physica causans efficientem, & materiam: Metaphysica causam finalem, & formam, inquirit. Partitio Physica (Spec.) in doctrinas de principiis rerum, de fabrica rerum, sive de mundo, & de varietate rerum. Partitio doctrina de varietate rerum, in doctrinam de concretis, & doctrinam de abstractis. Partitio doctrina de concretis, rejicitur ad easdem Partitiones, quas suscipit historia naturalis. Partitio do-

A 6      Etinae



## PARTITIONES

*Erine de abstractis, in doctrinam de Schematicis materia, & doctrinam de moribus. Appendices duæ Physica speculative: Problematia naturalia, placita antiquorum philosophorum. Partitio Metaphysica, in Doctrinam de formis, & doctrinam de causis finalibus.*

## C A P. V.

Partitio operative doctrine de natura, in Mechanicam, & Magiam: Quæ respondent partibus speculativa: Physica Mechanica, Metaphysica Magia. Expurgatio vocabuli Magia. Appendices duæ operative, Inventarium opum humanarum, & Catalogus Polychrestorum.

## C A P. VI

De Magna Philosophia Naturalis, tam speculative, quam operative, Appendix Mathematica: Quodque inter Appendices potius poni debet, quam inter scientias substantivas.

Par-

## SCIENTIARUM

Partitio Mathematica, in puram, & mixtam.

## L I B E R IV.

### C A P. I.

Partitio doctrine de homine, in Philosophiam humanitatis, & civilens. Partitio Philosophia humanitatis, in doctrinam circa corpus hominis, & doctrinam circa animam hominis. Constitutio unius doctrine generalis de natura, sive de statu hominis. Partitio doctrine de statu hominis, in doctrinam de persona hominis, & de fidei animi & corporis. Partitio doctrine de persona hominis, in doctrinam de miseriis hominis, & de prerogativis. Partitio doctrine de fidei, in doctrinam de indicationibus, & de impressionibus. Assignatio physiognomie & interpretationis somniorum naturalium, doctrina de indicationibus.

### C A P. II.

Partitio doctrine circa corpus hominis,





PARTITIONES

minis, in Medicinam, Cosmeticam,  
Athleticam, & voluntariam. Partitio  
Medicina in officia tria; vid. in  
conservationem sanitatis, curationem  
morborum, & prolongationem vita.  
Quodque pars postrema de prolon-  
gatione vita disjungi debeat à duabus  
reliquis.

C A P. III.

Partitio philosophie humana circa  
animam, in doctrinam de spiraculo,  
& doctrinam de anima sensibili, sive  
producta. Partitio secunda ejusdem  
Philosophie, in doctrinam de substan-  
tia & facultatibus anima, & doctri-  
nam de usu, & objectis facultatum.  
Appendices duas doctrina de faculta-  
tibus anima, doctrina de divinatione  
naturali, & doctrina de fascinatione.  
Distributio facultatum anima sensi-  
bilia, in motum, & sensum.

LI-

SCIENTIARUM

L I B E R . V.

C A P. I.

Partitio doctrina circa usum & ob-  
jecta facultatum anime humana, in  
Logicam, & Ethicam. Partitio Logi-  
cam, in artes inveniendi, judicandi,  
retinendi, & tradendi.

C A P. II.

Partitio inventiva, in inventivam  
artium & argumentorum: Quodque  
prior harum ( quæ eminet ) deside-  
ratur. Partitio inventiva artium, in  
experienciam literatam, & organum  
novum. Delineatio experientia li-  
terata.

C A P. III.

Partitio inventiva, argumentorum,  
in promptuarium, & topicam. Parti-  
tio topica, in generalem, & particu-  
larem. Exemplum topica particu-  
laris, in inquisitione de gravi &  
levi.

C A P.

PARTITIONES

C A P . IV.

Partitio artis judicandi, in judicium per inductionem, & per syllogismum. Quorum prius aggregatur organo novo. Partitio prima iudicij per syllogismum, in reductionem rectam, & inversam. Partitio secunda ejus, in analyticam, & doctrinam de Elenchis. Partitio doctrina de Elenchis, in Elenchos sophismatum, Elenchos Hermeniae, & Elenchos imaginum, five idolorum. Partitio idolorum, in idola tribus, idola specie, & idola fori. Appendix artis judicandi, vid. De Analogia demonstrationum pro Natura subjecti.

C A P . V.

Partitio artis retinendi five retentive, in doctrinam de adminiculis memorie, & doctrinam de memoria ipsa. Partitio doctrina de memoria ipsa, in prænotionem, & emblema.

LIBER

SCIENTIARUM

LIBER VI

C A P . I.

Partitio traditiva; in doctrinam de organo sermonis, doctrinam de methodo sermonis, & doctrinam de illustratione sermonis. Partitio doctrina de organo sermonis, in doctrinam de notis rerum, de locutione, & de scriptione. Quarum dux posteriores Grammaticans constituent, ejusque partitiones sunt. Partitio doctrina de notis rerum, in Hieroglyphica, & Charakteres reales. Partitio secunda Grammatica, in literariam, & Philosophantem. Aggregatio Poesios quoad metrum, ad doctrinam de locutione. Aggregatio doctrinae de cypbris, ad doctrinam de scriptione.

C A P . II.

Doctrina de Methodo sermonis, constituitur ut pars traditiva substantiva & principalis. Nomen ei inditur prudentia traditiva. Enumerantur Methodi-



PARTITIONES

Methodis genera diversa, & subjun-  
guntur eorum commoda, & incom-  
moda.

C A P . III.

De fundamentis & officio doctrinae  
de illustratione sermonis, sive Rhetori-  
ce. Appendices tres Rhetoricae, quae  
ad promptuariam tantummodo perti-  
nent: colores boni & mali, tam sim-  
plicis, quam comparatis: antisbeta  
revum: formula minores orationum.

C A P . IV.

Appendices generales duæ tradi-  
tive, critica, & padagogica.

L I B E R . VII.

C A P . I.

Partitio Ethick, in doctrinam de  
exemplari, & Georgica animi. Parti-  
tio exemplaria (scilicet boni) in bonum  
simplex, & bonum comparatum. Par-  
titio boni simplicis, in bonum indivi-  
duale, & bonum communionis.

C A P .

SCIENTIARUM.

C A P . II.

Partitio boni individualis, vel suita-  
tis, in bonum actuum & bonum pas-  
sivum. Partitio boni passivi, in bonum  
conservativum, & bonum perfecti-  
vum. Partitio boni communionis, in  
officia generalia, & reflectiva.

C A P . III.


Partitio doctrinae de cultura ani-  
mi, in doctrinam de characteribus a-  
nimorum, de affectibus, & de reme-  
diis, sive curationibus. Appendix do-  
ctrina ejusdem, de congruitate inter  
bonum animi, & bonum corporis.

L I B E R . VIII.

C A P . I.

Partitio doctrinae civilis, in doctri-  
nam de conversatione, doctrinam de  
negotiis, & doctrinam de Imperio,  
sive Repub.

C A P .



PARTIT. SCIENTIAR.

CAP. II.

Partitio doctrinae de negotiis, in doctrinam de occasionibus sparsis, & doctrinam de ambitu vite. Exemplum doctrinae de occasionibus sparsis, ex parabolis aliquibus Salomonis. Praecepta de ambitu vite.

CAP. III.

Partitiones doctrinae de Imperio si-  
ve Repub. omittuntur: Tantum adi-  
tus sit ad desiderata duo: Doctrinam  
de proferendis finibus Imperii, & do-  
ctrinam de justitia universalis, sive  
de fontibus iuris: Exempla utriusque,

LIBER IX.

CAP. I.

Partitiones Theologie inspiratae o-  
mittuntur: Tantum aditus sit ad de-  
siderata tria: doctrinam de legitimo u-  
su rationis humanae in divinis, doctri-  
nam de gradibus unitatis in Civitate  
Dei, & emanationes scripturarum.

FRAN-

FRANCISCI BACONIS

DE VERULAMIO,

Vice-Comitis sancti Albani,

De dignitate & augmentis  
scientiarum,

LITER PRIMUS.

**S**ic Ub Veteri Lege, Rex optime,  
erant & spontaneae Oblationes,  
& quotidiana Sacrificia; Hec ex  
rituali cultu, illæ ex piâ Alacritate  
protectæ. Arbitror evidenter, debet ta-  
le quidpiam Regibus à Servis suis; ut scilicet  
et quaque nos solidam Mancis sui Tributa-  
ta, sed & Amoris Pignora deferat. Atque in  
prioribus illis, spero me minime defuturum,  
In Posteriori autem genere dubitavi, quid  
potissimum sumerem: Satis autem vilium  
est, hujusmodi aliquid deligere, quod potius  
ad personæ tue Excellentiam, quam ad  
Negotia Coronæ spectaret.

Ego sapissimè de Majestate tuâ, ut de-  
beo, cogitans, {missis aliis sive Virtutis,  
sive Fortune tuo Donibus} magna prot-  
sus officior admiratione, cum intucor Ex-  
cellentiam earum in te Virtutum, Facul-  
tatuumque, quas Philosophi Intellectuales

70



## 2 DE AUGM. SCIENT.

vocant: Capacitatem Ingenii tot & tanta complexam, Firmitudinem Memoriz, Prehensionis Velocitatem, Judicij Penetracionem, Elocutionisque Ordinem, simul & Facilitatem. Subit profectò Animum quandoque Dogma illud Platonicum, quo affectuit, Scientiam nihil aliud est, quam Reminiscentiam; Animumque naturaliter omnia cognoscere, natura luci, quam specie corporis obumbrascerat, subinde redditum. Ceterè hujus rei ( si in quo alio ) relucet in Majestate tua Exemplum insigne; cui adeo prompta est Mens ad concepiendam Flammam, ubi vel levissima eam excitaverit obiecta Occasio, vel minima aliena Cognitionis scientia abfulserit. Quemadmodum igitur, de Regum sapientissimo, Sacra perhibet Scriptura, Cor illi suffit, tanquam Arernam Marii: cuius quanquam Mala prægandis, Partes tamen minutissimæ; sic Mentis indidit Deus Majestati tuae crasim planè mirabilem, que cum maxima queque complectatur, minima tamen prehendat, nec patiatur effluere. Cum per difficile videatur, vel potius impossibile in Naturâ, ut idem Instrumentum, & grandia Opera, & pusilla aptè disponat. Quantum ad Elocutionem tuam, occurrit illud Cornelii Taciti de Augusto Cæsare; Augusto, inquit, profluens & quis principem virum deceret, eloquentia fuit. Sane si rectè rem perpendamus,

## LIBER I.

mas, omnis Oratio aut laboriosa, aut affectata, aut Imitatrix, quamvis alioquin excellens nefcio quid servile olet, nec fui juris est. Tuum autem dicendi genus verè Regium est, profluens tanquam à Fonte, & infinitum, sicut Natura Ordo posuit, Roris diductum suis plenum facilitatis felicitaque, imitans neminem, nemini imitabile. Atque sicut in Rebus tuis, que tam ad Regnum, quam ad Dominum tuam spectant, Virtus videtur cum Fortunâ certare; Mortes scilicet optimi cum felici Regimine; Spes tue olim patienter & pie cohabitæ, cum fausta & opportuna spectatorum adoptione; Thori Conjugalis sanctæ fides, cum fructu Conjugi beato, in Sobole pulcherissimâ; Pia, & Principe Christiano dignissima ad pacem propensio, cum simili vicinorum Principum inclinatione, in idem votum feliciter conspirantium: Sic & in intellectu tui Doubus non levior exoritur lis & armatio, si eas, que à Naturâ ipsâ praebitæ sunt & infusa, cum instructissima gaza multiplicis Errationis, & plurimarum Artium Scientiâ committantur. Neque vero facile fuerit, Regem aliquem post Christianum natum repetire, qui fuerit Majestati tuae, Literarum Divinarum & Humanarum varietate & cultura comparandus. Percutias, qui voluerit, Imperatorum & Regum seriem, & juxta mecum sentier. Magnum certè quidam



\* D I A U G M. S C I E N T.

dam prætare Reges videnter , si delibantes aliorum Ingenua ex compendio sapiant , aut in Cortice Doctrina aliquatenus hæreane , aut desique literatos ament , evanquæque . At Regem , & Regem natum , veros Eruditio nis Fontes haueisse , inq; ipsiusmet Fons tem Eruditionis esse , prop̄ abest à Miraculo . Tux etiā Majestati etiam illud accedit , quod in eodem Peccoris cui Scrinio , Sacre Literæ cum profani recordantur , adeo ut cum Hermete illo Trismegisto , triplici glo ria insigniatis , Potestate Regis , Illuminatio ne Sacerdotis , Eruditionis Philosophi . Cum igitur alios R̄ges longè hac laude ( proprie que tua est ) luperes , acquoniam est , ut non solum præsentis Seculi fama , & admittatio nes , celebretur , aut etiam Historiarum lumine posteritas transmittatur , verum ut solido aliquo in Opere incidatur , quod & Regis Magni potentiam denotet , & Regis tam insigniter Docti Imaginem re ferat .

Quare ( ut ad Incep tum revertar ) nulla potius mali vita est Oblatio , quam Tractatus aliquis cō speciæ . Hujus Argumentum diabulus constabat Partibus . In priori ( quæ levior est , neque tamen ullo modo pratermittenda ) de Scientiæ & Literarum per omnia excellentia agendum est ; & simul de Merito eorum , qui in iisdem provebendis operam stenue & cum judicio impendunt .

Po-

L I B R E R I .

Posterior vero Pars ( quod Capit rei est ) proponet , quid in hoc genere hucusque sicutum sit , & perfectum ; insuper & exper stringeret quæ videntur desiderari ; ut quamvis non ausim seponere , aut deligere , tue quod præcipue Majestati commendem ; ta men multa & varia representando , Regias tuas Cogitationes excitare possem , ut proprios Peccoris tui Thesauros excutias , atque inde pro magnanimitate tua , atque sapientia , optimæ quoque , ad Attium & Scientiarum Terminus proferendos , de penses .

In ipso Vestibulo prioris Partis , ad purgandam viam , & quasi indicendum silentium , quo melius audirent Testimonia de Dignitate Literarum , absque Oblatratione tacitarum Objectionum , statui primo loco liberare literas optibzis , & vilipendibzis , quibus impedit eas Ignorantia ; sed Ignorancia , sub non uno schemate : modo in Theologorum Zelotypia , modo in Politicorum sapientia , modo in ipsorum Literatorum erroribus scilicet ostentans , & prodens . Audio primos dicentes , Scientiam inter ea esse , quæ parce cauteque admittenda sunt . Scientia minima appetitu scilicet primum Peccatum , unde Hominis lapsus ; hodie que hæc Serpentum quid in ea , siquidem Ingrediens tumorem inducit ; Scientia inflat . Salomonem censere : Faciens liberos

B

nullum



nullum esse finem , multaque lectionem carni esse afflictionem ; & alibi , In multa sapientia multam esse indignationem ; & , Qui auges scientiam , auger & dolorem . D . Paulus monitum est , Non discipulatur per inanem Philosophiam : Quin & experientia nouum esse , doctissimos Viros , Hareticorum Co-  
ryphaeos , doctissima Secula , in Atheismum proclivia fuisse ; Contemplationem denique Secundarum Caefarum , authoritati Pneumi-  
Causae derogare .

Ut igitur Fallistem hujus Dogmatis , Fundamentaque ejus male jacta speriamus , cuius obviam est , istos non percipere , Scientiam , quae Lapsum peperit , non fuisti puram illam , primitigenianque Scientiam Naturalem , cujus lumine Homo Animalibus in Paradiſo adductis , Nomina ex Natura impo-  
suit ; sed superbum illam Boni & mali , per quam excutere Deum , sibique ipsi legem figere ambit . Neque certe vis ulla Scientiae , quanta quanta sit , inflat mentem , cum nihil implere Animum , nemus distendere possit , praeter Deum , Deique contemplacio-  
nem . Quare Salomon , de diuobus palmatis Inventionis sensibus ( Visu atque Auditu ) loquens , ait , Oculum vidando , anrem audiendo non facio . Quod si non sit Impletio , sequitur , Continens major est Contentio . Haud aliter de Scientia ipsa , Animoque hu-  
mano , ( cui Sensus sunt tanquam Emisarii )

defini-

7  
definit his verbis , quae Calendatio suo , Ephemeridique , omnium rerum tempora de-  
serbenti , subnequit , ita conclusens ; Omnia  
Deus condidit , ut nonnunquamque pulchrum sit  
in tempore suo . Mundum quoque ipsum indi-  
dit Coru[m] eorum : inventire tamen Homo non  
potest opus , quod operatus est Deus , ab initio  
usque ad finem . Quibus verbis haud obfus-  
ce inuit , Deum fabricatum esse Animum  
humanum instar speculi , totus Mundi capa-  
cem , ejusque non minus fiduciem , quam  
oculum Luminis : neque gestientem solum  
conspicere varietates vicissitudinesque Tem-  
potum , verum etiam perscrutandi exploran-  
dique immortas atque inviolabiles Nature  
Leges & Decreta ambitiosum . Et etiamvis  
innuere videatur , summan illam Naturae  
economiam ( quam appellar Opus , quod ope-  
ratur Deus ab initio usque ad finem ) non  
posse inventari ab Homine ; hoc non detra-  
hit captiu[m] humano , sed in Impedimenta Do-  
ctrinae reſicientium , qualia sunt Vita brevi-  
tas , Studiorum divertia , Scientiarum tradicio-  
n[is] prava & infida , plurimisque alia incon-  
moda , quibus humana conditio irretetur .  
Si quidem nullam Universi partem , ab hu-  
mana disquisitione alienam esse , fatus clare  
alibi docet , inquiens , Spiritus est tanquam  
lucerna Dei , qua intima arcana explorat .  
Quare si tanta sit amplitudo captus humani ,  
manifestum est , nullum esse periculum à

B 2

quasi-

2 DE AUGM. SCIENT.

quantitate Scientie, ut ut diffusa, ne aut tumore inducat, aut excelsum à qualitate tantum, quae quantulae unq. sit, si abliq; Antidotum sua sumatur, malignum quid haber, atque venenatum, flatuolis symptomatis plenificum. Hæc Antidotum, sive Aroma, (cuius mixtio temperat Scientiam, eamque saluberrimam efficit) est Charitas. Quod etiam priori clausulis subiungit Apoltoius, dicens, Scientia inflat, charitas autem edificat. Cui conlonus est, quod alibi docet, Si, inquit, linguis loquar Angelorum, vel hominum, charitatatem autem non habeam, factis suis velut as resonans, aut cymbalibus tintinnans. Non quin exentiun quid sit loqui Linguis Angelorum & Hominum, sed quia si legigeretur à Charitate, neque ad commune Humani Generis bonum dirigatur, potius inanem gloriam exhibebit, quam solidum frumentum. Censuram quod attinet Salomonis, de excelsum legendi ferendisque Libros, & cruciatu spiritus è Scientia oriundo; Monitumque etiam Paulum, Ne decipiatur per inanem philosophiam: si recte explicentur ea, optime offendent veros cancellios, quibus humana scientia circumsepit, ita tamquam ut liberum sit ei, absque omni coarctatione universam rerum naturam amplecti. Sunt enim limites tuis. Primus, ne ita felicitatem collocemus in Scientia, ut interim Mortalitatis nostraræ Oblivio subrepatur. Secundus,

LIBER I.

cendus, ne sic utamur scientia, ut anxietatem pariat, non animi tranquillitatem. Tertius, ne putemus, posse nos, per Naturæ contemplationem, Mysteria Divina alegari. Nam quantum ad primum, optime in eodem Libro alibi se Solomon explicat. Satiri, inquit, perfexi, Sapientiam tantum recedere à studiis, quantum Lucem à Tenebris. Sapientis oculi in epopeo ejus, studiis in tenebris oberrat; sed famul didici, moriendo necessitatem utriusque esse communem. De secundo certum est, nullam Animis anxietatem, aut perturbationem, ostendit Scientia, nisi tantum per accidens. Omnis enim Scientia, & Admiratio, (qua est semper Scientia) per se iucunda est: cum autem Conclusiones inde deducuntur, qua obliquè rebus nostris applicantur, vel infinitos mentis gigant, vel immodeicas cupiditates, tum demum nascitur Crucifixus ille, & Perturbatio mentis qua de loquimur: tunc enim Scientia non est amplius Lumen sicutum, (at voluit Heraclitus ille obscurus, Lumen sicutum opima anima) sed sit lumen madidum, atque humoribus Affectionem maceratum. Tertia regula accuratiorem paulò disquisitionem postulat, neque sicco pede praetereenda est. Siquis enim ex Retrum Sensibilium & Materialium intuitu, tantum Luminis alegari speret, quantum ad patefaciendum Diynam Naturam aut Voluntatem



sufficiet, ne iste decipitur per manum philosophiam. Etenim Contemplatio Creaturarum, quantum ad Creatures ipsas, product Sciemtiam; quantum ad Deum, Admirationem tantum, quae est qualis abupta Scientia. Ideo que scitilicet dixit quidam Platonicus: *Sensus humanes solem referre, qui quidem reuelat terrestrem globum, cælestium vero & stellæ obfignat.* sic sensus referunt Naturalia, Divina occultant. Atque hinc evenit, nonnullos è doctiorum manipulo in hereticis lapsose, quom ceratis sensibus alii innixi, ad Divina evolare contenderent. Namque eos, qui autumant, nimiam Scientiam inclinare mentem in Atheismum; Ignorantiamque Secundarum Causarum, Pietati erga primam obfetricari: libenter compellarem Jobi questione, *An eportas mentori pro Deo, & eis gratia datum legum convenias, ut ipsi gratificemur?* Liqueat enim, Deum habili operati ordinatio in natura, nisi per secundas. Cujus divesum credi si vellent, impostura mera esset, quasi ingratiam Dei, & nihil aliud, quam Authori veritatis, immundam mendacij hostiam immolare. Quin potius certissimum est, atque experientia comprobatum, leves gustus in philosophia moveare fortasse ad Atheismum, sed pleniores haustus ad Religionem reducere. Namque in limine Philosophiae, cum secunda cause, tanquam sensibus proxima,

Inge-

ingerant se Menti Humanæ, Mensque ipsa in illis herent, atque commorentur. Oblivio prima Causa obsecere possit. Si quis ulterus pergit, Causarumque Dependentiæ, Seiem, & Concatenationem, atque opera providentis intueratur, tunc secundum Poecularum Mythologiam facile credet, Summum Naturalis Catena Annulum Pedis Solii Jovis asfigi. Ut semel dicam, Nemo male applicate. Sibertianis moderationis que famam captans, posse nos nimium prægredi, in libris five Scripturarum, five Creaturarum, Theologia aut Philosophia, existimare; quiniam excident se Homines, & infinitos profectus audacter urgeant uterbiique & persequantur; caveotes tantum, ne Scientia utatur ad tumorem, non ad charitatem, ad ostentationem, non ad ulium; & turbas, ne distinctas illas Theologia Philosophiaque doctrinas, earumque Latices impetrare misceant ac confundant.

Accedamus nunc ad Opprobria, quibus literas aspergunt Politie. Illa ejusmodi sunt: Artes emollire animos, Militarie Glorie inepios reddere: tum in politiæ quoque corrupte Ingenia; que vel nimis curiosa efficiunt ex Varietate Lectionis; vel nimis pertinacia ex Rigore Regularum; vel nimis tumida ex Magnitudine Exemplorum; vel nimis extravagans ex Dissimilitudine Exemplorum: quin sultem utcumque avert-



re & alienare Animos à Negotiis, & Actione, Oti ac Seceilus amorem instillantes: dein Rebuspub. inducere Discipline Relationem, dum unusquisque promptior est ad Disputandum, quam ad Obtemperandum. Unde Cato Censorius, cum primis Mortalium sapiens, ubi: juvenis Romana ad Carnearium Philosophum, qui venerat Romanum Legatum, dulcedine atque Majestate Eloquentiae ejus capta undique conserret, frequenti Senatu Author fuit, ut expeditis Negotiis, primo quoque tempore dimitterent Hominem, ne Civium Animos inficeret, & fascinaret, & nec opinantibus Morum Confutandisunque patriarum mutationem indiceret. Hoc etiam permovit Virgilium, (dum Studii sui Patrie existimatione posthaberet) ut Artes Politicas à Literatis segregaret, illas Romanis vendicans, has Graecis relinquent, in versibus illis decantatis;

*Tu regere imperio populos, Romane,  
memento,*

*Hæc tibi erunt artes.*

Videmus etiam, Anytum, Socratis Accusatorem, pro crimen ei objecisse, quod vi & veritate Sermonum ac Disputationum suarum, Authoritatem & Reverentiam Legum, Confutandisunque patriarum, apud Adolescentes immoueret; quodque Aitem profiteretur perniciosem, & periculo plenam,

quā

quā quis instructus, deteriorem causam meliorem faceret, veritatemque ipsam Eloquentia apparatu obtrueret.

Verum haec Criminaciones, cæteraque ejusdem faring, posuis Perlonatam Gravitationem pte se ferunt, quam Veritatis Candorem. Testatur enim Experiencia, sicut unos atque eosdem Homines, sic una eadem Tempora, & Rerum Bellicarum, & Optimatum Attium gloriâ floruisse. Viros quod attiner, exemplo sit Nobile pars Imperatorum, Alexander Magnus, & Julius Caesar Dicator, alter Aristoteles in Philosophia Discipulus, alter Ciceros in dicensio Rivalis. Aut si quis requirat poeius Literatos, qui in claros Imperatores evaserunt, quam Imperatores, qui insignites docti fuerunt, præsto est Eparmonidas Thebanus, aut Xenophon Atheniensis; quorum ille primus fuit, qui fregit potentiam Spartaorum; hic autem primus, qui fitavit viam ad eversionem Monarchia Persarum. Istud vero Armorum Literarumque quasi Conjugium, clarius adhuc in Temporibus, quam in Personis elucefecit, quanto ni-  
niarum Seculum Homine Objectum grandius est. Ipsa quippe eademque Tempora, apud Ægyptios, Assyrios, Petras, Grecos, Romanosque, quæ propter Bellicam Virtutem maxime celebrantur, etiam & Literas plurimum fuerunt nobilitatae; adeo ut gra-



villani Authores Philosophique, & clarissimi Duces arque Imperatores, eodem seculo vixerint. Nec sane altere fieri potest, quandoquidem us in Homine Vigor Corporis Animique simus fere maturescunt, nisi quod ille hunc paulo antevertat: sic in Rebuplica. Militaris gloria Literatique (quorum illa Corporis respondet, haec Animo) aut coeva sunt auctoribus se proxime confequantur.

Jam vero, Educationem politicis imponente esse potius quam adiumento, nihil minus probabile. Fatetur omnes, remunerarium quiddam esse, Empiticis Medicis Corpus & Valetudinis cutam tradere, qui solent pauca quzedam Medicamenta, que illis videantur Paucitatis, venditare, quantum fiducia nihil non audent tentare, cum tamen sequi Caufas Morborum, neque Agriotonum Habitatus, neque Symptomatum Pericula neque veram Sandadi Methodum calleant. Videmus patiter, errare eos, qui ad Caufas & Lites suas expedienda abhuc Leguleios, in Practicā potius, quam in libris Juris versatos, quibus os facile oblinuerit si quid novum, aut extra Experienciam sua calles tritos occurrat: consimiliter non potest non esse periculofissimum, quicquid Summa Rerum Empiticis Consilioris praecepue mandatur. E contraria, vix Exemplum adduci possit Reip. infelicitate

ter administrante, ad clavum sedentibus Viuis Eruditis. Quamvis enim in more sit Politicus, Literatos Pedancorum nomine elevere; Historia taenit *Veritatis Magistra*, in plurimis fidem facit, Pupillares Principes Adulsi longè praefuisse, non obstante etatis incommmodo, ea ipsa de caufa, quam Politici fugillant, quod scilicet tunc temporis à Pædagogis administratum sit Imperium. Quis ignorat, per decennatum illud Quintuennium Neronis, omnis rerum incubuisse Seneca Pædagogo? Qin & Gordianus Junior Decennium laudis, Mithreho Pædagogo debuit. Neque infelicius Imperium gefit Alexander Severus, dum minor fuit: quo tempore omnia procurabant Mulieres, sed ex confusis Praeceptorum. Imo convertimus oculos ad Regimen Pontificium, ac nominatim Pii Quinti, vel Sixti Quinti, nostro seculo, qui sub initio suis habui sunt pro Fratriculis rerum imperitis: repetimusque Acta Papatum ejus generis, magis esse solere memorabilia, quam eorum, qui in negotiis civilibus & Principum Aulis emeriti, ad Papatum ascenderint. Quamvis enim, qui in Literis vitam maximè traduxerunt, minus solentes sint atque versatales in Occasionibus prenstantibus, atque accommodandis Rebus; quo spectant ea, quae ab Italiis *Regioni di Stato* discuntur, quorum numero ipsum aversatus est Pius Quintus, son-



tus dicere, *Effe mera malorum Hominum Commenta*, que opponerentur Religioni, & virtutibus Moralibus: in ea tamen abunde sit compensatio, quod per viam planumque ier Religionis, Justitiae, Honestatis, Virtutumque Moralium, promptè atque expeditè, incedant: quam viam qui constanter tenacient, illis alteris remedis non magis indigebunt, quam Corpus sanum Medicina. Postro autem Curriculum vite in uno Homine, suppedare non potest Exemplorum Copiam, ad regendos eventus vite, etiam in uno Homine. Sicut enim interduum fit, ut Nopos, vel Princeps, Avum vel Proavum magis refecat, quam Pater: eodem modo haud raro evenit, ut Negotia præsentia magis quadrent cum Exemplis veteris, quam cum Recentioribus. Postremò usus Ingenium tantum cedet Amplitudini Literarum, quantum privati Reditus Aerario.

Quod si debet, depravationes illas & Impedimenta, que à Politicis imputantur literis, aliquid virium habere & veritatis: attrahen simul monendum, Eruditioem in singulis plus Remedi, quam mali, afferre. Esto enim, Literæ Tacita quadam vi Animum reddunt incertum, atque perplexum; at certè liquidò præcipiant, quando cogitationes sunt expediens, & quounque sit deliberandum, quando de-

mum

mum statuendum, immo ostendunt, quomodo res interim absque periculo trahi possint, & suspendi. Ello etiam, Animos efficiunt magis pertinaces, & difficiles; at simili docent, quæ Res Demonstrationibus, quæ Conjecturis innituntur; neque minus Distinctionum & Exceptionum usum, quam Canonum & Principiorum constantiam proponunt. Esto rufus, se ducent & detorquent. Animos Exemplorum vel impunitate, vel diffimilitudine. Necio; sed factis novi, eas tam circumstantiarum efficacias, quam comparacionum errores, & applicationum Cautiones, explicare, adeò ut in universum magis contigant. Animos, quam corrumpant. Hæc autem Remedia inserviant undequaque Literæ, magnâ vi, & varietate Exemplorum. Perspender quis Errores Clementis Septimi, à Guicciardino, qui ei fuit quasi Domesticus, tam laculenter depictos; aut vacillationes Ciceronis, in epistolis ad Atticum, manu propria ad vivum reflectas; omnino Inconstantiam, & eteras Conflictorum Mutationes vitabit: Inspecti Errores Phisionis; Pervicaciam exhortebit: Fabulam Ixionis legit, & nimias spes, & hujusmodi Fumas ac Nebulas dispelet. Intusque Catonem Secundum; neque unquam migrabit ad Antipodas, & contraria praesent Seculo vellugia figer.

Jam qui putant Literas Desidiae Amicas esse,



esse, Otiisque & Seceffis dulcedine perfruadere Animum, mirum praestabunt, si quae affluefciunt. Mentem perpetue Agitationi, Socordie Patronas ostendant: cum contrà veri affumari possit, inter omnia Hominum genera, nullum Negotia amare propter ipsa Negotia, prater Literatum. Alii enim Res, & Negotia diligunt Questus gratia, ut Conducattii opus propter mercedem: Alii Honoris ergo, eternam dum res gerunt, vivunt in oculis Hominum, exultationique suis inferuntur, alioqui evanirent: Alii propter Potentiam, & Fortune prærogativam, ut Amicos remunerante, Inimicos uicisci possint: Alii ut Facultatem aliquam suam, quam adamant, exercant, ac sibi ipsis hoc nomine sapienter, & attrident: Alii denique ut alios suos Fines consequantur. Adeò ut, quod de Gloriola dici solet, eorum Fortitudinem fidem esse in spectantiis Oculis, sic hujusmodi Hominum Diligentia & Sternuitas hoc videtur agere, aut ut alii plaudant, aut ut ipsi intra legefiant. Soli Literati Negotiis & Occupationibus delectantur, tanquam Actionibus Natura contentaneis, & non minus salubribus Animo, quam Exercitatio est Corpori, ipsam Rem, non Endoumentum intuentes: ita ut omnium minime sunt defatigabiles, si modò res sit hujusmodi, ut Animum pro dignitate ejus

implat, & detineat. Quod si repetiantur interdum nonnulli: in legendis strenui, in agendo cœlestes, non hoc à Literis ottum habet, sed ab imbecillitate, & molitie quadam Corporis, Animive, quales notat Seneca. *Quidam*, inquit, *tam fusa umbratiles, ut patent in turbido esse, quequid in luce est.* Uſuvenite poteris fortale, ut hujusmodi ingenii sibi consciū, se dent Literis; Eruditio autem ipsa, hujusmodi Ingenia minime indit, aut progignit. Quod si quis illud nihilominus mortiscaecus teneat, Literas nimium absolum temporis, quod alias rectius impendi possit: ajo, neminem adeo distingi negotiis, quin habeat sua Otii intervalla, donec Agendi Vices atque Aëstus refluant, nisi aut admodum leches sit in expediendis Negotiis, aut parum cum dignitate ambitionis in Negotiis cuiuscumque generis capandas. Reflat igitur querendum, qua in re, & quomodo, has subleivas horas collocare, oporteat, Studiis an Voluptatibus, Genio an Ingenio indulgendum? Scit recte respondit Demosthenes Åschini, homina voluntariis dedito, qui cum per contumeliam obiecisset. *Orationes ejus lucernam solere: Pol, inquit, multum interest inter ea, que ego ac tu ad lucernam facimus. Quare neutrimum invenendum, ne Literæ eliminent Negotia, quin potius vindicant animum ab Otio, & Voluptate, quæ aliâs sensim, ad uitiumque*



triusque domum, & Negotiorum, & Literarum, subintrare solent.

Dein, quod oggerunt, Literas Reverentiam Legum atque Imperii convellere, calunia mera est, ne probabiliter ad criminaandum inducta. Nam qui *cacan obedienciam* fortius obligate contendere, quam *Officium oculatum*, una opera afferat, ceterum manu duclum certius incedere, quam qui Luce & Oculis uitari. Ino circa omnem controversum, Artes emollient mores, teneros reddunt, sequaces, cereos, & ad Mandata Imperii ductiles, Ignorantia contra, consumantes, refractarios, feditiosos. Quod ex historia clarissime pater, quando equidem tempora maxime indocta, incauta, barbarica, tumultibus, feditonibus, mutationibusque maxime obnoxia fuerint.

De Catonis Cenoforis iudicio, hoc dictum esto, mercifilias eum blasphemiz in Literas huius poenam, cum septuagenario major, quasi repuerus, Graecam Linguam cupidulim addisceret. Ex quo liquet, priorem illam censuram Graecz Literature, ex Affectata potius gravitate, quam quod ita penitus fessus, fluxus. Ad Virgili vero Carmina quod attinet, necunque illi libitum Universo Mundi insultate, Romanis afferendo Artes Imperandi, ceteras tanquam Populares salvi relinquendo; in hoc tamen manifesto tenetur, Romanos nunquam Imperii

Fashi-

Fatigium concendiſſe, donec ad Aruum Culmen sumul pervenient. Namque duobus primis Cælatisbus, viris imperandi peritissimis, contemporanei erant Optimus Poëta ille ipse Virgilius Maro, Optimus Historicus Titus Livius, Optimus Antiquarius Marcus Varro, Optimus aut Optimo proximus Orator Marcus Cicero; Principes certe, ex omni memoria in sua quique Facultate. Postremo, quantum ad Socratis Accusationem, id dico tantum, Recordemur temporum, quibus intensata est; numerum sub Triginta Tyrannis, Mortalium omnium crudelissimis, Iceratissimis, Imperioque indignissimis. Qui Rerum & Temporum Orbis postquam circumactus esset, Socrates ille (flagitiosus felicit) Heroibus annumeratus est, & memoria ejus omnibus tam Divinis, quam Humanis Honoribus cumulata quin disputationes ejus tanquam Correspondentes Morum prius habita, pro praefitissimis Mentis Morumque Antidotis ab omni Posteritate celebrabantur. Atque hæc sufficiant ad respondendum l'oliticis, qui superciliosâ severitate, aut fuscata gravitate, aut sine literas incelseste contumelias, que tamen confutatio imprezentiatum, nisi quod neciamus an ad posteros permanenti fint labores nostri, minus necessaria videatur; cum Asperitus, & Favor duorum literatissimorum Principum, Eliabetha Regina, &

Maj-



Majestatis tuz, tanquam Castroris & Pollu-  
cis, Lucidorum Siderum, tantum apud nos  
in Britannia Liteis amotem reverentia-  
que cociliaverint.

Nunc ad tertium Vituperationum ge-  
nus pervenimus, quod à Literatis iphs in  
Literas redundant, altiusque exercitii solet  
hazere. Ex vel à Fortuna, vel à Moribus,   
vel à Studiis ipsorum Originem ducunt.  
Quatum prima extra potestatem ipsorum  
est, secunda extra rem; ut tercia sola pro-  
prie in disputationem venire videatur. Quia  
tamen, non tam de vero Rerum Pondere,  
quam de Vulgi affirmacione, fermo institu-  
tuendus est, hanc abs te fuerit, etiam de al-  
teris duabus pauca quædam inquere.

Quapropter dignitatis Imminutiones, &  
quali Debonestamenta, quæ à Literato-  
rum Fortuna Literis imponuntur, suman-  
tur aut à paupertate & inopia ipsorum, aut  
à Vita genetice obficio & umbrastri, aut ab  
occupationum, in quibus versantur, subje-  
cto non admundam nobili.

Quantum ad paupertatem pertinet,  
quodque frequenter uiuemat, ut literati  
inopes sint, & tenue plerunque origine,  
neque tam propere ditescant, ac alii, qui  
quælibet solum inhinc: confutum foret,  
hunc locum, de laude paupertatis, fratri-  
bus mendicantibus (pace eorum dicerim)  
exornandum tradere; quibus Machiavel-  
lus

lus non parum tribuebat, cum dicere-  
tur, Lam diuidum auctum esset de regno sacerdotum,  
nisi reverentia ergo fratres ac Monachos, Epis-  
coporum luxum & excessum compensasset.  
Papiter dicat quis, felicitatem & magnificen-  
tiam Principum & nobilium, iam olim reci-  
dere potuisse in Barbariem, & lordes, nisi  
deberent literatis isti pauperibus civilis vite  
culturam & decus. Sed missis his laudem  
aucupis, notau diguam est, quam facta at-  
que veneranda res, per aliquot apud Ro-  
manos secula, pauperes ipsa habita fuerit;  
que tamē Respubl. nihil trahet ex Para-  
doxis. Sic enim præfatur T. Livius: *Ant*  
*me auor negotii suscepit fallit, aut nullam*  
*quam Resp. nec major, nec sanctior, nec bonis*  
*exemplis diuor fuit, nec in quam tam seru*  
*avaritia luxuriaque immigraverint, nec ubi*  
*tantus ac tamdiu paupertatis ac perfidioris*  
*honor fuerit.* Quia etiam postquam Roma  
jam degenerasset, legimus, cum Cæsar Di-  
cator collapsam Remp., instauratum se  
prospereretur, quandam ex amicis ejus prom-  
phile septentum, nihil tam expeditum esse  
ad id, quod ageret, quam si divitiarum ho-  
nos quoquo modo tolleretur. *Veniam (an-*  
*quit) hac, & omnia mala, pariter cum hono-*  
*re pecunia desinet, si neque magistratus, ne-*  
*que alia vulgo cupienda, venalia erant.* De-  
nique quemadmodum vere dictum est, *Ru-*  
*borem esse colorem virtutis, licet quandoque*  
*otia-*



oriatur ex culpa; ita recte status, paupertatem esse virtutis fortunam, quamvis interdum à luxu & incuna accessatur. Salomonis certe hæc est sententia. *Qui festinat ad divitias, non erit iussum: & præceptum, Veritatem eme, & nō vende similitur scientiam & prudentiam;* quasi æquum judicet, opes impendendas, ut doctrina patetur; non doctrinam eo vertendam, ut opes consenserantur.

Quid attinet dicere, de vita illa privata & obfusa, quam literatis objiciunt? Adeo tritum Thēma est, atque ab omnibus jactatum, otium, & secessum (modo absit desidii & luxus) præponente vita forensi, & occupati, propter securitatem, libertatem, dulcedinem, dignitatem, aut fatem ab indignitatibus immunitatem, ut nemo tractet hanc locum quin bene tractet: ita humanis conceputis in experiendo, & consensibus in approbando consonat. Hoc tantum adjiciam, eruditos, latentes in Rebuspub. & sub oculis hominum minime degentes, similis esse imaginibus Cæsari & Bruti, de quibus, in elatione Juniae non gestatis, cum alia plurimæ discerentur. Tacitus. *Eo ipso, inquit, præfulgebant, quod non visabantur.*

De occupationum, quo literatis committuntur, vilitate, illud occurrit, quod demandetur iūdicem puerorum ac juniorum

rum institutio, cuius ætatis contemptus in Magistris ipsos redundat. Ceterum, quam injulta sit hæc obrectatio, si non ex vulgi opinione, sed ex fano iudicio res perpetrandatur, inde hoc astenare, quod diligentiores sunt omnes, in imbuendi testa recenti, quam veteri, magisque folliciti sicut, quam admoveant terram tenerè plantæ, quam adulteri: unde liquet, præcipuum curanti, circa serum & corporum initia versari. Rabbini, si placet, porrige autem, lures vestri visiones videbunt, & senes somnabunt somnia. Ex hoc textu colligunt, juventutem esse ætatem digniorem, quanto nimis revelatio accedit clarius per visiones, quam per somnia. Illud vero notauit omnino dignum, quod licet paedagogi, velut Simon Tyranus, scirent fiat ludibria, & temporum inculta in delectu ipsorum veluti obdormiri, vetus tamen querela sit, inde usque ab optimis & prudentissimis seculis deducta. Resp. circa leges quidem nimium fatigare, circa educationem indiligentes esse. Quæ nobilissima pars pñsca disciplinæ, revocata est aliquatenus quasi postlimio in Jesuitarum Collegijs; quorum cum intucor industriam soleriamque, tam in doctrina excolenda, quam in moribus informans, illud occurrit Agesilai de Pharnabazo, *Talis cum sis, utinam noſſer eſſe.* Atque hactenus de opprobriis è literato-



literatorum fortuna & conditio defum-  
ptis.

Quod ad literatorum mores , res est  
ista , potius ad personas , quam ad studia  
spectans. Reperiuntur procul dubio inter  
eos , quemadmodum in omnibus vita or-  
dinibus & generibus , tam mali , quam bo-  
ni; neque propterea non verum est , ( quod  
affertur ) *abre studia in mores*; atque li-  
teras , nisi incident in ingenia admodum  
depravata , corrigit prouerbus naturam , &  
mutare in melius.

Veruntamen diligenter mihi atque in-  
genite tem astimant , nullum occurrit de-  
decus literis , ex literatorum moribus , qua-  
tenus sunt literati , adhucrem : nisi forte hoc  
vitio vertatur , (cujus Demosthenes , Cicero ,  
Cato secundum , Seneca , plureque alii  
insinuanter ) quod cum plerisque tem-  
pora , de quibus legunt , illis , in quibus vi-  
vunt , & que precipitantur , illis , que agun-  
tur , meliora sint , ultra quam par est con-  
tendant , morum corruptelas ad precepto-  
rum & dogmatum honestatem retrahere ,  
& prius severitas mores temporibus dif-  
folutis imponere : De quo tamen abunde ē  
propterea fontibus admissori possunt. Solon  
enī interrogatus , an optimas civibus suis  
dedisset leges? Optimas , inquit , ex illis , quas  
ipſi voluerunt accipere. Ita Plato , videntis cor-  
ruptiones suorum civium mores , quam ut li-

pē ferre posset , ab omni publico munere  
abitauit , dicens , *Sic cum patria agendum  
est , in cuius parentibus ; hoc est , iusfa , non  
violenta , obsequando , non contumendo*. Atque  
hoc ipsum cavit ille , qui à Consiliis Catilai .  
*Non , inquit , ad vetera instituta revocamus ,*  
*qua sapientiam corrupta moribus ludibrio  
fuit*. Cicero etiam erroris arguit Catonem  
secundum , Attico suo scribens : *Cato optime  
fenti , sed nocte interdum Rep. loquitur  
enim , tanguam in Repub. Platoni , non tan-  
guam in face Romuli*. Idem Cicero molli  
interpretatione excusat Philosopherum di-  
cta , & decreta duriora : *Ibi , inquit , ipsi pre-  
ceptores & magistri , videntur fines officio-  
rum paulo longe , quam natura vellet , pro-  
trahi , ut eum ad ultimum animo contendat*.  
*feminae , ibi tamen , nō reportet , consisteremus*.  
Ipsemet tamen potest dicere , *Mentis sum  
minor ipso meo* : quippe qui in eundem lapi-  
dem ipse , licet non tam graviter , inspergerit.  
Aliud , quod eruditis nou immixto tortuose  
objicitur vitium , huiusmodi est , quod hono-  
ri , aut emolumento patiarum suarum , aut  
dominiourum , proprias fortunas , aut praefidia  
postposuerint. Sic enim Demosthenes Athe-  
nienibus suis , *Men , inquit , consilia si recte  
attendatis , non sicut eis generis , per quae ego  
inter vos magna , vos inter Gracos diffelli-  
sus ; sed talia , ut mihi sapienter , ea haud  
tunc sit dare , vobis autem semper utile am-  
plici*.

plet̄ti. Hanc aliter Seneca, postquam equinum illud Neronis, zetim eruditorum magistrorum consecraret glorię, dominum suum, omnibus jam flagitiis inquinatissimum, libere atque fidenter monere non desistit, magno suo periculo, ac possumo precipito. Neq; aliter potest se habere res: siquidem humanam mentem doctrina imbuti vero sensu fragilitas fuit, instabilitas fortune, dignitatis animae, & muneris sui, quarum rerum memores, nullo modo sibi persuadere possunt, fortune proprie amplitudinem, tanquam praecipuum sibi bonorum suorum statu posse. Quare vivunt, tanquam rationem redditur Deo, & Dominis post Deum, five Regibus, five Rebus, hac formula, *Ecco tibi luciferei*, non autem illa, *Ecco mihi luciferei*. At politicorum turba, quorum mentes in doctrina officiorum, & in contemplatione boni universalis, non sunt instituta, & confirmata, omnia ad se referunt; gerentes se pro centro mundi, ac si omnes linea in se, siveque fortunis, debeant concurrere, de Reipub. Navi, licet tempestatibus factata, nequitiam solliciti, modo ipsis in scapha rerum suarum receptus detur & effugium. At contra, qui officiorum pondera, & Philautiz limites didicunt, munia sua, stationeque, licet cum periculo, tuentur. Quod si forte incolumes permaneant, in seditionibus, & rerum mutationibus, non id  
axi-

atribus, aut versatili ingenio, sed reverentia, quam probitas etiam ab hostibus extorquet, enbuendum. Ceterum, quod attinet ad fidei constantiam, & officiorum religionem, quas certe animis hominum infert studiatio, utcumque ex quandoque à fortuna mulcentur, aut ex male sanis politicorum principiis condenmentur, tamen palam scilicet apud omnes laudem referent, ut in hac re, longa defensione non sit opus.

Aliud vitium literatis familiare, quod facilius ex cuiuslibet potest, quam negari, illud numerum, quod non facile se applicent, & accommodent erga personas, quibus cum negotiantur, aut vivunt. Qui defectus ē daabus oritur causis: Prima est animi ipsius magnitudo, propter quam agere se demittere possunt ad observantium unus alieus hominis. Amantis verba sunt, non sapientis, *Satis magnus alteri theatrum sumus*. Neque tamen infelias ibo, illum, qui aciem animi, instar oculi, non posset aequa contrahere, ac dilatare, insigni facultate ad res gerendas esse orbatum. Secunda vero causa est probitas morum & simplicitas; quz tamen delectum judicis, non defectum, in illis arguit. Veri enim, & legitimū observantiae erga aliquam personam limites, non ultra porrigit se, quam ita noslie illius mores, ut abique offendisse cum eo versati, cumque consilio, si opus sit, juvare, nobisque intertem ipsas in-

C

omni-

omnibus cavere possumus ; vetum alienos affectus timari , eo fine , ut illum inflectas , verles , & ad libitum circuinagias , hominis est parum candida , sed potius astuti , & bifi- di ; id quod in amicitia virtuosum fuerit erga Principes etiam inofficiorum . Mos enim Ottentis , quo nefas habetur oculos in Re- gres defigere , ritu quidem barbarus est , sed significacione bonus : neque enim subditos decet , corda Regum suorum , quae facta Scriptura inscrutabilia docent , curiosius ri- mati .

Superest etiamnum aliud virtuum , ( qui cum hanc partem concludam ) literatis lex- pius imputatum , videlicet quod in rebus exiguis , & extensis , ( vulni , gelu , incelsu , sermonibus quotidianis , & hujusmodi ) de- ficiens in obseruando decoro ; unde homines imperati , ex illis minutis , leviculique erroribus , quanti sint in rebus majoribus tractandis , conjecturam capiunt . Verum fal- lite os plerunque hujusmodi di judicium , imo sciant , respondam sibi esse à Themistocle , qui cum rogatus esset , ut fidibus canerer , arroganter fatus ipse de le , sed ad praefatos institutum petquam apposite respondit : Se- quidem fidibus rudem esse , sed quis pauci op- pidum parvum in civitatem magnam exa- dere possit , fatus no[n] . Et sune procul du- bio multi politicarum atrium appetine gra- ti , quibus tamen in communii vita , & quoti- diu

L I B R . I . J<sup>r</sup>  
dianis reculis , nihil imperius . Quin etiam hujusmodi fugilatores amandandi sunt ad Platonis Elogium de Praeceptore suo Socrate , quem haud absimilem dixit pharmaco- polatum pyxidibus , qua extetius induce- bantur similes , ululis fatyrisque , intus vero preciosos liquores & nobilia medicamenta recondita habebant : Fatiendo scilicet , quod ad vulgi capum , & famam popularem , prae- ferret nonnulla levia , atque etiam deformia , eam tamen animi interiora summissam fa- cultatibus , quam virtutibus essent repleta . Atque de moribus literatorum hæc hacce- bus .

Interim monere placet , nos nihil minus agere , quam ut patrocineremur quibusdam professorum institutis abjectis , & fordiis , quibus & se ipsos , & literas dehonesta- runt : quales erant apud Romanos , feculis posterioribus , philosophi quidam in familiis divitium , meolaturnque eorum affecti , quos haud absurdè dicat Barbarus Parasitus . Con- jus genetis quedam lepide describit Lucianus , quem iuxtrona nobilis , caulinum suum Melitarum in theda gestare voluit : quod cum ille officio , sed indecenter faceret , Pu- fio sublannans . Veror , inquit , ne philosophus noster è Stoico fiat Cynicus . Ante omnia vero , nihil tam offecit literarum dignitati , quam crassa & turpis adulatio , ad quam molli , ne- que hi indocti , & calamis , & ingenia sub-

C 2 misteri ,

misere , Hebam in Helenam , Faustinam in Lucretiam , (ut ait Du-Banas ) transformantes . Neque vero nimis laudo mortem illum receptum , libros patronis nuncupandi ; cum libri , praesertim qui hoc nomine dignandi , in veritas tantum & rationis clientelam se debeant . Melius veteres , qui non aliis , quam amicis , atque equalibus , scripta sua dicare solebant , aut etiam nomina ejusmodi amicorum tractibus suis imponere : quod si forte Regibus , aut magnatibus opus nuncuparent , tum deinde hoc factum est , cum argumentum libri persona tali conveniret . Hec autem , & familia , representationem potius metentur , quam defensionem.

Neque hoc dico , quasi literatos culpem , si ab beatos & potentes viros quandoque se applicent recte enim Diogenes cuidam cunctatione roganti , Qui fieris , quod philosophi devites sectarentur , non devites philosophos ? respondit , non sine mora . Et ideo fieri , quod philosophi , quibus rebus indigeant , probe intelligent , devites non esse . Huic affine est illud Arisippi , cui nescio quid pertinet cum non attendet Dionysius , ille adorantis more abjecti se ad pedes ejus ; qui tum deinceps auctultans petitioni annuit . Sed paulo post , quidam dignitatis philosophic auctor , interrupit Arisippum , quod deminundo se ad pedes Tyrannum pro tantilla re philosophiam

33 phiam ipsam contumelia affectisset : cui ille , Nam id culpam non fuisse , respondit , sed Divisit , qui aures gloriarer in peccatis . Quin prudens ille , non pusillanimus habitus est , qui in disputatione quadam cum Hadriano Cesare vinci se patitur est , excusans factum . Quod agnum esset et credere , qui virginum imperare Legionibus . Atque propterea non sunt damnandi viri doctri : ubi , cum res postulat , aliquid de gravitate sua remittant , sive impetrante necessitate , sive impetrante occasione ; quod quamvis humile videatur atque servile primo intuitu , tamen verius rem affirmanti , confituerunt non petitione , sed temporis ipsi fertur .

Pergamus nunc ad errores , atque inanias , quae in studiis ipsiis virorum doctrinorum interveniunt , hisque se immanescit ; id quod præcipue & proprie spectat ad praesens argumentum . Quia in re non est instituti nostri erroribus ipsi patrocinari , sed per eorum censuram & sententiam , excutere quod sanam & solidum est , atque à calunnia vindicare . Videmus enim , in more , praefatum apud invitos , esse propter ea , quae depravata sunt , etiam ea , quae impolluta , & in statu suo manserunt , fugillare ; quemadmodum Ethnici in primativa Ecclesia , Christianos hereticorum vitii aspergere solebant . Neque tamen confilium est mihi , examen aliquod accuratius instituere , de erroribus , &



impedimentis literatum, quæ interiora, & à capti vulgi remotionia, sed de illis tantum verba facere, quæ cadunt sub communis, & populari observatione, & nota, aut saltem ab ea non longe recedunt.

Quæ tria præcipue reprehendo vana & inania in literis, quæ anfis præcipue præbuerunt ad obtricandum. Eas enim res pio vanis ducimus, quæ aut falsæ sunt, aut frivole; in quibus scilicet, aut veritas deficit, aut usus: Illos etiam homines vanos & leves existimamus, qui aut ad falsa creduli, aut in rebus exigui ulius curiosi. Curiositas autem, aut in rebus ipsiis veritatur, aut in verbis; quando nimis, aut in rebus inanibus opera insinuitur, aut circa verborum delicias nimis infudatur. Quodcirca, non certe magis experientia, quam recte etiam ratione confonim videntur, ut tres ponantur doctrinarum intemperies. Prima est doctrina phantastica, secunda doctrina litigiosa, tercia doctrina fuscata & mollis: vel sic; vanæ imaginationes, vanæ altercationes, vanæ affectationes. Ac quidem ordinar ab ultima.

Intemperies ista, in luxurie quadam orationis sita, (licet olim per vires in pretio habita fuerit) circa Lunatici tempora miris modis invalidit. In eaufa præcipue fuit, quod fervor & efficacia concionum tunc temporis, ad populum demulcendum & allisciendum

dum maxime vigebat: Illa autem populare genus orationis poscebant. Accedebat odium & contemptus, illis ipsis temporibus, ortus erga Scholasticos, qui styllo & scribendi genere utebantur valde diverso, verba licenter admodum cudentes nova & horrida, de orationis ornata & elegancia parum solliceti, dum modo circuituinem evitarent, & sensus ac conceptus suos acute exprimerent, atque hinc factum est, ut paulo postea, major apud plutimos cœperit haberi verborum cura quam tecum; plerisque magis comptam phrasim, teretem periodum, clausularum rythmos, troporum stellulas; quam pondus retum, rationum nervos, inventionis acumen, aut judicii limam affectantibus. Tunc denum floruit Oslotii Lusitanus Episcopi luxurians & dilata oratio. Tunc Sturmius in Cicerone Oratore & Hermogene Rhetore infinitam & axiam operam consumpliit. Tunc Carrus & Ascamus apud nos, praelectionibus & scriptis suis Ciceroneum & Demosthenem usque ad celum evhenentes, Juvenes ad polatum hoc & florent doctriu genus invitauit. Tunc Erasmus artipuit anfam introducendi ridiculam illam Echo, Decem annos confuspi in legendō Cicerone: cui Echo respondit, one affine. Scholasticorum vero doctrina despiciens profus habeti crepit, tanquam apera & barbara. Denique ut semel dicam, præ-



cipua illorum temporum inclinatio, & flus-  
sum, potius ad Copiam, quam ad pondus  
deflexit.

Hic itaque cernere est primam literarum  
intemperiem, quum, ut diximus, verbis flu-  
detur, non rebus: cuius etiū ceteris tantum  
temporibus protulerim exempla, tamen fe-  
cundum majus & minus, & olim placuerunt  
eius generis inceptus, & deinceps placebunt.  
Jam vero fieri non potest, quin hoc ipsum  
multum faciat ad doctrinę exhortationem  
minutandam & elevandam, etiam apud vul-  
gus impetratum, cum videant doctorum scri-  
pta, tanquam priam literam diplomatis,  
quæ quantvis variis calamis duilibus, & flo-  
sculis variegata sit, litera tamen est unica. Ac  
mihī sane videtur per apposita hujuscem  
vanitatis adumbratio, & quasi Emblema, Figura-  
leonis illa infans: quid enim aliud sunt ver-  
ba, quam imagines rerum, ut nisi rationum  
vigore animata sint, adamare illa idem sit,  
ac statuam deperte?

Neque tamen temere damnandum est, si  
quis philosophiae obscura, & aspera, verbo-  
rum splendoris illufret & expoliat: Hujus  
enim rei magna adsumt exempla in Xeno-  
phonite, Cicerone, Seneca, Plutarcho, ipso  
que etiam Platone: nec minor est utilitas.  
Quamvis enīm diligenter veri cognitio-  
nem, atque acre studium philosophiae, res  
hęc nominis impediat, quoniam præpropre  
men-

mentem consopit, atque ulterioris disqui-  
tutionis hisim & ardorem restinguat; si quis ta-  
men doctrinam ad usus civiles adhibeat,  
(sermocinandi videlicet, confulendi, loquen-  
di, argumentandi, & similius) omnia, quæ  
eupiat, preparata & adornata in hujusmodi  
auctoribus reperiet. Veruntamen hujuscem  
rei excelles adeo juste contemnitur, ut  
quemadmodum Hecules, cum videtur in  
templo statuam Adonis (Veneris delicia-  
rum) indignabundus dixit, *Nil faci es,* ita  
omnes Herculei literarum pugiles, id est, la-  
boriosi atque constantes indagatores verita-  
tis, hujusmodi delicias & laetias, tanquam  
nil divini spirantes, facile spreverint.

Pago fanius est aliud styli genus, neque  
tamē ipsum omnino vanitatis expers, quod  
copia illi, & luxuria orationis, tempore fe-  
re succedit. Illud totum in eo est, ut verba  
sunt aculeata, sententiae concife, oratio de-  
nique potius versa, quam fusa: quo sit, ut  
omnia per hujusmodi artificium, magis in-  
geniosā videantur, quam reverta sint. Tale  
invenitur in Seneca effusus, in Tacito &  
Plinio secundo moderatus; atque nostrī  
temporis auribus cepit esse non ita pridem  
accommodatum. Verum hoc ipsum medio-  
etribus ingenii gyrum esse solet, adeo ut di-  
gnatorem quandam litteris consiliet, at-  
tamen à iudicis magis limaris merito fatidi-  
tur, & ponit isto intemperie quadam



doctrina, cum sit verborum etiam, & eorum concinnitatis auctorum quoddam. Atque, haec de prima literaturum intemperie dicta sunt.

Sequitur ea intemperies in rebus ipsis, quam possumus medium, & *trivialis substantiae* nomine designavimus. Estque illa, de qua modo diximus, aliquanto deterior. Ut enim rerum dignitas verborum cultui preceperit, sic est contraria odiosior est vanitas in rebus, quam in verbis. Quia in re, increpatio illa Paulina, non magis ad suam satatem referri, quam ad sequentia tempora deduci potest; neque Theologiam tantum, sed etiam omnes scientias recipere videtur. *De vita prophana vacue novitatis, & oppositiones falsi nominis scientia.* His enim verbis duo signa indicinque scientia superbia atque eminente proponit. Primum est, vocum novitas, & insolentia; Alterum, rigor dogmatum, qui necessario oppositionem, & deinceps altercationes, questionesque, inducit. Cetera quendammodum complura corpora naturalia, dum valent integra, coniunguntur sive per se, & absunt in verme, eodem modo sana & solida rerum cognitio sive per numero partetur, & solvit in fribiles, varias, infalabiles, & (sicut loqui licet) vermiculatas questiones, que motu quodam & vivacitate nonnulla praeclite videntur, sed putida sunt, & nullius usus. Hoc genus doctrinae minus sana & se ipsam corrumperunt;

tis,

tis, invalidit praecepit apud multos ex Scholasticis, qui summo otio abundantes, atque ingenio aceris, lectione autem impates (quippe quoniam mentes conclusae essent in paucorum authorum, praeceps Aristoteles dictatoris sui scriptis, non minus quam corpora ipsorum in ceteriorum cellis) historiam vero & naturam & tempora maxima ex parte ignorantes; ex non magno materie statim, sed maxima spiritus, quasi radit, agitatio, operosissimas telas, que in libris eorum extant, conficerant. Etenim mens humana, si agat in materialium, naturam rerum, & opera Dei contemplando, pro modo materie operatur, atque ab eadem determinatur; si ipsa in se versatur, (tanquam aranea texens telam) cum denum intermisata est, & parit certe telas quasdam doctrinæ, tenuitam sibi operibus admirabilis, sed quoad ultimam frivolas, & inanis.

Hæc inutilia subtilitas five curiositas duplex est; & spectatur ait in materia ipsa: quælis est inanis speculatio, five controversia, cuius generis reperiuntur, & in Theol. & in Phys. hanc pauze: aut in modo, & methodo tractandi; hæc apud scholasticos fecerat talis erat. Super unaquaque re proposta formabant objectiones; deinde objectiōnum illarum solutiones, que solutiones ut plurimum distinctiones tantum erant, cum ratione scientiarum omnium robur, instar fascis illius

C 6



illius sensis, non in singulis bacillis, sed in omnibus vinculo conjunctis consistat. Etenim symmetria scientiarum, singulis scilicet partibus se invicem sustinentibus, est, & esse debet, vera atque expedita ratio resellendi objectiones minorum gentium: Contra, si singula axiomata, tanquam baculos fusiles seorsim extrahas, facile erit ea infirmare, & pro libito, aut reflectere, aut frangere: ut quod de Seneca dictum erat, *verborum minutissimis verum frangit pondera;* vere de scholasticis stupari possit, *questionum minutissimae scientiarum frangunt robur.* Num non in aula spatiole consilii foris, unum accendere ceterum, aut lycanthum suspenderem, variis lumenibus instructum, quo omnia simul perlustrantur, quam in fugulis quaquaversus exiguum circumferre lucernam? At qui non absimilis est eolum ratio, qui non tam veritatem perficuis argumentis, autoritatibus, exemplis illustrare nituntur, quam in hoc solum incumbunt, ut minatos quoque scrupulos eximant, & captiuaculari expediant, & dubitationes solvant, hoc pacto questionem ex quaestione gigantes; quemadmodum sit in superiori similitudine, ut lucerna in unum aliquem locum delata, alios circuansque definatur, & obseuerat. Adeo ut Scylla fabula ad vivum exprimat hoc genus pliologis his; cuius os & pectus virginem fortitudinem

*Candida succinctam latrantibus inguina monstrosis.*

Sic generalia quædam apud Scholasticos inventas, quæ pulchra sunt dicta; & non perperam inventa: ubi autem ventum fuerit ad distinctiones, decisionesque, pro secundo utero ad vite humanae coniuncta, in portentos & larrantes quaestiones definiunt. Itaque minime mirum, si hoc genus doctrinæ, etiam apud vulgus hominum contentum obnoxium fuerit, qui sere solent veritatem propter controversias circa eam motas alpernari, atque existimare, eos errare omnes, qui nunquam inter se convenient; cumque videant doctos homines inter se digrediari de rebus nullius momenti, facile illud Dionysii Syraculani attripiunt, *Verba ijsa fuit seruum virorum.* Nihilominus certissimum est, si modo scholastici ad inexplicabilem futum veritatis, & continuam agitationem ingenii, varietatem & multiplicitudinem lectionis & contemplationum adjuxissent, insignia profecto illi extitissent lumina, omnesque artes & scientias mirifice proverebissent. Haec tamen de secunda literarum intemperie.

Ad tertiam quod attinet, quæ ad falsitatem & mendacium spectat; una haec omnino turpisissima est, quippe quæ ipsam naturam, animusque destruet scientiae; quæ nihil



nihil aliud est , quam veritatis imago . Nam veritas esendi , & veritas cognoscendi , idem sunt ; nec plus à se invicem differunt , quam radius directus , & reflexus . Hoc vitium itaque duplex , vel potius duplicitum est , impostura & credulitas ; hinc decipitur , illa decipit . Quae licet videantur discrepans natura , altera que à caliditate quadam , altera à simplicitate profecta , plerique tandem colunt . Ut enim in carmine habetur ,

*Personariorum fugio ; nam garrulus idem est.*

immoendo , qui curiosus est , eundem esse & futilem pariter sit , ut qui facile credat , idem libenter decipiat . Quemadmodum quoque fieri videmus illi fama , rumoribus , ut qui cito iisdem fidem habeat , pari facilitate eos auxerit . quod Tacitus prudenter inuit his verbis , *fingunt fons et creduntque* adeo finitimes sunt , voluntas fallendi , & facilitas credendi .

Hæc credendi recipiendiisque omnia (li-  
cet levi auctoritate munita) facilias . duo  
tum genetum est pro ratione subjectæ ma-  
terie : aut enim creditur narrationi , sive fa-  
cto , (ut loquuntur Jurisconsulti) aut dog-  
mati . In priori genete videmus , quanto di-  
gotoris detinquent hic error afficeret ex Ec-  
clesiasticis historiis nonnullas ; quæ nimis faciles se praebuerunt , in profundi trans-  
scribendisque miraculis , à martyribus , ere-  
mitis ,

mittis , anachoretis , & alii sanctis viris , at-  
que ab eorum reliquis , sepulchris , facillis ,  
imaginibus , editis . Eodem modo , in natu-  
rali historia videmus multa temere , ac pa-  
ratum cum delectu aut judicio recepta , & de-  
scripta , ut liquet ex scriptis Plinii , Cardani ,  
Alberti , & plurimorum ex Arabibus , quæ  
commentis & fabulosis narrationibus pa-  
sum scirent , iisque non solam incertis , & neu-  
tiq[ue] probatis , sed perspicue fallis , & ma-  
nifesto convictis : ingenti Philosophiae natu-  
ralis dedecore , apud homines graves , & fo-  
brios . In qua fane eluceat Aristotelis sa-  
piencia , & integritas ; qui , cum diligenter  
scripti erit acque accurasiam historiarum anima-  
lium , tam pacie ficta aut fabulosa admicuer-  
it : quin potius auditiones admirandas , quas  
memoratu dignas judicavit , in unum com-  
mentariolum conjetit : prudenter perpen-  
dens , perspicue vera (quæ tanquam ba-  
sis experientia solidâ , Philosophiae & Scien-  
tiæ substantiæ possint) haud temere esse cum  
rebus suscepit fidei miscenda : & rufus  
etiam rara , atque insolita , quæ plerique  
incredibilia videantur , non omnino esse sup-  
primenda , neque memorie posteriorum de-  
neganda .

At illa altera credulitas , quæ non histo-  
riae , aut narrationibus , sed artibus & opinio-  
nibus tribuitur , duplex est : aut cum artibus  
ipsis , aut cum auctoribus in arte nimium

creda-



credimus. Artes ipse, quæ plus habent exphantasia, & fide, quam ex ratione, & demonstrationibus, sunt præcipue tres. *Astrologia*, *Naturalis Magia*, & *Alchymia*; quantum tamen fines non sunt ignobiles. Profitetur enim *Astrologia* superiorum in inferiori influxum & dominatum recludere. Magia sibi proponit naturalem Philosophiam à varietate speculationum ad magnitudinem operum revocare. Chymica in se suscepit, partes tertium Heterogeneas, quæ in corporibus naturalibus latent & impllicantur, separare & extrahere: corporaque ipsa, inquinata depurare, impedita liberare, immatura perficere. Sed *vix*, atque rationes, quæ docere putantur ad hos fines, tam in Theoria illarum artium, quam in praxi, erroris & magnum plena sunt. Neque adeo traditio ipsarum, ut plonim, cuncta est, sed artificis & latebris minuta. Chymice tamen hoc certe debetur, quod vere comparati possit agricultore apud *Æsopum*, qui *vita exiturus*, dixit filiis, *Se illis vix magnam auri in vinea*, nec satis meminisse quis loco defoliam, reliquiss: qui cum vineam diligenter ligonibus ubique invertissent, aurum quidem repererant nullum, sed tamen vindemiam insequens anni, propter fosfionem circa radices vitium, tulerunt longe uberrimum. Circa aurum conficiendum, haud paucis nobilibus inventis, & experimentis,

mentis, tum ad referendam naturam, tum ad usus vite apprime idoneis, quasi faciem accederunt.

Ille autem credulitas, quæ certos scientiarum authores, dictatoria quadam potestate munivit, ut edicant, non senatoria, ut consulant, ingens dannum scientis intulit, tanquam præcipua causa, quæ tantopere illas afflxit & depremisit, ut ablego insigni aliquo augmendo exangues jacent. Hinc nempe factum est, ut in artibus Mechanicis, primi inventores pauca excoegerint, tempus reliqua suppleverit, & perficerit; at in scientiis, primi authores longissime penetrauerint, tempus plurima detriveat, & corrupterit. Sic videmus, Tormentatiam, Nauticam, Typographicam, sub initis imperfectas, & propemodium informes fuisse, & exercitibus onerosas, temporis vero progressu expolitas, & accommodatas. At contra Philosophiae & scientiarum Aristoteles, Platonis, Democriti, Hippocratis, Euclidis, Archimedis, in ipsis illis authoribus viguerunt, trachū temporis degenerant potius, & non minimum splendoris amiserunt: Cujus rei non est alia ratio, quam quod in artibus Mechanicis, ingenia multorum in unum coierunt, in artibus, & scientiis liberalibus, ingenia multorum sub uno succubuerunt; quem tamen ipsum saepenumero sequentes fui potius depravauerunt, quam illustrarunt.

Ut



Ut enim aqua non ascendet altius , quam caput fontis , à quo protomanat ; ita doctrina ab Aristotele deducta , supra doctrinam Aristotelis nunquam afflueret. Ideoque etiā non di plicet regula , e portet dissentem cre dere : hinc tamēn conjugendum est , e portet jam edictum iudicio suo uti . Dicēpuli enim debent Magistris temporatione solum fidem , iudiciorumque suspensionem , donec penitus imbuherint artes , non autem plenam libertatem ejurationem , perpetuamque ingenii servitutem. Quare , ut ab solvam hanc partem , hoc tantum adiiciam ; magnis authoribus suis sic constet honoris , ut authotis authorum , & veritatis parenti tempoti , non derogetur.

Explicavimus tandem tres doctrinaz in temperies , five morbos ; præter quos non nulli sunt , non tam morbi confirmari , quia vitioli humoris : qui tamen non adeo occulti sunt , aut latentes , quin in multorum sensu & reprehensionem incurvant , ideoque neutiquam prætermittendi.

Horum primas est immundicum studium diuorum extremorum , antiquitatis & novitatis . Quia in re temporis filiae male partifant : ut enī tempus prolem devorat , sic haec se invicem ; dum antiquitas povis invideat augmentis , & novitas non sit contenta recentia adjicere , nisi vetera profusa eliminet , & rejicit. Certe consilium Prophetæ ve

ta in

ra in hac te notima est : State super vias anti guas , & videte quanam sit via recta , & bona , & ambulate in ea. Antiquitas eam mere tur reverentiam , ut homines aliquando gra dum filtere , & supra eam stare debeant , atque indequaque circumspicere , que sit via optima : quum autem de via bene confite rit , tunc demum non refutandum , sed alacriter progrediendum. Sane , ut verum dicamus , Antiquitas seculi , juventus mundi . Nostra profectio fuit antiqua tempora , cum mundus jam senuerit , non ea , que computantur ordine retrogradò , initium sumendum à seculo nostro.

Alius error è priori oriundus , est suspicio quadam & diffidentia , que nūl nūc posse inveniri autumat , quo mundus tam diu carere potuit : ac si illa obiecō conveneret erga tempus , quoniam Lucianus impetrat Jovem , ceteroque Æthnicorum Deos : Mortuus enim , ne tot alii genuerint liberos , nullus astem sui seculo ? interrogatque Iocans , e quid septuagenerii jam essent , aut lege Pappia contra senum nuptias laza confundebit ? Sic videtur homines subvereri , ne tempus efficiunt jam factum sit , & ad generationem ineptum. Quoniam potius levitas hominum , atque inconstans , hinc optimè perspicit potest : qui donec res aliqua perfecta sit , essem mirantur fieri posse ; postquam facta semel est , iterum mirantur eam jam pridem factam non



non fuisse. Ita Alexandri expeditio in Asiam, habita est initio pro vasto & arduo admodum negotio ; quam tamen postea placuit Livio in tantum elevere , ut dicetur de Alessandro, *Nil aliud, quam bene ausus est vana contemnerre.* Idem Columbo evenit circa Occidentalem navigationem. Sed in rebus intellectibus , hoc sit multo frequentius ; ut videre est in plerisque propositionibus apud Euclidem : quae antequam demonstrantur, mira videantur , & quibus quis non facile assenserit : post demonstrationem autem facili , atripi eas mens per retractio- nem quandam (ut loquuntur Jureconfulti) tanquam ante perspectas & cognitas.

Alius error superiori affinis , est eorum , qui omnium sectarum, atque Hæreticorum veterum , postquam excusis fuisse , & ventilate, optimam semper obtinuisse, pothabitis alii, existimant. Itaque putant, si quis de integro institueret inquisitionem , & examen, non posset non incidere in aliquas ex reje-ctis opinionibus , & post rejectionem amissis , & obliteratis : quasi vero multitudine , aut etiam sapientes multitudinis deliniendæ gratis, non illud sive probarent quod popula- ritate magis atque leve sit , quam quod solidum , atque alte radices agens. Tempus si- quidem simile est fluvio , qui levia atque in- flata ad nos devehit, solida autem & pondus habentia submergit.

Alius

Alius error à reliquis diversus, est prema- tura atque proterva reductio doctrinarum in attes , & methodos; quod cum sit, plenar- que scientia aut parum , aut nihil proficit. Namirum ut ephebi , postquam membra & lineamenta corporis ipsorum, perfectè effor- mata sunt, vix amplius crescunt : sic scientia, quamdui in Aphorismis & observationes spargitur, crescere potest , & exurgere , sed methodis semel circumscripta , & conclusa, expoliti rotari & illustrari , aut ad usus hu- manos edolari potest, non autem potro mo- le augeri.

Alius error succedens iphi , quem poste- mo notavimus, est quod post singulas scien- tias , & artes, suas in claves distributas, mox à plerisque , universali seruam cognitioni , & Philosophia primæ, renunciantur; quod qui- dem profectus doctrinarum inimicissimum est. Prospecções sunt è turribus, aut lo- cis præaltis: & impossibile est, ut quis explo- ret remotiores, intiorensque scientie aliqui- jus partes , si iter super piano ejusdem scien- tiae, neque altioris scientiae veluti speculum condescendat.

Alius error fluit ex nimia reverentia , & quasi adoratione intellectus humani: unde homines abduxere se à contemplatione na- ture, atque ab experientia, in propriis medi- tationibus & ingenii commentis fulique de- que volutantes. Ceterum præclaros hos opi- natores



natores, & [si ita loqui licet] Intellectualitas, qui tamen pro maxime sublimibus & divinis philosophis habeti solent, recte Hesychius peritumxit. *Honestus, inquit, queritur veritatem in Microcosmā sicut, non in mundo majori.* Respuente enim quasi Abecedarium naturae primiunq[ue] in operibus divinis tirocinium: quod si non facerent, potuerint fortassis gradatim & sensim, post literas simplices, & deinceps syllabas, ad tex-tum & volumen ipsum creaturarum expedite legendum ascendere. At illi contra, jugementis agitatione, urgent & tanquam invocant suos Genios, ut vaticinentur eis, edantque oracula, quibus merito & suavitate de-cipiuntur.

Alius error est huic posteriori finitus est, quod homines sapientibus imbuti & insciati meditationes, & doctrinas suas, opinionibus quibusdam, & conceptibus propriis, quos potissimum in admiratione habent; aut artibus, quibus maxime addicti & consecrati sunt, cetera omnia illis delicias insciientes, & quasi intingentes, licet fuso admodum fal-laci. Sic iuxta Philosophiz immixtus Plato Theologiam, Aristotle Logicam, secunda Schola Platonis, (Proclus scilicet & reliqui) Mathematicas. Itas enim artes solebant illi tanquam filiolos suos primogenitos suauitati. At Chymici e pauca experimentis, ad foculum & fornacem, novam Philosophiam

LIBR. I. 51  
phiam excuderunt. Et Gilbertus popularis noster Philosophiam aliam ex Magnete eliciuit. Sic Cicero, cum varias opiniones de natura anima recensens, tandem in Musi-cum incidit, qui animam esse Harmoniam statuebat, facete dixit, *hic ab arte sua non recessit.* Sed de hoc genus errosibus, apopositi & prudenter, ait Aristoteles. *Qui re-ficiunt ad paucā, de facile pronunciant.*

Alius error est impatiencia dubitandi, & eteca festinatio decernendi, ablique debata & adulata suspensione judicii. Nam bivium contemplationis, non est difficultate bivio actionis, à veteribus sapienti memorato: cuius altera via, initio plana & facilis erat, fine autem impervia; altera ingrediens aspera erat, & confitago, ubi pauci procelleris, expedita & sequabilis. haud secus in contemplationibus, si quis à certis ordinatur, in dubia definet; siu à dubiis incipiat, easque aliquandiu patienter toleret, in certis exitum reperiet.

Similis error se ostendit in modo tradendi doctrinam, qui, ut pluminum, est imperiosus & Magistralis, non ingenuus & liberalis, ita demum compositus, ut potius fidem impre-ter, quam examini subiecatur. Non negaverim, in summiis libellis, ad praxin definitis, hanc formulam scrabendi retineri posse: verum in iustis tractatibus de scientiis utrumque extrema vitandum censeo: tam Velleji Epicurei, nil tam metuensis, quam



ne dubitare de re aliqua videretur: quam Socratis, & Academiarum omnia in dubio relinquuntur. Canderi potius studendum, tefque maiore aut minore contentione tradenda, prout rationum monstrosis parcus aut plenius sint probatae.

Alii errores sunt in scopis, quos homines præfigunt sibi, & in quos conatus fuos & labores dirigunt. Cum enim diligenter literarum Coryphæ ad id collimate debent præcipue, ut arti, quam profiterentur, aliquid præclarum adjicante: hū contra in secundis tantummodo confidere fat habent, vel subtilis interpretis, vel antagonistæ vehementis & nervois, vel methodici abbreviatoris notioris ambientes: unde reditus & vestigia scientiarum augeri possum, patrimonium & fundus minime.

Omnium autem gravissimum error in deviatione ab ultimo doctrinatum fine conficit. Appetunt enim homines scientiam, alii ex insita curiositate, & irrequieeta: alii animi cœula, & delectationis: alii exultationis gratia: alii contentioneeris ergo, atque ut in differendo superiores sint: plerique propter luctum & vietum paucissimi, ut docum rationis divinitus datum in usus humani generis impendant. Plane, quasi in doctrina quereretur lectulus, in quo tumultuans ingenium & astuta requiesceret: aut Xystus nivis Porticus, in quo animus deambularet libe-

ber, & vagus: aut Tauris alta, & edita, de qua mens ambitionis & superba despectaret: aut arx & propugnaculum ad contentiones & prælia: aut officina ad questum, & metuum: Et non potius locuples armarium, & Gazophylacium, ad opificis terum omnium gloriam, & vite humana subfundum. Hoc enim illud est, quod revera doctrinam atque artes condecoraret, & attolleret, si contemplatio, & actio, actiore quam adhuc vinculo copularentur. Quæ certe conjunction talis foret, qualis est superemotum duorum Planetarum Syzygia, cum Saturnus, quietis & contemplacionis Deus, cum Jove, Duce Societas agendique, conspirat. Quanquam cum de prælia atque actione loquor, nullo modo ad doctrinam professioriam & lucretianam innuo. Neque enim me fugit, quanto pote hoc ipsum progressionem doctrinæ, & amplificationem moretur. Perinde quidem, ut arietum malum, ante oculos Atalantis projectum, quod ut tollat dum flectit se, cursus interea impeditur.

*Declinas cursus, surumque volubile  
tellus.*

Neque rufus mihi in animo est, quod de Socrate dictum erat, *Philosophiam deuocare de calo, ut tantummodo veriaretur in terris;* hoc est, Physicam seponi, ut Moralis Philosophia & Politica celebraretur sola: sed quemadmodum coelum & terra simul con-

D spirant,



Ipirant, & consentunt, ad hominum tuer-  
dam vitam, atque juvandam; ita sane hic si-  
nis esse debet utriusque Philosophiae, ut re-  
jectis vanis speculacionibus, & quicquid  
inane ac sterile est, conservetur quicquid su-  
lidum est, ac fructuosum; ut hoc pacto,  
scientia non sit tanquam fonsum ad volun-  
tatem, aut tanquam aenea ad quædam;  
sed tanquam sponsa, ad generationem, fru-  
ctum, atque solatium hominem.

Jam explicasse videntur, & quasi distinctione  
quadam aperitius, viarios illos humores,  
aut falsoe eorum præcipios, qui non solum  
obstiterent profe*bus* literatum, verum etiam  
culpandis ilidem ansam desiderare. Quod qui-  
dem si nimis ad vivum fecerim, meminiisse  
oportet, *Enologiae cultura amans*, sed *dolo-  
sa oscula malignans*. Uteneque hoc certe  
multi videor illecentur, ut mereas fulcas in fe-  
quenti præconio, cum in superiori censu-  
tam libertate egerant. Neque tamen in animo  
est inihi, Panegyricum literarum scribere,  
aut hymnum. Multo præcinerere, licet fortun-  
atius jam sit, ex quo facta eorum rite ce-  
lebrata sunt; sed confusum est, abique pi-  
gimenti, & hyperbolis, vetum doctrinæ  
contra alias res pondus excipere & perpen-  
dere, verumque ejus valorem & pretium  
ex testimoniis divinis atque humanis exqui-  
ttere.

Primo igitur queramus dignitatem scien-  
tia-

cis in archetypo five exemplari: id est, in  
atributis atque actis Dei, quatenas rever-  
lantur homini, & lobis indagari possunt.  
Quia in se non competit appellatio doctri-  
nae, cum omnis doctrina sit scientia acqui-  
ta: nulla autem cognitio in Deo acquista  
est, sed originalis. Itaque aliud quærendum  
est nomen, *Sapientia* sicut est, ut sacra scri-  
ptura eam indigant.

Sic autem se res habet: In operibus crea-  
tionis, duplicem virtutis divine emanatio-  
nem videmus, quarum una ad potentiam  
referuntur, altera ad sapientiam: Illa præcipue  
cernit in creanda mole materie, hec in  
pulehitudine forme disponenda. Hoc pos-  
ito notandum est, nihil in creationis historia  
obstare, quin fuerit confusa illa coeli terræ  
qua mala, & materia, unico temporis mo-  
mento creata, cui tamen disponenda, dige-  
rendaque, sex dies fuerunt attributi: adeo  
fignatur Deus opera potenter ac sapientia  
discriminatar. Cum accedit, quod de materiæ  
etatione, memorie proditum non sit, dixi-  
se Deum, *fiat calum & terra*, sicut de le-  
quentibus operibus dictum est: sed nunc at-  
que actualiter, *Deus creavit calum & ter-  
ram*: ita ut materia videatur, tanquam manu  
facta, forma vero introducio stylum ha-  
beat legis, aut decreti.

Pergamus à Deo ad angelos, quorum na-  
tura dignitatem est Deo proxima. Videmus,



in ordinibus Angelorum (quatenus fides alibi bona coelesti illi Hierarchia, que Dionysii Aetopagit nomine evulgatur) primam locum obinere *Seraphim*, Angelos scilicet amoris; secundum *Cherubim*, Angelos illuminationis; tertium autem locum, & sequentes, *Throni*, *Principatus*, ceteraque Angelis potentie & ministerii concedi: ut ex hoc ipso ordine ac distributione claram sit, Angelos scientie, & illuminationis, angelis impetri & potentie praeponi.

A spiritibus, & intelligentiis, ad formas sensibiles & materialias descendentes, legimus, primam formarum creaturarum fuisse lucem, que in naturalibus & corporeis, scientia in spiritualibus aequae incorporeis responderet.

Sic in distributione dierum, videmus diem, quia requievit Deus, & contemplatus est opera sua, benedictam fuisse supra omnes dies, quibus creata est & disposita fabrica universi.

Poist creationem absolutam, legimus hominem collocari in Paradiso, ut illic operaretur: quod quidem opus, aliquid esse non poterat, quam quale pertinet ad contemplandum: hoc est, cuius finis, non ad necessitatem aliquam, sed ad delectationem, & activitatem sine molestia, refecti posset. cum enim tempus temporis, nulla potuerit esse creature reluctatio, nullus fundere vultus, necessitatis fe-

quitur,

quitur, actiones humanas, ad voluptatem, & contemplationem, non ad laborem aut operas, comparatas fuisse. Rursum prima hominis actiones, quas in Paradyso exercuit, duas summarias scientia partes complexae sunt: haec erant, inspectio creaturarum, & impositio nominum. Nam scientia illa, que lapsum introduxit, (quod & ante monachus) non erat naturalis scientia circa creaturas, sed mortalis scientia de bono & malo; ex hac suppositione, quod Dei mandata, aut recta, non essent principia boni & mali, sed quod alias haberent illa origines, quorum cognitionem affectavit homo, scilicet ut tolleret a Deo deficeret, & sibi ipsi suoque arbitrio prorsus inniteretur.

Venamus ad ea, que statim post lapsum contigente. Videamus (ut immunita sunt fabratur scripturarum Mysteria, falsa tempex veritate historica & literali) imaginem duarum vitrum, contemplativa, ministrum & activa, in personis Abels & Caini, inque eorum insitatis, & primativis vivendi rationibus, delineatam: quotum alter Pastor erat, (qui propter otium & quietem, liberumque oculi aspectum, typus est virtutis Theotice) alter agricola, (laboribus scilicet fatigatus, aspectu in terram defixus.) Ubi cernere est, favorem, electionemque divinam, ad pastrum accessisse, non ad agriculturam.

Sic ante diluvium, facti fasli, inter pau-

cissima,



cissimā , quae de eo seculo memorantur , dignati sunt memorie prodere , inventores Musice , atque operum metallicorum . Sequenti seculo post diluvium gravissima pena , qua Deus humanū imperiū illus est , fuit confusio linguarum , qua doctrina liberum commercium , & literarum ad invicem communicatio , maxime interclusa est .

Descendamus ad Mosem legislatorem , & primum Dei Notarium , quem scripturæ ornant hoc elegio , quod gaudiis *Spiritus effusus doctrina Ægyptiorum* . Quæ quidam gens inter vetustissimas mundi scholas numeratur . Sic enim Plato inducit Ægyptium sacerdotem , dicentem Soloni ; *Vix Grati semper pueri esset , nullam vel scientiam antiquitatis , vel antiquitatem scientia habentes* . Per hanc ceremoniam legem Moses , reperiensque , præter Christi præfigurationem , distinctum omnem populi Dei à gentibus , exercitum obediens , aliosque ejusdem legis usus sacros : nonnullos doctissimum Rabbinorum , hanc iunctam circa eam navasse operam , ut sedulo eruerent , quandoque naturalem , quandoque moralem sensum ceremoniarum , & rituum . Exempli gratia , ubi de lepra dicitur : *Si efficeretur discurrere Lepra , homo mundus erit , & non recludetur : si caro viva in eo erit , immunditia condonabitur , & ad sacerdotis arbitrium*

*trium separabitur* . Ex hac lege colligit unus eorum axioma in natura ; *Potredinem pestilentiorem esse ante , quam post maturitatem* . Alius morale documentum elicet , *homines flagitiis undique expertos , minus corrumperre publicos mores , quam medicos* & ex parte tantum malos : adeo ut ex hoc , & similibus locis ejus legis , præter lumen Theologicum , haud pauca ad Philosophiam spectantia spargi videantur .

Si quis etiam eximiam illum Jobi libeum diligenter evolverit , plenum eum , & tanquam gravidum , naturalis Philosophiae Mysteriis deprehendet . Exempli gratia , circa Cosmographiam , & rotunditatem terræ , illo loco , *Quæ extendit Aquilonem super vacuum , & appendit terram super nubilum* . Ubi penitus terra , polus Arcticus , & cœli convexisitas in excursu , haud obscurè infinita . Rursum circa Astronomiam , & Astrarum illis verbis , *Spiritus eius errans cœlo , & obseruantem manus ejus equinoctiales Coluber tortuoso* . Et alio loco , *nunquid coniungere valeris micantes stellas flexandas , aut gyrum Arcturi poteris dissipare ? ubi immota configuratio stellarum fixarum , paribus intervallis semper inter se distinctorum , elegantissime describitur* . Idem alio loco , *qui facit Arcturum , & Orionem , & Hyndas , & laterum Austris* . Ubi iterum mouit depictingum antarcticæ poli , *cumque designat nomi-*



de interiorum Austris, quia Australes stellæ nostro Hemidiphario non cernuntur. Circa generationem animalium: *Annon sicut locusti sunt me, & sicut esculum conglutisti me* &c. Circa rem metallicam, *kabet argentum vesuarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur: ferrum de terra tollitur, & lapus folius eius in as vertitur.* Et sequentia in eodem capite.

Pariter & in persona Regis Salomonis videmus, domum sapientie, tum in petitione ipsius, tum in concessione divina, omnibus terrene & temporalis felicitatis bonis prælatum. Virtute eius doni, & concessionis, Salomon egregie instruens, non solum scripturæ iniquas illas Parabolæ, five Aphorismos de divina arque morali Philosophiæ verum etiam compofuit naturalem historiant omnium vegetabilium, à centro super montem, usque ad mysticum super murum, (quæ nihil est aliud, quam rudimentum plantæ putredinis & herbae medium) omnimumque etiam, quæ respirant, & inveniuntur. Imo idem Rex Salomon, quamvis excellerit opibus, magnificientia ædificiorum, classe, famulatio, nominis celebritate, & reliquis que ad gloriam pertinent, nihil tamen, ex isto gloria segete, sibi ipsi decerpit, aut afflavit, præter decus inquietandi, & inveniendi veritatem. Sic enim dicitur ait, *Gloria Dei est celare verbum, & gloria Regis investigare sermonem.*

Ac

Ac si divina Majestas innoxio illo & benevolo puerorum ludo delectaretur, qui ideo se abscondunt, ut inveniantur: quasique etiam nihil esset honorificentius Regibus, quam Dei collufores esse in codem ludo; præferim cum tot ingenii imperient, tantisque opes prelio habentes, quibus omnis secessit investigatio absolvit posse.

Nec vero aliter hoc dispensavit Deus Postquam Salvator noster in mundum venisset. Ille enim prius potentiam ostendit suam in profiganda ignorantia, ubi cum doctoribus & sacerdotibus differeret in Templo, quam in subjuganda natura, tot & tantis editis miraculis. Adventus quoque spiritus sancti præcipue adumbratus, atque expensus fuit in similitudine, ac dono linguarum, quæ sunt donataxar vehicula scientiæ.

Ita in felicandi illis instrumentis, quæ adhibuit Deus ad fidem disseminandam, initio homines evocavit plane indoctos, & illiteratos, præter quam quod Spiritus Sancti affluit intructi fuissent, quo evidenter virtutem suam immediatam & divinam declararet, omnemque humanam sapientiam determinaret. Quamprimum autem confilium suum in hac parte perimpletam esse, mox in proxima successione temporum, divinam veritatem suam, aliis doctrinis veluti perdisquis comitatam, in magnum immisit. Itaque D. Pauli calamus, (qui inter Apo-

D 5

stolos



stulos solus literatus fuit) in scripturis Novi Testamenti, præcipue à Deo adhibitus est.

Sic & novimus, complures ex antiquis Episcopis & patribus, egestie fuisse in omni Ethniconum eruditio[n]e versatos. Adeo ut editum Juliani, quo canticum est, ne Christiani ad Scholas & Gymnasia mitterentur, petnicio[n]is machina ad expugnandam fidem Christianam, quam ciuitate superiorum Imperatorum persecutio[n]es, habuimus fuerit. Neque Gregorii primi, Episcopi Romaniani (cetera vii egegii) ieiunatio[n]es, & invigilantia, qui Ethniconum authorum & antiquatum memoriam obliterare studebat, in bonam partem, etiam apud viros pios, accepta est. Quinimo sola Christiana Ecclesia, inter inundationes Scytharum à plaga Septentrionalibus, & Saracenum ab Orientalibus, pretiosissima gentilis eruditio[n]is reliquias, iamjam funditus perituras, sibi & gremio suo conservavit. Nuper etiam intuenti licet Jesuitas, (qui patrum studio proprio, patim ex tremulatione adversariorum, interis strenue incubuerunt) quantum subfidi, vivariumque, Romanæ sedi reparandæ & stabiliendæ atulerint.

Quare ut abfolvam hanc partem, duo sunt præcipua officia, & ministeria, præter ornatum, & illustrationem, quæ fidei religioneque humaniores littere perolvunt. Unum,

quo d

quod efficacia sunt incitamenta, ad divinam gloriæ exaltandam, & celebrandam, sicut enim Psalmi, & alia scriptura, crebro nos invitant ad contemplationem, prædicacionemque magnificorum, & admirabilium operum Dei; ita, si tantum in eorum specie externa, sicut sensibus nostris se exhibent, hæceremus, eadem faceremus injuriam Majestati divinae, ac si de opulenta, & copia nobilissimi Germaniæ, ex iis qua[re] palam exponerent in pergula, judicaremus. Alterum, quod singulare remedium, angustiisque exhibeat Philosophia, contra infidelitatem & errores. Nam Salvator noster inquit, *Erratis, recalcantes scripturas & portantiam Dei.* Ubi duos libitos, ne in errores incidamus, proponit nobis evolvendos: primo volumen scripturarum, que voluntatem Dei, deinde volumen creaturarum, que potentiam revealant: Quotum posterior, veluti clavis e[st] prioris, non solum angelicum nostrum aperiens, ad genuinam scripturatum mentem, ex generalibus regulis rationis, & legibus sermonis extromendam; Sed postea etiam præcipue fidem nostram reserans, ut in feriam ingrediamur omnipotentiae divine meditationem, cuius characteres maxime insculpi ejus operibus, & in eis suat. Tantum de divinis testimonis, ac iudicis, pro veritate dignitate & pretio doctrina, dictum esto.



Quantum ad humana testimonia, & argumenta, tam latus apertur campus, ut in tractatu hoc brevi, & pessimo, delectum potius adhibere deceat, quam copiam. Primo itaque sumimus apud Ethnicos honoris gradus sunt, divinam venerationem, cultumque consequi: (Quod quidem Christianis est quamquam fructus vetius:) Nunc vero loquimur separatum de iudicis humanis. Itaque (ut cœcilius dicere) apud Ethnicos, ille quem Graeci *Apostheosin*, Latini *Relationem inter Deos* vocarunt, supremus honor fuit, qui homini ab homine tribui posset: præsertim ubi non ex decreto, aut edictio aliquo imperii, (ut Caesaribus apud Romanos) sed ex opinione hominum, & fide interna, ultra deferretur. Cojus honoris tam excelsi, gradus quidam erat, & terminus medius. Quippe iopta Humanos honores, Hetoici numerabantur, & divini. In quorum distributione hunc ordinem temere veteres. Retrumpub, conditores, Legislatores, Tyrannicidæ; Patries Patriæ, quicunque in rebus civilibus optime interierunt, insigniti sunt tunclo Heroum tantum, aut Semideorum, quales fuere *Thefest*, *Minos*, *Romulus*, exterque: Ex altera parte, inventores & autores novarum artium, quicunque vitam humanam novis commodis & accessionibus dotarunt semper consecrati sunt inter Deos ipsos majores; quod *Cereris*, *Baccho*, *Mercurio*, *Apollini*, & aliis

con-

comitig. Quod certe jure, & sano cum iudicio factum est. Nam prioruna benemerita intra unius ætatis, aut nationis limites, fere cohercentur; nec ab similia sunt imbris tempelvis, & benignis, qui quantumvis frugiferi sine, atque optabiles, tamen pro illa tempelate tantum, qua decidunt, atque pro ampliitudine tractus teræ, quam irigant, utilis sunt. Posteriorum vero beneficia, ut ipsius solis, & coelestium munera, temporibus perpetua, locis infinita sunt. Illa rursum, cum contentione, & perturbatione, ut plurimum conjuncta sunt, haec habent verius characterem divinitatæ præsentis, venienteque in *aura leni*, absque tumultu, aut strepitu.

Neque sine doctrina meritum in civilibus, & in reprehendens incommodis, quæ homo homini inficit, maleum cedit illi alteri, in sublevandis humanis necessitatibus, quæ ab ipsa natura imponuntur. Atque hoc genus meriti optime adumbratum fuit sub illa ficta narratione de Thiatro Orphæi; ubi singulæ beliz, aequaliter congregata sunt, quæ appetitum suorum innatorum immemores, prædulcis, pugnae, amicæ placideque una stetero, *Cithatæ concentu*, & suavitate capte. Cojus somnis ubi aut cœllaret, aut majori tonitu obtrueretur, omnes illico animantes ad ingenium redibant. Quia in fabula eleganter describuntur ingenia, & mores hominum,



minum, qui variis, & irodinatis cupiditatibus agitantur, luci, libidinis, vindictae qui tamen quamdui auctes præbent præceptis & fussionibus religiosis, legum, Magistrorum, in libris, sermonibus, & concionibus, eloquenter & suaviter modulambus, tam diu pacem colunt, & societatem, fin istafileant, aut feditiones, & tumultus oblitrepant, omnia diffundunt, & in Anarchiam, atque confusione relabuntur.

Sed enim hoc clarus certus, cum Reges ipsi, aut Magnates, aut Praefecti eruditissimi preditti sunt. Ut ut enim suis addictus nimirum partibus videatur, qui dixit, *tum dum Regi, fore felices, cum aut Phileophi regnent, aut Reges philosophantur*; Hoc tamen experientia notum est, sub eruditissimis Principibus & cultissimis Reipub. secula maxime felicia fuere. Quisvis enim Reges ipsi suos habeant errores & vitia, affectibus feliciter & pravis consuetudinibus pro more ceterorum hominum obnoxii, tamen doctrinarum si accedat lumen, anticipatae quedam notitiae religiosis, prudentiarum, honestarum, retinent eos, & ab omni præcipiti, & immedicabili excelsu, & erote selfznant, autem tempestivellentes, etiam cum Consiliarii, & Domestici filene. Quin Senatores ipsi, & Consiliarii, qui literis exulti sunt, solidioribus iunctiuntur principis, quam qui ab experientia tantum edociti sunt; illis ex longinquo pro-

sp*pi-*

spicientibus pericula, & macte propulsan-  
tibus, cum alti tantum ex propinquio, &  
cominus sapient, nihil videntes, nisi quod  
imminet, & tunc denum agilitate ingenii  
fui, se in ipso periculorum articulo expedie  
& eripere posse confidentes.

Quæ felicitas temporum sub eruditissimis Principibus (ut tempe brevitatē studeam, adhibens non nisi lectissima quoque exempla, & maxime illustria) præcipiæ certius eo in seculo, quod à morte Domitiani Imperatoris, usque ad Imperium Commodi defluxit; successione ex Principum eruditissimis, aut certe eruditissimi impense faventium, complectente; omniumque, si temporalia bona spectemus, quæ unquam vidit Roma, totius orbis tunc Epitome, longe florentissimo. Id quod Domitiano, pridie ejus diei, quo interfectus est, in formis premonstratum erat. Quippe qui videre vitus est, *Capiit aureum pectora cerviceq[ue] cruentum esse.* Quod sane vaticinium aureis illis suble-  
quuntibus seculis adimplatum est. De quibus sigillatim, sed brevissime, verba faciam.

*Nervis vir doctus fuit, Apollonii illius Pythagorei familiaris, & quasi discipulus. qui etiam fere expiravit in versu illo Flómeri:*

*Talis Phœbe mis Lachrimas ueliscere no-  
frat.*

Tra-



*Trajanus* non ipse quidem doctus, sed doctrinæ admirator, & erga literatos munificus, Bibliothecarum insutor, & in cuius aula (sicet Imperatoris Bellicosi) Professores & Pedagogos gratiosissimos fuisse, memorie proditum est. *Adrianus* curiosissimus mortaliū, & inexplebilis omnis varietatis & Secreti investigator. *Anthenes* subtilis & quasi Scholasticus, unde etiam *Cynini* seditor vocatus est. Ex *Dixi* *Præribus* autem *Lucius Commodus*, mollioriter literatum genere eruditus. *Marcus* etiam cognomine ipso Philosophus. Hi Principes, ut doctissimi, ita & optimi fuerunt. *Nerva* clementissimus Imperator, qui que, si nihil aliud, orbi *Trajanus* dedit. *Trajanus*, omnium qui imperarunt, & belli & pacis artibus maxime florens: Idem Imperii fines longissime protulit, Idem vim Dominationis indestabiliter cohabuit: Maximorum etiam extractor operum; unde à *Constantino*, *Parietaria* per invidiam vocatus est, propter nomen ejus tot parietibus incisum. *Adrianus* temporis ipsius æmulus: Injurias enim & ruinas temporis, in quoquo genere, cura & munificentia sua, reparavit. *Anthenes*, (ut etiam appellatus est) vir maxima *Fini*, nativa quadam & insita bonitate, omnibus ordinibus gratus, cuiusque regnum (sicut haud breve) omnis calamitatis expers. *Lucius Commodus* fratri quidem bonitate cedens, reliquos Imperatores

tores plaustris superans. *Marcus* vit ad exempla virtutis compositus, cuique secura ille, in convivio Dcorum, nihil habuit, quod obieciter, prater patientiam erga mores uxoris. In hac itaque continua sex Principum ferie, videre cuius liceat felicissimos suos doctinos, in Imperio collocare, in maxima orbis terrarum Tabula deplos.

Jam vero doctrina, non in civilia tantum, sedne artes pacis, influxum habet, sed & in militari virtute exercet vim suam ac potentiam; ut clare perspicitur in exemplis Alexandri Magni, & Cæsaris Dicitotis, quorum antea obliter meminimus, nunc vero ea paulo fuisus retractabimus. Horum virtutes militares, & res in bello gestas, supervacaneum esset notare, aut recensere, cum in eo genere mundi miracula existerent: sed de amore ipsorum, & studio erga literas, nec non in istud excellentia propria, non alienum erit, si paucis subjugamus.

Educatus fuit Alexander, edocitusque ab Aristotele, (Philosopho certe magno) qui nonnullos à libris suis Philosophicis ei noncupavit: à latere illius nunquam discedebat Callisthenes, aliquique per eruditum viri, qui casta sequebantur, & perpetui erant omnium ejus itinerum & expeditionum comites: quo autem pretio literas habuerit, haud pouca liquido demonstrant: Veluti invidia, qua dignam



dignam censuit Achillis fortunam, quod gerstorum rerum, laudumque suatum, Hominem praeconem invenierat: Judicium de pretiosa Datri atcula inter reliqua spolia reporta, de qua cum quæsio moveretur, quidnam potissimum dignam esset, quod in ea allervaretur, ipse, cum ali alia dicerent, pro Homeri operibus fenequentur tuuit: Epistola objurgatoria ad Arisloctem multa, postquam libros Physicorum edidisset, in qua expoulat, quod Philosophiae Myteria evulgatae, simulque refutat, malle se omnibus doctrina & cognitione, quam potentia ac Imperio praecellere. Sum & alia, que huc spectant. Ipse vero quam egregie animum excoluerit doctrina, in omnibus ejus dictis & responsis appetet, vel potius refulget, eruditissimum plenissimum; in quibus, licet numero pauca sint, quæ adhuc supererint, singularium scientiarum vestigia alte impresa repetias.

In Mortalibus obseruerit primo Alexandri Apophthegma circa Diogenem, & adverte (si placet) si forte non unum ex gravissimis questionibus moralis Philosophie confituant: *Viram qui fruuntur externis bonis, felicior sit, at qui contentum est cum enim Diogenem cetererit, tam parvo contentum, convertitus ad circumstantiam, que eius conditio nem subflamabat, Nijs esse, inquit, Alexander, optarem iste Diogenes.* At Seneca in hac comparatione Diogenem praetulit,

cum

com dicteret, plus erat quod Diogenes nolle accepere, quam quod Alexander posset dare.

In naturalibus obseruetur, illud, quod crebro usurpabat, *in duabus se rebus mortalitatem suam maxime percipere, somno & libidine:* quod sane dictum ex iniqua naturali Philosophia depropinquum est, non tam Alexandrum, quam Arisloctem, aut Democritum sapientem, cum tam indigentia, quam redundancia nature, per illa duo designata, mortis sint tanquam Arrhadones.

In Poëticis, obseruetur dictum illud, quum sanguine è vulneribus ejus effluente, acciperet unum ex adulatoriis, qui ei Divinitatem tribuere solebat, *Speras, inquit, hominis iste sanguis est, non talius liquet, qualem dixit Homerus Veneris è manu manefæ, vulnerata à Dismede;* hoc dicto & Poëtas, & alienatores suos, & le ipsum ridentur.

In Dialecticis, accepi reprehensionem illam argumentarum dialecticarum, *citata reperienda, & retorquenda argumenta, in dicto suo, quo perfundit Callandrum, delatos patris lui Antipati repellentem.* Cum enim Alexander forte dixisset, *Numquid putas, hos homines tam longum iter seceptores fuisse, nisi iustam doloris causam habuissent?* Respondit Callander, *Iste hoc ipsum annos eis dedit, quod sperabant longinquitatem via oblituram, quo minus calumnia proderetur.* Enge, inquit Rex, *Strophas Arisloctis,* rem

pro



¶ 90 *& contra detergentes.* Attamen hac ipsa, quam in alio carpebat, ante, cum res postulareret, in commodum suum uti probe noverat. Ita enim accidit, ut Callisthenes (quem odio clam habebat, quod novae ejus inter Divos relatione refagaretur,) in quodam convivio rogatus esset ab una discubentibus, ut oblicationis gratia (cum esset vir eloquentissimus) Thēma aliquod pro arbitrio sibi sumereret, de quo subito diceret, ille autem annuens, laudes gentis Macedonie eligens, minifice cum omnium applausu differuit: At nequit quia hoc delectatus Alexander subjecit, in bona causa, facile est cuiuslibet esse eloquenti, quin verè, inquit, *ſyl- lum*, *& quid contra nos posse, audiamus.* Callisthenes negotium in le recepit, idque tam acerbe, tamque aculeate perflit, ut Alexander interpellans diceret, *Litanus man- liti animus, agne ne bona causa, inquit elo- quentiam.*

In Rhetorice, ad quæ tropi & ornamenti pertinent, ecce tibi elegantiissimum Metaphoræ usum, qua Antipatrum, imperiosum & tyranicum Praesidem perstrinxit. Cum enim amicus quidam Antipate laudaret eum coram Alexandro, quod tam moderatus esset, neque in Persicum, prout alii Praefecti, luxum, usque purpuram, veteri Macedonie amici exuto, degeneraret, *As intus, inquit Alexander, Antipater est totus Purpur-*

*rus.*

rus.

Ejus & illa metaphora insignis: Cum Parmenio ad eum accederet, in Campis Atbellæ; eique ingentem hostium exercitum monstraret, qui oculis subiacens noctu, propter infinitum numerum ignum, veluti alterum firmamentum stellarum representabat, ideoque confuleret, ut nocturno prælio illos invaderet, *Nolo, inquit Alexander, ſuf- furari vicitoriam.*

In politicis, attende gravissimam illam, & prudentissimam distinctionem, (quam omnis posteritas ampla est) qua duos ex precipuis eius amicis, Ephesiensem & Cætarenum, distinxit, quem dicere, *Alterum Ale- xandrum amare, alterum amare Regem.* Dis similitudinem maximæ ponderis, etiam inter fidelissimos Regum servos constituens, quod alii magis Dominorum suorum personas vero affectu profequantur, alii potius moreantur officio erga principatum ipsum. Speciemur etiam, quam eximie redargueret er torum, principum Confiliariis familiariter, qui plerumque confilia, pro modulo sua animi, & fortunæ, non Dominorum, susciguntur. Cum Darius magnas Alexandro off erret conditiones, Parmenio; *Ego, inquit, si effem Alexander, acciprem.* Subiectus Alexander, *Et ego quidem, si effem Par- menio.* Postremo excutiatu acrilliud atque acuum responsum, ad amicos interrogantes, quid sibi reservaret, cum tot & tanta



tanta donaret? Spem, inquit, quippe qui pro-  
be fecire, subducit rationibus, spem veram  
esse sortem, & tanquam hæreditatem, ad  
magna almirantum. Hæc Iulii Cæsaris fors,  
cum prodicenteis in Galliam, universas  
opes exhaustisset. Hæc pectoris largitionibus  
etiam nos Henricus, Duxi Guiſu, Nobilitissimi  
Principis, hæc nimium ambitione, de  
quo illud increbuit, Feneratorem cum fuisse  
enun̄ omnium Gallorum maximum, es  
quod omnes opes in nominibus haberet, atque  
patrimonium universum in obligationes con-  
vertisset. Ceterum admiratio hujus Principis,  
dum eum mihi, non ut Alexandrum  
Magnum, sed ut Aritoforeum dicipulum pro-  
pono, longius fortasse me provexit.

Quantum ad Julianum Cæsarem, non est  
opus, ut de præstantia eruditissimæ ejus, aut  
ex educatione, aut ex familiisibus, aut ex  
responſis suis, conjecturam faciamus. Hæc  
siquidem eminet in ejus scriptis, & libris:  
quorum ali extant, ali infeliciter deside-  
rantur. Primo enim hodie in manibus ha-  
betur inſignois illa bellorum suorum historia,  
cui nomen & titulum Commentariorum  
duntaxat præfixit: In quo omnes posteri fo-  
lidum rerum pondus, & viva tam actionum  
quam personarum simulachra, cum castissima  
pureitate sermonis, narrationique per-  
spicuitate eximia, conjuncta admirantur:  
quas quidam dotes, non à natura inflatis  
fuisse,

fuisse, sed à præceptis institutisque doctrinæ  
acquisitas, testatur liber ejus de *Analogia*:  
qui nihil aliud erat, quam Grammaticalis  
quædam Philosophia; in quo sedulo dedit  
operam, ut vox ad placitum, redderetur vox  
ad licitum; & confutando quoquo modo  
loquendi, ad congruitatem revocaretur  
emendata loquendi; & verba, quæ sunt  
rerum imagines, rebus ipsiis convenienter,  
non vulgi profus arbitriuſ sequentur.

Ita etiam veluti monumentum doctrinæ,  
non minus quam potentiae, emendatae ejus  
edicto habemus computationem anni, que  
differe teſtitur, atque cum gloria ſibi duxiſ-  
ſe, fidetur in certis leges pernoſſe, ac ho-  
minibus in tertis leges dediffe.

Ex libro quoque, cui titulum præposuit  
Ari. Cato, facile conſtat, cum tanto studio  
accensum ad victoriam ingenii, quanto belli  
& armorum, obtinendam, certamen calamis-  
tum ſufcipiente, contra maximum eō tempore  
pugilem, Ciceronem Oratorem.

Ruris in libro *Apophthegmatum*, que  
collegit videmus, honoriſcentius ſibi putaf-  
fesi le ipium tanquam in Tabellas aut Codicil-  
los inuitaret, in quos prudentia aliorum  
dicta, graviaque referentur; quam ſi dicta  
ſua propria, velut oracula ſacrarentur, ſicut  
in epi Principes nonnulli, adulazione cor-  
rupti, ſibi fieri geſtiant. Atamen ſi recen-  
ſere vellem, pleraque ejus dicta, [ut feci in

Ale -



Alexandro] sunt ea cetera hujusmodi , qualia notat Salomon , Verba sapientia sunt tanquam aculei , & tanquam clavi in altum defixi . Itaque utra hic tantum proponam , non tam elegancia , quam vi & efficacia militaria .

Primo igitur , Magister sit , oportet , loquendi , qui unico verbo seditionem in exercitu comprimere posuit . Sec autem se res habuit . Romanis mos fuit , cum exercitum duces alloquerentur , milites uti eos appellarent : cum Magistratus populum , Quirites . Tumultabantur milites Catilinae , ac misericordem seditionis flagitabant ; non quod hoc ipsi cuperent , sed ut hoc postulato Cæsarem ad alias conditiones adagerent : ille immotus atque inconclusus silentio facto sic exortus est : Ego , Quirites : Quo verbo , eos jam dimisles significabas . Eo petulci milites , & plane obfuscati , concessionem deinceps perpetuo obturbabant , & postulato illo missione postulabito , contra obnixe petebant , ut militum appellatio eis restiteretur .

Secundum fuit hujusmodi . Regis Nomen Cæsar summe affectabat : Itaque sibi omnes sunt nonnulli , qui præterea tempestati populari acclamatione Regem salutarent . Ille sentiens , acclamationem tenuem fusile , ac tatarum ; Negotium joco transmisit , ac si ceteratum esset in cognomine , Non Rex sum , inquit ,

inquit , sed Cæsar . Dictum fane hujusmodi , ut li diligenter exscutatur , vigor ejus & pondus vix extixti possit . Primum enim recusationem nominis pra se cerebat , sed neutram seriam : Deinde ingentem quandam confidentiam , & magnanimitatem monstraban ac si Cæsaris appellatio , illustrior titulus esset , quam Regis ; quod haud fecus evenit , & usque in hodiernum diem obtinuit . Sed quod illius maxime intererat , hoc dictum , summo artificio , finem suum urgebat . Hoc enim innubebat , S. P. Q. R. de re Iovi , hoc est , nomine tantum , (nam potestatem Regiam iampidem habebat) secum contendere , ac tali nomine , quale complures etiam ex familiis obscuris gerebant : Nam cognomen Regis multis Romanorum genitum erat , quemadmodum & nos simile quiddam nostro idiomate habemus .

Ultimum quod hoc loco repetere placet , tale fuit . Cum Cæsar post bellum intum , Romanum occupasset , anque sanctius Aerarium reclusisset , ut pecunias ibi congetas , in tuis bellii tolleret , restitit Metellus , ut pro tempore tribunus ; cui Cæsar , Si persperas , inquit , mortuus es . Dein reprimens se paulum subjecit . Adolescent , durius ergo mihi hoc dicere , quam facere . Diculum tanti misericordie , ex tetro & clementia conflatum , ut nihil sapta .




Verum ut Cæsarem mittamus; Perspicuum est, cum probe sibi coalicium sit eximiae studioris fusse; ut liquet ex eo, quod demirantibus nonnullis Lucii Sylla confitum, in deponenda Dicitura, cavillans dixit, Sylla nescivit literas, dictare non potuit.

Nunc autem tempus videtur imponendi finem huic dissertationi de aucta coniunctione militaris virtutis, & literarum, (quid enim in hoc genere, post Alexandrum & Cæsarem afferri potest?) nisi quod moveat unius alterius exempli dignitate & insolentia, eo quod tam subito transfert à ludibrio admittaculum. Est autem Xenophontis Philosophi, qui è Socrate ludo profectus est in Asiam, cum Cyro juniorie, in expeditione contra Regem Attaxerxes. Hic Xenophon eo tempore peradefens fui, & nunquam aciem, aut castra videras, neque tunc Praetoriarum aliquam in exercitu gerebat, sed tantum sponte, ob amicitiam Proxeni, proficierebatur. Aderat forte fortuna, cum Falinus à Magno Rege Legatus ad Græcos veniret, postquam Cyrus in acie occubuerat. Graci autem [Manipulus tantummodo hominum] Duce orbata, in medio Provinciarum Persicarum, à patria sua, plurimorum milliarium intervalis, & fluminibus maximis arque altissimis interclusi essent. Legatio huc spectabat, ut postis annis arque deditis, se Regis clementiae submitterent. Cui legatione antequam

tequam publice responsum esset, complures ex exercitu familiariter cum Falino colloquebantur. Inter quos Xenophon ita forte locutus est. *Imo*, inquit, *Faline*, *hic duotantum nobis jam superiunt, arma & virtus.* *Sigilum armis dedamus, eus usus [obsecro] nobis erit virtus?* At Falinus subridens, *Ni falter,* inquit, *Athenensis es (adolescens) & philosophi incumbis, atque bellula sunt, quae dicas, sed valde erras, se virtutem vestram Regis copias parem esse arbitris. Ecce ludibrium.* Sequitur miraculum. Novitus iste ex Schola, & Philosophus, postquam omnes Duces & Praefecti prodizione interempti essent, decem milia pedum Babylone in Graciam reduxit, per medianas Regis provincias, omnibus eius copiis fructu obtentibus. Quo factu stuporem iniecit omnibus. Gracis autem ab eo tempore ingentes addidit animos, & spiritus, ad Persiarum Regnum invadendum, & subvertendum. Quod & mox cogitavit sane, & designavit Iason Thessalus; tentavit & inchoavit Agesilaus Spartanus; perfecit denum Alexander Macedo, omnes literati, istius prævii egregio facinori incitati.

Pergamus ab Imperatoria, militarique virtute, ad mortalem, & eam, quæ est hominum privatum. Primo, certissimum est illud Poëta:



*Scilicet ingenus didicisse fideliter artes  
Emulsi more, nec finit esse feret.*  
Eruditio siquidem humanas mentes fertate  
atque barbare exuit. Veruntamen opus est,  
ut accenesse sit in voce illa fideliter. Nam tam  
multuaria cognitione flectit positus in contac-  
tuum; eruditio, inquam, levitatem, temerari-  
tatem, atque insolentiam tollit, dum omnia  
pericula & ambigua simul cum re ipsa fugi-  
gerit; rationum & argumentorum pondera  
in utramque partem librat; prima quoque  
que se offertur animo, eique ardent, pro-  
ficiens habet; iterque omne tanquam ex-  
ploratum inire docet. Eadem admirationem  
serum vanam & nimiam evicit, radicem  
ipsam omnis infirmi consiliit: quippe admirar  
res, vel quia nostra sunt, vel quia magna.  
Quantum ad novitatem, nemo est qui  
literas & rerum contemplationem penitus  
imbibet, quin illud cordi impellendum ha-  
beat, *Nil novi super terram.* Neque enim  
puparam ludum, quisquam magnopere mirabitur,  
qui pone aulæ caput inferens, or-  
gana, quibus moventur, & filamenta cernit.  
Quantum ad magnitudinem, quemadmo-  
dum Alexander Magnus, ingentibus prælis  
& victoriis in Asia affuetus, cum interdum  
acciperet è Grecia literas, de expeditionibus,  
& dianctionibus quibusdam illuc fa-  
ctis, que plerunque propter pontem alli-  
quem, aut Castellum, aut ad summum pro-  
expu-

31  
expugnatione oppidi alicuius suscipieban-  
tur, dicere solebat, *videti sibi inuenientium alia-  
tum de ranarum & murium pugna, de qua  
Homerus:* Sic cene, qui universitatem re-  
rum, cuiusque fabricam intueatur, illi terre  
globas, cum hominibus superstancibus (si  
divinitatem animalium seponas) haud majus  
quidpiam videbitur: quam coliculus res-  
miserunt, quarum aliae cum granis, aliae cum  
ovis suis, aliae vacue, omnes hinc inde circa  
exiguam pulvriscolli acercent, reptant & cu-  
stant. Porro eruditio auctor, aut saltator ma-  
nuvit timorem mortis, atque adversa fortu-  
tine, quo nihil magis virtutibus monobagiisque  
officere solet. Si enim animas cuiuspiam,  
contemplationis mortalitatis & rerum natu-  
rae corruptibilis imbutus fuerit, & instinctus,  
juxta cum Epiceto sentier; qui, cum pride  
xiens, mulierculam ob fractam ollam plorante  
cerneret, postridie etiam exiens, aliam motuam filium defleuentem conspicie-  
ret, dixit, *Heri vidi fragilem frangi, hodie  
vidi mortalem mori.* Quare optime, & valde  
sapienter Virgilius, cognitionem cauila-  
rum cum metu omnis profligatione copu-  
avit, tanquam Concomitania.

*Felix qui potuit rerum cognoscere causas,  
Quisque metu omnes, & inexorable fa-  
tum  
Subiecti pedibus, strepituunque Acherosia-  
ti avari.*



Nimis longum esset singula percuttere remedia, que singulis animi morbis doctrina suffpetatur, aliquando vitiostos humores expurgans, nonnunquam obstruktiones appetens, alias concoctionem juvans, alia appetitum excitans, non raro vulnera ejus & ulcerata sanans, & familia. Quare concludam cum hoc quod videtur rationem habere totius, ita ministrum animum doctrinam disponere, & flectere, ut nunquam protinus aequieletat, & tanquam congeleatus in defectibus suis, qui incitat se semper progreffsumque spiret. Nefis illiteratus, quid sit in se descendere, aut secum intrare rationes, aut quam suavis vita sit, quæ indies sentit se fieri meliorem, si qua forte virtutem prædictus sit, eam venditabit scilicet, & ubique spectandam exponet, eaque uteur fortissimam commode, quam tamen excolare, & augere negligit. Rursum, si quo virtuo laboras, artem, atque industriam illud celandi atque occupandi, minime autem corrugandi, adhibebitis, tanquam malus messor, qui perpetuo deme-  
tit, falecum autem nunquam exactius: literatus contra, non tantum uitium animo, vir-  
tutinemque exercet, sed continuo emendat se, & in virtute proficit. Imo ut in summa dicam, pro certo est, veritatem & bonitatem distinguunt tantum, sicut sigillum, & impref-  
fionem: nam veritas bonitatem signat: Et contra, vitorum ac perturbationum pro-  
celles,

celles, ex erroris & falsitatis nubibus erumpunt.

A virtute transeamus ad potentiam & Imperium, & dispiciamus, si uspiam inveniatu-  
ta sit potentia, & Regnum, quanta eruditio  
hominis naturam invicta & coronata. Vide-  
mus, dignitatem imperandi, secipi dignita-  
tem ejus, cui imperatus. Imperium in bel-  
latis, & pecora, quale bubulorum aut opili-  
onum, res vilis: Imperium in paeros, qua-  
le Ludimagistrorum, minus honorificum:  
Imperium in maicipia, potius dedecori est,  
quam honori: Neque multo prestantius est  
Imperium Tyrannorum, in populum servi-  
lem, atque animis & genetola indole exsu-  
stum. Unde hoc semper manavit judicium,  
honores in liberis Monarchiis, aut Rebus.  
suviiores esse, quam sub Tyrannis, quia Im-  
perium honorificum magis supra volentes  
est, quam super iayitos, & coadiutores. Ideoque  
Virgilius, cum ex intimo artificio, inter hu-  
manos honores, longe vellet optimos ex-  
promere, quos Augusto Cæsari alignaret,  
in hac ipsa verba loquitur,

Praetorique volentes  
Per populos dat jura. viamque officitat  
Olympo.

Ait Imperium scientiarum, longe celsius est  
quam Imperium in voluntatem, licet libe-  
ram, & non artificiam. Illa enim rationi, fi-  
deli & intellectui ipsi dominatur, qui est al-

E 4. tissima.



tissima pars animi, & voluntatem ipsam regit. Etenim nulla proculdubio terra est potestas, quae in spiritibus hominum, & animalibus, & omniisque cogitationibus, & phantasias, assensu quoque & fide, thronum, & quasi cathedram suam erigit, & collocat, præter doctrinam, & scientiam. **A**cidecirco videmus dætabilem illam, & immeasam delectationem, qua Hæresiarchæ, falsi Prophetæ, & impostores magni perfunduntur, & rapiuntur, postquam senserint, in fide & conscientia hominum expiis se regnare: Tantum certe, ut qui eam semel degustaverit, nolis ferre persecutionibus, aut tormentis adigi possit, ut hoc regno se abdicet. Sicut autem hoc illud est, quod in Apocalypsi dicitur, *Abyssus sive profunda Sathanæ: ita è contraria, justus & legitimus in animos hominum dominatus, veritatis ipsa evidenter, ac commendatione dulcissima stabilitus, fane quam proxime ad potestatis divinæ summittendum accedit.*

*Q*uod ad fortunas & honores spectat, munificientia doctrina non sic regna integra & Resp. locupletat, & distat, ut non hominum etiam privatorum fortunas & opes amplificeat, & elevat. Vetus enim observatio est, Homerum ploribus suppeditatis victum, quam Syllam, Cesarem, aut Angulfum, licet tot conq[uest]aria, tot donativa, tot agrosum affligaciones largiti sint. Cette difficile dictu-

est,

est, anima an literæ plurium fortunas conti-  
tuerint. Quin si de summa potestate loqua-  
mur, videamus, si arna, aut jus hæreditatis,  
Regnum contulerint, at literatum soni si-  
pius celisse sacerdotium, quod regni semper  
fuit rivale.

Raus, si delectationem, jucunditatem-  
que scientia inuecat, multum fane illa vo-  
luptates alias omnes exiperat. *Q*uid enim?  
num forte affectuum voloptates tanto inter-  
vallo oblectamenta sensuum excedere,  
quanto voti affectio felix, canticula, aut  
coenam: & non pati gradatione, intelle-  
ctus voluptates, eas quæ sunt affectuum,  
transcendent? In certis oblectationibus  
satietas est finitura, & postquam paulo in-  
veteraverint, flos ipsarum & venustas mar-  
cescit: quo docemur, non illas liquidas re-  
vena voluptates, ac finceræ fuisse, sed um-  
bras tantum, & fallacias voluptatum, non  
tam qualitate sua, quam novitate juemidas:  
unde & voluptuarii lepius sium Monachi,  
& ambitionis orum principum senectus, tri-  
stior fere est, & melancholia obcessa. Scien-  
tiae autem non est latet, verum & fruendi,  
& appetendi, perpetuo & subinde recursens  
visciditudo; ut necesse sit, hujus delectatio-  
nis bonum, simplex esse, non ex accidente,  
aut cum fraude. Neque illa voluptas, quam  
depingit Lucretius, ultimum in animo lo-  
cum fortitar;




*Suave mari magno turbantibus aquora  
Ventis. &c.*

*Suave est spectaculum, (inquit) flantem aqua  
ambulantes in littore, novem intus tem-  
pestate in mari jactantam: suave videm ex  
elita tueri duas cernere actes concursantes in  
planitate: at nul dulcissim est homini, quam mens  
per doliriam, arce virtutis collicata, non  
de aliorum erroris & labores diffidere possit.*

Denique, ut mittamus vulgaria illa argu-  
menta, quod per doctrinam icilicet, homo  
homini in eo proficit, in quo ipso brutis: quod  
ope doctrinae ascenda homo intellectu us-  
que ad celos, quo corpore non potest: &  
alia similia: cum eo condicimus bono haec  
dissertationem de literarum excellenti, ad  
quod humana natura ante omnia aspirat,  
hoc est, immortalitate, & eternitate. Huc  
enim spectant proeratio fabolis, nobilita-  
tio familiæ, aedificia, fundationes, monu-  
menta, fama, ac denique humanorum votio-  
rum summa. At qui videmus monumenta  
ingenii, & eruditio[n]is, quanto diutius du-  
rent, quam ea, quæ opere & manu facta  
sunt. Annon Homeri Carmina, viginti quin-  
que annorum centurias, & supra, absq[ue], unius  
syllabæ aut litteræ jactuta, duraverunt? Quo  
spatio innumera Palatia, Tempa, Castella,  
Urbes, collapsa sunt, aut diruta. Picture, ac  
Statua Cyri, Alexandri, Caesaris, mo Regu-  
& Principum multo recentiorum, nullo jam  
sunt

sunt modo parabiles: Atcher[?]pa enim ipsa,  
jamdu[m] confecta vetustate perierunt, ex-  
empla autem indies primigenia sunilitudine  
mulcantur. At ingeniorum imagines pe-  
petuo integræ manent in libris, nullis tem-  
porum injuriis obnoxiae, utpote qua iugem  
renovationem recipere possunt: Quanquam  
nec imagines dici proprie possunt, quia per-  
petuo generant quodammodo, feminaque  
sua in animos hominum spargunt, atque æ-  
tabitis subsequentibus infinitas actiones o-  
pinioneque suscitant & progignunt. Quod  
si navis inventum, res existimata tam nobi-  
lis & admirabilis fuerit, que opes mercedeque  
hinc inde transportat, Regiones locis disjun-  
ctissimas, participatione fructuum & com-  
modorum conficiat, quanto rectius literæ  
celebrari debent, que tanquam naves ful-  
cantes Oceauum temporis, remocienda se-  
cula, ingeniorum & inventorum commer-  
cio & societate copulant? Potro videmus,  
nonnullos Philosphorum, qui maxime im-  
mersi erant sensibus, minimeque divini, at-  
que immortalitatem anime præfæcte nega-  
bant, hoc tamen vi veritatis adactus conce-  
sisse, quoscumque motus & actus anima hu-  
mana abh[ic]e corporis organo praefare pos-  
sit, eos etiam post mortem permanere pro-  
bable esse: quales nimirum erant intel-  
ligens, minime autem affectuum motus. Adeo  
seuile scientia immortalis vita est res illis,



Atque incorruptibilis. Nos autem, quibus divina revelatio illuxit, concutentes hæc rudimenta, atque officias sensuum, novimus, non solum mentem, sed & affectus perpugnatos, neque animam tantum, sed etiam corpus, ad immortalitatem assumptum iri suo tempore. Sed enim meminerint homines, & nunc, & alias ubi opus fuerit; me in probationibus de dignitate scientie, inde ab initio fejunctis telemonia divina ab humana, quam methodum constanter retinui, separatim utrumque explicans.

Quanvis vero hæc ita sint, nequaquam tamen hoc mihi sumo, neque me confundam posse confido, ut illa causa hujus pro doctrina perotione, aut actione, judicia recessandæ vel *Aesopæ Galli*, qui granum hordei gemanæ præstat, vel *Mida*, qui cum arbitrio factus esset inter Apollinem, Minaram, & Panem, oviam Præsidem, opulentia palmarum detulit, vel *Paridæ*, qui spreta sapientia, ac potentia, primas voluptatis & amoti dedit, vel *Agrippe*, elegantis, *Oscular matrem*, modo imperet, imperium licet cum conditione detentando præoptauisset, vel *Vijfis*, qui vœtulam præstul immortaliati, typicente eorum, qui consueta optimis preponunt: plurimaque ejusmodi judicia popularia: Hæc enim antiquam obtinebant: Venerum & illed etiam manebit, cui innixa est semper doctrina tanquam firmissimo fundamento.

mento, quodque nunquam labefactari potest, iustificata est sapientia à filii suis.

## FRANCISCI BACONIS


### DE VERULAMIO,

Vice-Comitis sancti Albani,

*De dignitate & augmentis  
scientiarum,*

*Ad Regem suum.*

Orientaneum videri possit, tametsi non raro fecerit eveniar, (Rex optime) ut, qui Sobole numerofa suæ sunt, quique immortalitatem suam in posteris ipsorum quasi prospectare, præ ceteris mortalibus fiat solliciti de flatu futuorum temporum: utpote quibus fatis intelligunt charissima illa sua tandem debere pignora transiit. Elizabetha Regina, propter vitam exelbem, honestius potius in mundo, quam incola fuit; sua quidem tempora ornavit, & in multis beativis. Enim vero tuæ Majestatis, (cui Deus pro benignitate sua dedit tot lucispetre liberos, dignos certe qui te perpetuerunt, cuiusque etas vigens,



vigens, & torus fecundus, adhuc plures pollicetur) usquequaque convenit, non modo tuum (quod facis) solum irridare, verum etiam ad illa curas tuas extendere, quae memoria omnis alar, usque ipsa inueatur aeternitas. Inter ea autem (nisi studium meum erga literas me fallit) nil dignissim est, aut nobiliss., quam si doteatur Orbis terrarum *Augmentis Scientiarum* solidis & frumentis. Quousque enim tandem pauculos aliquos Scriptores statuerint nobis tanquam *Columnas Herende*, ne plus ultra in doctrinam progrediatur, cum habeamus Majestatem tuam, instar lucidi & benigni Sideris, quod nos inter navigandum conducat & fortunet?

Ut igitur ad rem rediemus. Recolamus jam, & nobilem perpendamus, quid Principes Virtut. aliisque, hisusque ad literarum amplificationem attrulerint, quid præteranterferint? Hoc autem preesse & distinctorum excutiam, sermone quodam Activo & Mafusulo, nusquam digrediendo, nil amplificando, Ponatur igitur illud, (quod quis concedat) opera quæque maxima & difficillima, vel præmiorum amplitudine, vel confiliorum prudentia & sanitate, vel laborum coniunctione superari: Quorum primum, conatum extimulat, secundum ambages & erotes tollit, tertium mortalium fragilitat sucurrit. At inter haec tria, merito primas tenet *Confilia prudenter & sanitas*; hoc est, Monstrans,

filtratio, & Delineatio viae recte & ploribus, ad rem, quæ proponitur, petagendam. *Claridus enim*, (quod dici solet) *in via, anteverit Cœlorum extra viam*. Et Salomon per apostolice ad hanc rem: *Ferrum si retinjam fuerit, viribus utendum majoribus: quod vero super omnia praevaleat, est sapientia*. Quibus verbis innuit, mediè prudentem electionem efficacius conducere ad rem, quam vitium aut intentionem, aut accumulationem. Hæc ut dicam, illud impellit, quod (salvo semper eorum honore, qui de Literis quomodo cunque meruerant) perspicio arque animadvero, opera eorum atque acta pleraque, ad magnificentiam potius, & nominis sui memoriam, quam ad Scientiarum ipsiarum Profectum & Augmenta spectasse: & literatorum potius numerum auxisse, quam artibus ipsius multum incrementi attulisse.

Actiones autem & opera, quæ ad literas amplificandas pertinent, circa tria versantur objecta: Circa literarum sedes, circa libros, & circa personas eruditorum. Quemadmodum enim aqua, sive ex cœlesti rora descensens, sive ex fontibus scaturiens, facile dissipatur, nisi colligatur in aliqua receptaculo, ubi per unionem & congregacionem se sustentare & levare possit, ( quem in finem exigitavis) solertia humana. Aqueductus, Cisternas, Stagna, eaque etiam variis ornamenti



mentis condecoravit, quae Magnificentia & Dignitatis, non minus quam Ulixi & Necessitati deserviant; similiter liquet iste Scientie pietiosissimus, sive à Divina inspiratione desulserit, sive è Sensibus exiliat, mox periret omnis, atque evanesceret, nisi conservaretur in Libris, Traditionibus, Colloquisi, ac præcipuis in Locis certis his rebus definitis, quales sunt Academia, Collegia, Schola, ubi & permanentes habeat sedes, & crescendi insuper & se congregandi copiam, & facultatem.

Ac primo, Opera, quæ ad *Musarum Sedes* spectant, quatuor numberantur: Ad fiduciorum structura, Proventuum Dotatio, Priviliegiorum Concessio; Disciplinae Lex & Institutio; Quæ omnia ad secundum & ottium (ut platinum) conferunt, & ad vacationem à curis & molestis: qualia sunt quæ ad Alvernia constituta, in ulmo mellis, requirit Virgilius;

*Principio sedes apibus statioque petenda,  
Quo neque fūt ventis aditus, &c.*

At Opera circa Libros duo sunt præcipua. Primum Bibliothecæ, in quibus tanquam Mausoleis, præcorum Sanctotum reliquiae, virtutis plena, conditæ sunt. Secundo, novæ editionis Auctorum, emendatoribus impressionibus, fidelioribus versionibus, utilioribus commentariis, annotationibus ma-

93  
gis diligentibus, & hujusmodi famulatio, instruclla & ornata.

Ponit opera, quæ *Litteratorum hominum Personas* reficiunt, (preterquam quod ipsi ornandi fine & promovendi) sunt enim dñs: Remuneratio & designatio Lectorum, in attribus jamdudum inventis, & cognitis, & remunratio ac designatio scriptorum, circa eas doctrinae partes, quæ non latè hac temus exculta aut elaborata sunt.

Hæc summatis opera sunt & acta, in quibus inclitorum Principum, aliorumque illustrium virorum promerita, erga rem litterariam claruerunt. De particulari alicuius commemoratione, qui de Litteris bene meruit, cogitanti, ocurrat illud Cicetoni, quod eum, post redditum suum, ad gratias promiscue agendis impulit, *Dificile, non aliquam ingratum quenquam præterire.* Potius (ex scripturam consilio) spatium intemperatur, quod adhuc restat in studio decurrenti, quam oculos reflecamus ad ea, quæ à tergo iam pridem reliquimus.

Primum igitur, inter totas Europæ Collegia, præclarissime fundata, omnia illa certis Professiōnibus destinata esse demitor, nulla liberis arque universalibus artium & scientiarum studiis dedicata. Nam si quis judicet, Doctrinam omnem referendam esse ad Usum & Actionem, recte sapit: Veritatem facile est, isto modo prolabi in errorem



sem illum, quem Fabula peranquia perstringit, in qua cetera Corporis Membra littera. Ventriculo intenderunt, quod neque motum praaberet, ut artus, neque sensum, ut caput: quamvis interea alimentum coctum atque confectum ventriculus ille in reliquum corpus divideret: Piane eodem modo, qui in Philosophia ac Contemplationibus universalibus possumus omne studium, inane atque ignavum arbitratur, non amadvertis, singulis Professionibus, & Attibus; exinde succum & robur suppeditari. Atque certe persuasum habeo, hanc ipsam haud minimam causam fuisse, cur felicior Doctrina progrellis hincusque retardatus sit; quod opera huc fundamentalibus Scientiis navata sit tantum in transitu, neque hauflus ploieores inde eponi. Nam si ab ore solito fructuoso fieri cupias, de ramis medicandis frustula cogitavens; Testa ipsa circa radicem subigenda, & gleba letior admovenda, aut nali egeris. Neque ruris silentio prætermittendum est, hanc Collegiorum, & societatum, in usum tantummodo Doctrinae Professoriae, Dedicacionem, non solum scientiarum incrementis immicam fuisse; sed etiam in Regnum & Re- tumpobli, detrimentum cellere. Hinc enim fieri solet, ut Princes delectum habituri ministrorum, qui Rebus civilibus tractandis sunt idonei; ejusmodi hominum miram

foli-

soliitudinem circa se reperiant, propterea quod non habetur Educatio aliqua Collegiata, in hos usus destinata, ubi feliciter homines à Natura ad hoc facti & comparati, (præter artes alias) Historie, linguis modernis, libris & tractatibus Politicis, præcipue incubant, ut inde ad civilia munera magis habiles, & instruti accedant.

Quoniam vero Fundatores Collegiorum plantant, Praelectionem vero rigant, sequitur jam ordine, ut dicam quid in publicis Lectionibus desideretur, Nimirum, Improbis vel maxime tenuitate stipendiorum, Praelectionibus five Artium, five Professionum, (præferimus apud nos) assignatam. Interest eis imprimis progrellii in Scientiis, ut Lectores in unoquoque genere ex optimis instructis finisque eligantur: utpote quorum operationes in eis transitorium, sed ad sufficiendam Sobolem Scientiis, in secula adhibeatur. Id fieri nequit, nisi præmia & conditiones tales constituantur, quibus eminentissimi quisque in ea Arte plane contentus esse possit; ut illi demum grave non sit, in eodem munere immoti, neque Practicam cogite. Quocirca Scientia ut floreant, Militaris lex levanda Davidis; *Præ aqua effet pars defendantis ad prælium, & manentis ad sarcinas*; Sarcinus male aliter prospectum erit. Sic Lectores in Scientiis sunt tamquam Conservatores & Custodes totius Literatii appara-




apparatus , unde praxis & maiestia deinceps scientiarum instruatur : proin aequum est , ut merces ipsorum lucra Practicorum exaequate possint . Alter si patribus scientiarum præmia non confiuerterat satis ampla , & luculenta , eveniet illud :

*Et patrum invalidi referent fejuria Nati.*

Defectum nunc notabo alium , in quo Alchymista quispiam in auxilium advocandus foret , cum id genus hominum Studiosis auctores sint , ut libtos vendant , fornaces extruant , Mervavam ac Musas (tanquam virginines steriles) deferant , ac Vulcano se applicent . Fatendum est enim vero , tam ad penetralia contemplationis , quam ad operativæ fructum , in nonnullis scienziis (præsertim naturali Philosophia , & Medicina) hanc unitate subtilia è libris petenda esse . Quia in re nequitiam omnino cessavit munificencia hominum , quippe videmus , non Libros magis , quam Sphæras , Globos , Astrolabia , Mappas , & alia similia , ut admixtæ quædam Astronomia , & Cosmographia , comparari , & studio præberri . Viderius etiam loca nonnulla Medicinæ studio dicata , horros habere pro simpliciūtē ejusque genetis inspeccione , & noticia ; nec ulū mortuorum corporum ad observationes Anatomicas destituti . Ceterum hæc ad paucæ spectant . In genere , pro certo habeatur , magnos , in rebus

rebus naturæ abditis eruendis & referandis , progressus vix fieri posse , nisi ad experimenta , five Vulcani , five Dædali , (fornaci sci- licet , aut machine , vel cuiuscunq; alterius generis , (sumptus abunde suppeditantur . Ideoque sicut principum secretariis , & emif- fariis , concedunt exhibere rationes expedi- fassum pro diligentissi suis , in explorando & eruendo res novas & arcana civilia ; similiter & exploratoribus , ac speculatoribus naturæ , satisfaciendum de expensis suis ; alias de quæmplorioris nunquam siemus certiores . Si enim Alexander magnam vim pecuniae sup- pedavit Antoteli , qua conduceret venato- res , antecupes , pescatores , & alios , quo instru- ctior accederet ad conferendam historiam animalium ; certe majus quiddam debetur iis , qui non in fabribus nature pererrant , sed in Labyrinthis artium viam sibi ape- riuntur .

Defectus etiamnum alius nobis obser- vandus , (magis certe momenti ,) neglectus quidam est , in Academiarum Reckordibus , consultationis ; in regibus five superioribus , visitationis ; in hunc tamen diligenter con- sideretur , & perpendatur , utrum prælectio- nes , disputaciones , aliaque exercitia scho- lastica , antiquius instituta , & ad nostra ut- que tempora usitata , continue fuerit ex ufa , vel potius antiquare , aliaque meliora substituere . Etenim inter Majestatis ræ Ca- nones



nones prudentissimos, illam reperio. In anni vel confuetudine, vel exemplo, tempora spoulanda sunt, quando primum res capta: in quibus si vel confusio regna verit. vel inscita, derogat illud imprimit autoritatem rerum, atque omnia reddit suspecta. Quamobrem, quandoquidem Academicarum instituta plerisque originem traxerint à temporibus hinc nostis haud paucis obscurioribus, & inde diioribus: eo magis convenient, ut examini denuo subjiciantur. Exemplum in hoc genere, unum aut alterum proponam, in rebus quæ maxime obviæ videntur & familiares. Pro more receptum est, (lices, ut mihi videatur, perperam) ut literarum studiorum Logicam, & Rhetoricam, præpropere nimis addiscant; artes sane profectionibus magis convenientes, quam pueris, & tironibus. Etenim haec duas, si vere res perpendiculariter, sunt ex artibus gravissimis, cum fin artes artium, altera ad iudicium, altera ad ornatum. Quinetiam regulam & notnam continent, res & materiam subiectam vel disponendi, vel illustrandi. Ideoque id agere, ut mentes retinum ignorare, & rudes, (quaerique nondum id collegérunt, quod à Cicerone *Sylvia* vel *Sapientia* appellatur, id est, matrem, & copiam rerum,) initium ab istis scientiis sumant; (ac si quis discere vellat ponderare, vel metiti, vel ornatae venturus:) haud aliud profecto parit, quam ut harum artium

99  
artium virtus & facultas, (quæ permagnæ sunt, & latissime diffusæ) fere contempnæ faciente, atque vel in puerilia sophisimata affectationeque ridiculas degenerent, vel saltem exsuffimatione sua haud parum multatæ sunt. Quinetiam præmatura & imtempesiva ad has artes accessio dilutam earum atque jejunam traditionem ac tractationem necessariæ secum traxit, qualis nimis captiuæ puerorum adaptetur. Alterum exemplum (quod adducam) erroris, qui in Academicis jam diu inverteravit, ejusmodi est; quod scilicet inventionis, atque memoriae, in exercitiis scholasticis, fieri solet nimis plus noxiuum divortium: Illic siquidem orationes plerique, aut omnino præmeditatae sunt, adeo ut concepsis verbis proferantur, & inventioni natali relinquantur; aut plane extemporarie, ut perparum relinquantur memorie: (cum in vita communis, & praxi, ratus sit alterius istorum usus seorsim, sed potius mixtus iporum, id est, Necarum sive Commentariorum, atque dictiōnis subiecte) ita ut hoc pacto exercitia ad proxim hanc fini accommodata, nec imago respondeat vita. Illud autem in exercitiis perpetuo tenendum est; ut omnia (quæ fieri possent) maxime representent ea, quæ in vita agi solent; aliqui motus & facultates mentis persistent, non praeparabunt. Huius autem rei veritas non oblitore cernatur, cum Academicis



mici ad proximū suorum Professionum, vel alia  
civili vita munia se accingant: quod cum  
faciunt, hunc, de quo loquimur, defecutum,  
ip̄i in se cito deprehendunt; sed citius et  
iamnum alii. Ceterum hanc patrem, de in-  
stitutionum Academicorum emendatione,  
clausula illa (ex Cœlari quadam ad Op-  
piam & Balbum Epitola defumpta) concludat:  
*Hoc quemadmodum fieri posse, non  
nullis mōris in mentem veniunt, & multa  
reperi possunt: de iis rebus rogo vos, ut cogi-  
tationem suscipiat.*

Alter defecutus, quem obseruo, altius pa-  
lo quam præcedens ascendit. Quemadmo-  
dum enim doctrinarum progreſſio, haud pa-  
rum in prudenti regimine & institutione  
Academiarum singulariter conficit; ita mag-  
nus ad hoc cumulus accedere possit, si Academias  
univerſe, per totam Europam sparsas,  
arctiorēm coniunctionem & necellitudinem  
contraherent. Sunt enim, ut videmus, mul-  
ti ordines, & sodalitia, que licet regnis &  
Spatiis longinquis disiuncta sint, tamen so-  
cietas & tanquam fraternitatem inter se  
inueniunt, & colunt, adeo ut habeant præfectoros  
(alios provinciales, alios generales,) quibus  
omnes parent. Et certe, quemadmodum na-  
tura creat fraternitatem familiæ, artes me-  
chanicas contrahunt fraternitatem in sodali-  
tatis, uscio divina super inducit fraternalitatem  
in regibus, & Episcopis; vota & regule con-  
ciliant

ciliant fraternitatem in ordinibus: eodem  
modo fieri non potest, quia intercedat fra-  
ternitas illustris & generosa, inter homines,  
per doctrinas & illuminations, quando-  
quidem Deus ipse *Pater hominum* munca-  
patur.

Postremo illud queror, (de quo superius  
nonnulli præmissi) quod vel nunquam, vel  
raro admodum, publica aliqua existent desig-  
natione virorum idoneorum, qui vel scribe-  
rent, vel inquisitionem inservirent, de illis  
scientiarum partibus, in quibus fatis adhuc  
non fuerit elaboratum. Cui rei illud infer-  
vierit quam maxime, si tanquam luſtum con-  
datur doctinatum, & cœlius excipiatur, quæ  
ex illis locupletes sint, & majorem in mo-  
dum antea, qua autem inopes, & destituti.  
Opinio enim copiæ, inter cauſas inopie est;  
arque multitudine libitorum luxurie potius  
quam penuria indicium quoddam præ se-  
feri. Quia tamen redundans (si quis re-  
te judicet) neutiquam delendis antehac  
scriptis libris, sed novis melioribus eden-  
dis tolli debet, qui ejus generis sint, ut tan-  
quam *serpens Moysi*, *serpentes Magorum* de-  
vovent.

Hotum, quos enumetavimus, omnium  
defecutum remedia, præter illius postremi,  
qui etiam ejusdem postremi, quoad partem  
ejus activam, quæ spectat ad designationem  
scribentium, opera sunt vere Balistica: Erga



quæ, privati alicujus conatus, & industria, fere sic se habeat ut Mercurius in Bivio: qui digitum potest in viam intendere, pedem infeste non potest. At speculativa illa pars, quæ ad examen doctrinarum (quid nimis in singulis desideraret) pertinet, etiam industria hominis privat pater. Mibi igitur in animo est, pertambulationem doctrinarum, & inflationem generalem & fidelem aggredi, præcipue cum inquisitione fedula & accurata, quænam eorum partes neglegete in cultaque jaceant, hominum industria nondum subactæ, & ad usum converteat, ut huiusmodi delineatio, & registratio, & publicis designationibus, & privatorum spontaneis laboribus faciem accendat. In quo nihil minus confidimus est, hoc tempore omissores duntaxat & desiderata notate; non autem errores & infelicitates redargueret. Aliud enim est inculta loca indicare, aliud culturæ modum corrigeret.

*Quan*quidem ad rem, cum me comparo, & accinger, non sum nescius, quantum opus moveam, quamque difficultatem provinciam sustineam; etiam quan sunt vites minime voluntati patres: attamen magnam in spem venio, si ardenter mens erga literas auctor me longius proverebit, usursum me exultatione affectus; quia non simul cunctam conceditur, *Amar*ē *Sapere*. Nescius quidem non sum, eandem judicij libertatem

alii

aliis telinquendam, quam ipse usurpaverim. Evidem libenter & que acceperim ab aliis, ac impetraverim humanitatis illud officium: *Nam qui erranti comiter monstrat viam*, &c. Prospicio etiam animo, compluta ex illis, quæ tanquam omisæ, & desiderata, in Registrum hoc nostrum referre vixum fuerit, in diversas censuras incursum: Alia scilicet quod sint dudum peracta, & jam extint; Alia quod curiositatē sapient, & fructū promittant perexilem: Alia quod nimis ardua existant, & fera impossibilitate quæ ab hominibus absolvantur. Ad priora duo quod attinet, res ipse pro se causam agent: circa postremum de impossibilitate ita statuo; Ea omnia possibilia, & persistabilia censenda, quæ ab aliquibus perfici possint, licet non à quibusvis; Et quæ à muleis coniunctim, licet non ab uno; Et quæ in successione seculorum, licet non eodem aeo; Et denique quæ publica cura & sumptu, licet non opibus & industria singulorum. Si quis tamen fu, qui malit Salomonis illud usurpare, *Dicit piger, Leo qđ in via*; quam illud Virgili, *Pojus*, *qui posse evidetur*: fati mihi erit, si labores meis inter vota tantum five optata melioris notæ habeantur. Sicut enim haud omnino rei imperium esse oportet, qui questionem apposite instituit; ita nec lensus inops videatur, qui haudquaquam absurdæ optaverit.



*Parvissim universitatis Doctrinæ humanæ, in Historiam, Poëtikam, Philosophiam, secundum tres Facultates, Memoriam, Phantasmum, Rationem: quodque eadem partitio competit etiam Theologica.*

**P**artitio Doctrinæ humanæ est verisimilis, que sumatur ex tripliæ Facultate Animiæ Rationaliæ, quoæ Doctrinæ sedes est. *Historia ad Memoriam referuntur, Poësia ad Phantasmum, Philosophia ad Rationem.* Pet *Personam* autem, hoc loco intelligimus non aliquid, quam historiam confitam, sive fabulas. Carmen enim styli quidam character est, atque ad artificia orationis pertinet, de quo *hunc loco*.

*Historia* proprie individuorum est, que circumscrubuntur loco & tempore. Et si etiam historia naturalis circa species veritati videatur, tamen hoc sit ob promiscuum rerum naturalium, (in plurimis) sub una specie, similitudinem; ut si unam notis, omnes notis. Si cibi autem individua reperiuntur, que aut unica sunt in sua specie, veluti Sol & Luna; aut à specie insigniter descrevunt, ut monstra; non minus recte constituitur narratio de illis in historia naturali, quam de hominibus singularibus in historia civili. Hæc autem omenia ad *Memoriam* spectant.

*Poësia;*

*Poësia*, eo sensu quo dictum est, etiam individuorum est; confititorum ad similitudinem illorum, que in *historia vera* memoriuntur, ita tamen ut modum lapsus excedat, &c; in rerum natura namquam convertentur aut eveniuntur suileat, ad libitum componunt, & introducent; quemadmodum facit & Pictoria. Quod quidem *phantasma* opus est.

*Philosophia* individua dimittit, neque impressiones primas individuorum, sed notiones ab illis abstractas complexisit, atque in iis componendis, & dividendis, ex lege naturæ, & rerum ipsarum evidenter, veritatis. Atque hoc protius officium est atque opificium *Rationis*.

Hæc autem ita se habere, si quis intellexit origines petat, facile certet. Individua sola sensum percellunt, qui intellectus jauris est. Individuorum imagines, sive impressiones à sensu exceptæ, figurant in memoria, atque aequaliter in eam, à principio tanquam integræ, eodem quo occurruerunt modo: *Eas postea recolit, & ruminat anima humana;* Quia deinceps aut simpliciter recensit, aut *laesa* quedam irritatur; aut componens & dividendo digerit. Itaque liquido conlus, ex tribus his fontibus, *Memoria, Phantasia, & Rationis*, eis tres illas emanationes, *Poësia, & Philosophia;* nec alias aut plures esse posse. Exsim hi-



106 De AUGM. SCIENT.  
floriam & experientiam pro eadem re habe-  
mus; quemadmodum etiam Philosophiam  
& scientias.

Neque alia censemus ari Theologica par-  
titione opus esse. Differentur certe informa-  
tiones oraculi & sensus, & re, & modo insi-  
nuandi: sed spiritus humanus unus est, ejus-  
que Arcule & Cellae eadem. Fuit itaque, ac  
si diversi liquores, atque per diversa infundi-  
bula, in unum atque idem vas recipientur.  
*Quare & Theologia*, aut ex *Historia sacra*  
conilit, aut ex *Parabolis*, quae in illas divinæ  
Pœfess sunt; aut ex *Præceptis & dogmatibus*,  
tanquam perenni quadam *Philosophia*.  
Quod enim ad eam partem pertinet, que re-  
dundare videtur, *Prophetiam* videlicet, ea *Hi-  
storia* genus est: quandoquidem *Historia*  
Divina, exponit supra humanam Prærogati-  
vam, ut Narratio factum procedere non mi-  
nus, quam sequi possit.

## C A P. II.

*Partitis Historiorum in Naturalem & Civilem, Eccle-  
siasticam & Literariam sub Civili comprehensa. Par-  
tis Historie Naturali in Historiam Generationum,  
Prædictarum Generationum, & Artium.*

**H**istoria aut *Naturalis* est, aut *Civilia*:  
In *Naturali*, Naturæ res gestæ, & faci-  
nora memorantur, in *Civili*, hominum. Ele-  
gent procul dubio *Divins* in utrisque, sed  
magis

LITERA II. 107  
magis in *Civilibus*, ut etiam propriam *Hi-  
storiæ* speciem confinxant, quam Sacram aut  
*Ecclesiasticam* appellare consuevimus. No-  
bus vero etiam ea videtur *Litterarum & Ar-  
tium* dignitas, ut illa *Historia* propria seorsum  
attribui debet, quam sub *Historia Civili*  
(quemadmodum & *Ecclesiasticam*) compre-  
hendi intelligimus.

Partitionem *Historia Naturalis* molie-  
mur ex *statu* & *conditione* ipsius Naturæ,  
que in triplici statu posita inventur, & tan-  
quam regimen titum subdit. Aut enim libe-  
rata est natura, & cursu confuso te explicans,  
ut in exillis, animalibus, plantis, & universo  
nature apparatu; aut à præstitibus, & insolu-  
lentis materie contumacis, & ab impedimentorum violentia, de statu suo detru-  
tit, ut in Monstris; aut denique ab arte &  
opera humana constringitur, & fingeatur,  
& tanquam novatur, ut in artificialibus.  
Sit itaque partitio *Historia Naturalis*, in *Hi-  
storiam Generationum*; *Prædictarum Gen-  
erationum*; & *Artium*; Quam postremam et  
iam *Mechanicam* & *Experimentalem* appelle-  
bare consuevimus. Hiarum prima *libertatem*  
*nature* tractat, secunda *arrees*, tertia *vincen-  
ta*. Liberata autem *historiam artuum*, ut  
historia naturalis speciem constitutus:  
quia in veteravit prorsus opinio, ac si aliud  
quipiam esset ars à natura, artificialia à  
naturalibus: unde illud malunt, quod ple-  
tiique



nique historiq[ue] naturalis scriptores , perfundatos se putent , si historiam animalium , aut plantarum , aut mineralium confeccerint , omnisq[ue] artium mechanicatum experimentis . Sed & illabitur etiam animis hominum aliud subtilius malum ; nempe , ut ars censu[n]t[ur] foliamento tanquam additamentum quoddam naturae , cuius scilicet ea sit vis , ut naturam (sane) vel inchoatam perficiere , vel in deterioris vergentem emendare , vel impeditam liberare ; minime vero penitus ventere , transmutare , aut in imis concutere possit . Quid ipsum rebus humanis propriopetiam desperacionem insilit . At contra , illud animis hominum penitus infidere debuerat ; artificialia à naturalibus non forma , aut similitudine , sed efficiente foliamento diffire , homini quippe in naturam , nullius rei potestatam esse , praterquam motus , ut scilicet corpora naturalia aut admovantur , aut moveantur . Ubi igitur datur adnotatio corporum naturalium , aut remoto , conjungendo (ut vocant) activa passiva , omnia potest homo ; ubi non datur , nihil . Neque intercessit , si res ponantur in ordine ad aliquem effectum , utrum hoc fiat per hominem , vel absque homine . Autem aliquando excoquunt igne , aliquando in arenulis parum inventur , ministrante sibi ipsi natura : Iris similiter si ex nube rofida in sublimi sit etiam per alerationem aqua , hic apud nos .

natos . Itaque natura omnia regit subordinatus autem illa tria ; cursus naturae ; expatiatio naturae . & ars , sive additus rebus homo : Id : coque in historia naturali , tria illa comprehendi posse est ; quod etiam C. Plinius magna ex parte fecit ; qui historiam naturalem solus pro dignitate complexus est , sed complextam , minime , ut decuit , uno potius indignus modis tractavit .

Harum prima habetur mediocriter exculta : Sequentes duce ita temuerit , & inutiliter tractabuntur , ut in desideratorum clasfe reponende sint . Neque enim reprias satis instruam , & locupletem collectionem operum naturae eorum , quae à cursu ordinario generationum , productionum , & motuum aberrant , & defixerunt : sive sine illa fortius certarum regionum aut locorum singulares : sive temporum eventus insoliti : sive causam (ut ait illi) ingenuam : sive proprietatum abditum effectus : sive unanadica natura in sua specie . Non negaverim , inveniri libros nimis plures , fabulosis experimentis , commentariis secreta , & frivolis impolluris , ad voluptatem , & novitatem , refertos : Ceterum narrationem gravem & severam de Heterocelis & mirabilibus naturae , diligenter examinataem , ac fideliter descriptam , non , inquam , invenio : praefectum cum debita refectione , & publica tanquam proscriptio ne mendaciorum , & fabulatorum , quae in-



valuerunt. Nam ut res se nunc habet, si forte mendacia aliqua circa res naturales obtinuerint, & celebrata fuit (ive quod tantum possit reverentia antiquitatis, ive quod illa deinceps examini subiecte sit molestem, ive quod misticis scilicet ornamenta putantur orationis, propter similitudines & comparationes) nunquam postea exterminantur, aut retrahantur.

Finis hujusmodi opere, quod exemplo suo decorans Aristoteles, nul minus est, quam ut curiosis & inanibus ingenis gratificetur, sicut faciunt mirabilium. & prodigiarum. Verum duas ob causas, utramque fictam & gravem; unam, ut axiomatum configurant iniquitas, que plenius in exemplis tritis & vulgatis fundamentum habent: Alterant, quod à miraculis nature, admirationula artis expeditus fit transitus & pervias. Neque enim huic rei plus incert negotii, praterquam ut naturae vestigia persequaris sagaciter, cum ipsa sponte aberreret: ut hoc patet postea cum tibi libuerit, eam eodem loco deducere & compellere possis. Neque vero praecepimus, ut ex historiâ ita mirabilem, superficiosa narrationes de maleficiis, fascinationibus, incantationibus, omnibus, divinationibus, & simulibus, prius exclusandarum, ubi de facto & re gesta liquido constet. Nonandum etiam innocuit, quibus in rebus, & quoisque effectus superstitioni attributi,

ex

ex causis naturalibus participant. Ideoque licet hujusmodi artium usum & praxim, merito damnandam censeramus, tamen è speculatione, & consideratione ipsatum (si strenue excutiantur) notitiam haud iniustam consequentur, non solum ad delicia, in hoc genere reorum, rite dijudicanda; sed etiam ad natura secreta ulterius rimanda. Neque certe habitudinem de ingredi & penetratione intra hujusmodi antra, & recessu, si quis sibi unicam veritatis inquisitionem proponat; quod & Majestas tua exemplo proprio confirmavit. Tu enim docebas illis clarissimis, religionis ac naturalis Philosophiae oculis, tales umbras prudenter ac perspicaciter perfruasti, ut te Soli simillimum probaveris, qui polluta loca ingreditur, nec tamen inquinatur. Caterum illud monstrosim, narrationes itas cum rebus superficiois coniunctas, seorsum compous, neque cum puris & sinceras naturalibus commisceri oportere. Quod vero ad narrationes antinet, circa prodigia & miracula religionum; illa certe aut non utique vera sunt, aut nulla ex parte naturalia; ideoque ad historiam naturalem non pertinent.

Quoniam ad Historiam naturae subiecta, & factitia, quasi mechanicam appellare sollemus, inventio sine collectione quasdam de agricultura, etiam de artibus complicibus mechanicis, sed, quod potissimum est

F 6

in



in hoc genere, semper negligunt & reje-  
cunt experimenta, in aliis singulis fa-  
miliaria & vulgaria; que tamen ad interpre-  
tationem nature, & que aut plus faciunt,  
quam minus trita. Nam labes quadam lite-  
ris albergi videsur, si forte viri docti se sub-  
mittant inquisitioni, aut observationi re-  
rum mechaniarum; nisi fuerit earum, que  
pro arcana artis, aut pro rebus admodum  
tatis, aut subtilibus reputantur. Quod tan-  
tanis ac superciliosas arrogantis vitium,  
merito irriti Plato, quando Hippian So-  
phistam jaclabundum inducit cum Socrate  
disputantem, sincero & solidio veritatis inve-  
stigatore: Quis cum de pulchritudine ferro  
institutus esset, pro vago suo & soluto di-  
spotandi more, primus intulit exemplum  
virginis pulchrit, dein equae pulchrit, po-  
strem olla fictilia pulchrit, & affabre fa-  
ctæ: Hoc ultimo exemplo Hippian com-  
missus, dixit: Stomachay certe, (nisi hu-  
manitatis ratio me eo adiuget,) cum quo-  
quam disputatione, qui exempla tam vilia &  
forsida allegares. Cui Socrates, Te quaden-  
ita decet, cum tan nitidus sis amictus ve-  
stibus, & palchris calceris: & alia per Iro-  
nam. Enimvero, illud pro certo alicui pol-  
lit, grandia exempla haud optimam aut  
turritumam affecte informationem. Id  
quod exprimitur non insulce in perulgata  
illa fibula de Philosopho; qui cum scler-  
las

las sublati oculis inueteratur, incidit in a-  
quam: Nam si oculos demisuster, stellas illico  
in aqua videre posuisses: verum suspicieras  
in celum, aquam in stellis videre non po-  
tuist. Eodem modo saepe accidit, ut res mi-  
nutæ & humiles, plus conseruant ad notitiam  
grandium, quam grandes ad notitiam minu-  
tarum. Bene siquidem notavisti Aristoteles,  
*Cuiusque rei naturam in portionibus ejus mi-  
nimis optime cerni.* Quam ob causam, Reip.  
naturam perficiatur primo in familiâ, & in  
simplicissimis combinationibus societatis,  
(matr. scilicet & ux. oris, parentum & libe-  
rorum, Domini & Servi,) quæ in quolibet  
taguariolo occurrant. Simili plane ratione  
natura hujuscem magnæ civitatis, universita-  
tis minimorum rerum, ejusque dispensatio, in  
prima quaque symbolizatione, & minimis  
rerum portionibus, investiganda est: ut si e-  
stis videmus, quod fecerimus illud natura (ha-  
bitum pro maximo,) de veritate letti, ta-  
ctu magnetis exciti ad polos, se conspicien-  
dum praebuit, non in vestibus ferreis, sed in  
acubus.

Ego vero, si quod sit mei pondus judicii,  
sic plane statuo; *Historia Mechanica usum*  
erga Philosophiam naturalem, eile maxime  
radicalem, & fundamentalem. Talem intel-  
ligo Philosophiam naturalem, quæ non ab-  
eat in fumis speculationum subtilium, aut  
sophisticum; sed quæ efficaciter operetur, ad  
fable.



114. DE AUGM. SCIENT.  
sublevanda vita humanae incommoda. Neque enim ad præsentatum juvabit, ne-  
ctendo & transferendo obseruationes artis  
in usum aliarum, & inde novas comodi-  
tates eliciendo; quod necesse est fieri, cum  
experimenta diversarum artium in unius ho-  
manis observationem & considerationem  
venient; sed porro ad causas indagandas, &  
artium Axiomata deducendas, lucidorem  
faciem accendet, quam hactenus unquam  
affulsa. Quemadmodum enim ingenium  
aliquius haud bene notis, aut probatis, nisi  
cum irritaveris; neque Proteus se in variis  
retinaculis facies vertere solitus est, nisi manieis  
arte comprehensus; similiter etiam natura  
ante irritata, & vexata, se clarius proda,  
quam cum sibi libere permittitur.

Antequam vero hoc membrum historie  
naturalis ( quod mechanicum atque expe-  
rimentale vocamus ) demittamus, illud ad-  
iectendum: Corpus talis historie, non solum  
ex artibus ipsis mechanicis, verum & ex ope-  
rativa parte scientiarum liberalium, ac simul  
ex Prædictis compluribus ( qua in arte  
non conluerunt) confici debere, ut nihil util-  
le praetermitatur, quod ad informandum  
intellectum juvat. Atque hæc est *historia*  
*naturalis* partio prima.

C A P.

L I B R I I L. 115

C A P. III.

*Partitio Historie Naturalis Secunda, ex Vsi &*  
*Fine sua, in Narrativam, & Inductivam. Quod-*  
*que finis nobilissimum Historie Naturalis sit, ut*  
*minifret & in Ordine sit ad cendendam Philo-*  
*phiam, quam finem instat Inductiva. Partitio*  
*Historica Generationum in Historiam Glo-*  
*buli Historiorum Meteororum: Historiam Glo-*  
*buli Terra & Maris: Historiam Misticarum five*  
*Collegiorum Majorum: & Historiam Specie-*  
*sam five Collegiorum Minorum.*

**H**istoria Naturalis, ut Subiecto triplex  
( quemadmodum diximus ) ita Vsi du-  
plex est: Adhibetur enim, aut propter Cogni-  
tionem verorum ipsarum, quæ historie man-  
dantur; aut tanquam Materia prima Philo-  
sophie. Atque prior illa, quæ aut Narrati-  
onum iucunditate delectat, aut Experimen-  
torum usi juvat, atque hujusmodi voluptu-  
tis aut fructus gratia qualitas est, longe infer-  
ioris note censenda, præ ea, quæ Inductio-  
nis veræ & legitimæ sylva sit, atque supel-  
lex, & primam Philosophiae mammam pre-  
beat. Rursus itaque partim *historiam na-*  
*turalem*, in *Narrativam*, & *Inductivam*:  
Hanc autem posteriorem inter Desiderata  
ponimus. Neque vero aciem mentis aliqui-  
jus perstringant, aut magna antiquorum no-  
mina, aut magna recentium volumina. Satis  
enim scimus, haberi historiam naturalem  
mole amplam, varietate gratain, diligenter

fiz.



sepius curiosam. Attamen si quis ex eas fabulas, & antiquariorum, & auctorum citationes, & inanes controversias, Philologiam denique, & ornamenta extimat, ( que ad *Corporales sermones*, hominumque doctrinam nötles, potius quam ad influendam Philosophiam sunt accommodata, ) ad mil magni res recedes. Longe autem profecto abeit ab ea *historia*, quam animo metimur. Rhino enim desiderant dñe illæ *historias naturalis* partes, ( de quibus modo diximus) *Præter-Generationum, & Artium*, in quibus nos plurimum possumus: Deinde, in terra illa ( que reliqua est) parte generali, nimirum de *Generationalibus*, uni tamen, ex quinque partibus eis, satisfacit. Siquidem *Historia Generationum* constitutum partes subordinata quinq: Prima *Californiam*, que Phenomena ipsi finesta complectitur, scq: separata à dogmatis Secunda *Meteororum* ( numerando etiam Cometas) & *Regionum*, quas vocant. *Aëris*: Neque enim de *Conservis*, Meteoris ignitis, Vents, Pluvias, Tempestatis, & reliquis, invenitur aliqua *Historia*, que ullius sit precii. Tertia *Terra & Mares*, ( quatenus sunt Universi Partes Integrales) montium, Fluminum, Æstuorum, Arenarum, Sylvarum, Insularum, denique Figuræ ipsius continentium, prout exporrigitur; in his omnibus, potius Naturalia inquirendo & obsermando, quam Cosmographica.

Quat-

Quinto, de *Massis Matris communibat*, quas *Collegia Minora* vocamus. ( vulgo Elementa dicuntur.) Neque enim de Igne, Aere, Aqua, Terra, eorumque Naturis, Motibus, Operibus, Impressionibus, Narrationes reperiuntur, que corpora aliquod *Historiae* iustum constituant. Quinta, & ultima, de *Collectionibus blateris exquisitis*, que à nobis *Collegia Minora*, vulgo *Species* appellantur. In hac autem postrema sola, industria Scriptorum eruitur; ita tamen, ut potius luxuriata sit in superfluis, ( Icomibus Animalium, aut Plantarum, & similibus intutis) quam solidis & diligenteribus observationibus data, que ubique in *Historia Naturali* subiecti debeant. Atque, ut verbo dicam, omnis, quam habemus, *Naturalis Historia*, tam inquisitione sua, quam congerie, nullo modo in ordine ad eum quem diximus suam [ condende] scilicet *Philosophia* aptata est. Quare *Historiam inducivam* desiderat pronoscamus. Atque de *Naturali Historia* hancen.

## C A P . IV.

*Partitis Historia Civilis*, in Ecclesiasticum, Literarum, & ( que Genus nōs recte) Civilium: quaque *Historia Literaria* desideratur, sive conscientia Praecipta.

**H**istoriam *Civilem* in tres species recte dividit putamus: Primo *Sacra*, sive *Eccle-*



*Ecclesiasticam*: deinde eam, quæ *Genesim* nomen retinet, *Civilem*: Postremo *Litterarum & Artium*. Ordinem autem ab ea Specie, quam postremo posuimus, quia reliquæ duæ habentur, illam autem inter *Desiderata* referre vixit est. Ea est *Historia Literarum*. Atque certe *Historia Mundi*, si hac parte fuerit destituta, non absumis censeri possit. *Status Poliplemi*, eruto oculo; cum ea pars imaginis desit, quæ ingenuum & indolent *Perlonas* maxime referat. Hanc licet desiderari ita uanitas, nos nihilominus minime fugie, in Scientiis particularibus Jureconsultorum, Mathematicorum, Rhetorum, Philosophorum, habeti levem aliquam mentionem, aut narrations quasdam jejunas, de *Sectis*, *Scholis*, *Libris*, *Auctoribus*, & *Successionibus* hujusmodi Scientiarum: Inveniri etiam de *Resumis & Atticis Inventoriis* tractatus alios exiles, & infructuosos; Attameū juitam atque universalem *Litterarum Historiam* nullam adhuc editam sferimus. Enī itaque & Argumentum, & conficiendi Modum, & Usum proponemus.

*Argumentum* non aliud est, quam ut ex omni Memoria repetatur, quæ Doctrinae & Artes, quibus Mundi atributis & Regionibus floruerint. Eorum Antiquitates, progressus, etiam peragitationes per diversas Orbis partes (migrant enim Scientiæ, non feciū ac populi) rufius declinationes, oblivious, instau-

instituaciones commemotentur. Observe-  
tur simul per singulas Artes, inventionis occa-  
sio & origo, tradendis & disciplina, co-  
lendi & exercendi ratio & instituta. Adjiciantur etiam *Sectæ*, & Controversiae ma-  
xime celebres, quæ homines doctos renue-  
runt, Calumniæ, quibus patuerunt; Laudes  
& honores quibus decorata sunt. Notentur  
Auctores præcipui, libri præstantiores,  
Schola, Successiones, Academiae, Societates,  
Collegia, Ordines, denique omnia quæ ad  
Statum Literarum spectant. Ante omnia et-  
iam id agi volumus (quod Civilis Historia  
decus est, & quasi anima) ut cum eventis  
causa copulentur: videlicet, ut memoren-  
tur Natura regionum ac populorum, Indo-  
lesque apta & habilis, aut inepta & inhabili-  
tae disciplinas diversas; Accidentia tem-  
porum, quæ Scientiæ adserta fuerint aut  
propria; Zeli & motus Religionum, Ma-  
litiae & favores Legum; Virtutes denique in-  
signes, & effigiea quorundam virotum, et  
erga literas promovendas, & similia. At hæc  
omnia ita tractari præcipimus, ut non, Cri-  
ticorum more, in laude & censura tempus  
teratur; sed plane historice res ipse natten-  
tur, iudicium patetis interponatur.

De modo autem hujusmodi Historiæ  
conscientiae, illud imprimitur noscimus, ut ma-  
teria & copia ejus, non tantum ab Historiis  
& Criticis peratur, verum etiam per singulas  
anno.



annorum Centurias, aut etiam minora inter-  
valla, feriantur, (ab ultima Antiquitate facta  
principio) libri praecipui, qui eo tempore  
spatio conscripti sunt, in consilium adhi-  
beantur; ut ex eorum non perlectione, (iā  
enim infinitum quiddam effet) sed degustatione &  
observatione Argumenti, Styli, Me-  
thodi, Genius illius temporis literarius,  
veluti incantatione quadam, à mortuis e-  
 vocetur.

Quod ad *Hist. attinet*, hæc eo spectant  
non ut honor Literarum, & pompa, per tut  
circumfusas imagines celebatur; nec quia,  
pro flagrantissimo quo literas prosequuntur,  
amore, omnia quæ ad causam flatum quo-  
quo modo pertinent, usque ad curiositatem  
inquirere, & scire, & conservare aveniunt; sed  
principiū ob causam magis feriam, & gera-  
vem: Ea est, { ut verbo dicamus} quamvis  
per talem, qualiter descripimus. Narratio-  
nen, ad Viatorum doctorum, in Doctrina  
usu & administratione, prudentiam & foler-  
tiam, maximam accessionem fieri posse exi-  
stiamus, & terum intellectualium, non ini-  
minus quam Civilium motus, & perturbatio-  
nes, virtusque & virtutes, notari posse, & Re-  
gimen inde optimum educi & institui. Ne-  
que enim B. Augustini, aut B. Ambrosii episcopi,  
ad prudentiam Episcopi, aut Theologi,  
tantum facere posse putamus, quantum si  
Ecclesiastica Historia diligenter inspicatur,

&amp; te-

& revolvatur. Quod & Viris doctis ex *Hi-  
storia Literarum* obventurum non dubita-  
mus. Casum enim omnino recipit, & teme-  
ritati exponit, quod exemplis & memo-  
ria rerum non fulcitur. Atque de *Historia  
Literaria* hæc dicta sunt.

## CAP. V.

*De Dignitate, & Difficultate Historie Civilis.*

**S**equitur *Historia Civilis* specialis, cuius  
dignitas atque auctoritas, inter scripta  
humana eminet. Hujus enim fidei, exempla  
Majorum, vicissitudines rerum, fundamenta  
Prudentia Civilis, hominum denique no-  
men & fama, commissa sunt. Ad dignitatem  
rei accedit, difficultas non minor. Etenim  
animatum in scribendo ad praeterita retrahere,  
& veluti antiquum facere; temporum  
motus, Personarum characteres, Confilio-  
rum trepidationes, Actionum (quamquam a-  
quarum) ductus, praetextuum interiora, Imperii  
Areana, cum diligentia scrutari, con-  
fide & libertate referre, denique verborum  
lumine sub oculos ponere, magni utique la-  
boris est, & judicis; praetextum cum antiquo-  
ra queque incerta, recentiora periculo ob-  
noxia reperiantur. Quamobrem & plurima  
Historiam istam Civilem circumstant virtus:  
dam plerique narrationes quidam inopes,

&amp; ple-



& plebejas, & plane dedecora historiarum conscribant; alijs particulares relationes, & Commentarijios opera festinata & texta inaequali conficiant; alijs capita tantum retum gestarum percutantur, alijs contra, minima quaque, & ad summas actionum nihil facientia, persequantur nonnulli, nimia erga ingenia propria indulgentia, plura autem audacter configant: ait alijs, non tam ingeniorum suorum, quam Affectionum imaginibus imprimant, & addant partium suarum memores, rerum patrum fideles testes: quidam Politica, in quibus sibi complacent, ubique inculcent, & divertieola ad ostentationem querendo, narrationem rerum nimis leviter interrumpant: alijs in Orationum, & Concionum, aut etiam Actuum ipsorum prolixitate, parum cum judicio, nimii sint; adeo ut satis constet, non inventri inter Scripta hominum ratus quicquam, quam Historiam legitimam & omnibus numeris suis absolutam. Verum nos in praefenti partitione doctrinarum institutius, ut omisla; non Censuram, ut virtus notentur. Nunc partitiones *Historia Civilis* persequuntur, easque diversorum generum: Minus enim implicabuntur Species, si partitiones diversae proponantur, quam si una partitio eis de membra dedicatur.

C A P.

C A P. VL

*Partitio prima Historie Civilis, in Memorias, Antiquitates, & Historiam justam.*

**H**istoria Civilis tripartita est, tribus plurimum aut imaginum generibus non absunt. Videmus enim ex picturis, & imaginibus, alias imperfectas, ut quibus ultima manus non accesserit, alias perfectas, alias vero veritate mutatas & deformatas. Historiarum similares Civiles (quaz imago rerum & temporum quadam est) in tres species, illis picturarum congrexus, partiemur: *Memorias* scilicet, *Historiam Iustam*, & *Antiquitates*. *Memoria* sunt *Historia inchoata*, aut prima & radia Historie incamenti, *Antiquitates* vero *Historia deformata* sunt, sive reliquiae Historie, quaz casu & naufragio temporum creptae sunt.

*Memoria*, sive preparationes ad Historiam duplicit generis sunt; quorum alterum *Commentarius*, alterum *Registrum* vocare placet. *Commentarii* nudam actionum & eveniuntum seriem ac conexiōnēm proponant, prætermisca causis rerum & prætextibus, initia quoque caruadē & occasionibus, consilia itidem & orationibus, & reliquo Actionum apparatu. Talis enim est propria *Commentariorum* natura: licet Cæsari, per modestiam quandam cum magnanimitate

con-



conuentam, præstantissimam, inter eas, quæ extant Historiarum, Commentariorum nomes indere placuerit. At Registræ duplicitis naturæ sunt: Complectuntur enim aut *Titulos Rerum & Personarum*, in serie temporum, quales dicuntur *Fasti*, & *Chronologia*; Aut *Adelorum Solemnitates*; cuius generis sunt, Principum Edicta, Senatus Decreta, Judiciorum Procelii, orationes publice habita, Epistole publice misæ, & familia, absque narratio-  
nis contextu, sive filio continuo.

*Antiquitates*, seu *Historiarum Reliquia*, sunt (ut iam diximus) tanquam tabula naufragii, cum deficiente, & fere submersa, re-  
rum memoria, nihilominus homines industrii, & sagaces, pertinaci quadam, & scrupulosa diligentia, ex genealogiis, fastis, ritu-  
lis, monumentis, numismatibus, nominibus propriis & stylis, verborum etymologiis, proverbiis, traditionibus, Archivis & instrumen-  
tis tam publicis quam privatis Historiarum fragmentis, librorum nequitiam Historicorum locis dispersis; ex his, quamquam, o-  
mnibus, vel aliquibus, nonnulla à temporis diluvio eripunt, & conservant. Res sane o-  
perosa, sed morelibus grata, & cum rever-  
tentia quadam coniuncta, ac digna certe,  
quæ delectis fabulosis nationum originibus,  
in locum hujusmodi commentario-  
rum subfluitur; sed tamen eo minus  
habens Auctoritatis, quia paucorum Li-  
centiæ

centiae subiectur, quod paucis curæ est.  
In his *Imperfetta Historie* generibus, de-  
fectum aliquem non puto designdandum,  
cum si tanquam *Imperfetta Mista*, ut defe-  
ctus hujusmodi sit ex ipsa eorum Natura. Ad  
*Epitomas* quod attinet, (Historiarum certe  
tetedines, & tineas,) eas exultare volumus;  
quod etiam cum plurimis, qui maxime fami-  
fuerunt judicii, facinus, utpote quæ compli-  
ta nobilissimarum Historiarum corpora ex-  
derent, & corrodent, atque in facies inutiles  
deum redegetina.

## C A P . VII

*Partes Historiarum* iusta in *Chronica*, *Vitas*, & *Re-  
lations*; *Eorumque partium explicatio*.

**A**T *Historia Iusta* trium est generum,  
pro ratione Objecti, quod sibi propo-  
nunt representandum. Aut enim *Portiones*  
aliquam temporis representant; aut *Personam*  
singularē memoria dignam; aut *Actionem*  
aliquam sive rem gestam ex illustribus.  
Primum *Chronicale Annales* appellamus;  
secundam *Vitas*; tertium *Relations*. Inter  
qua *Chronica* celebritate & nomine excelle-  
re videntur; *Vita* autem, fructu & exemplis;  
*Relations* rufus sinceritate & veritate.  
*Chronica* namque amplitudinem actionum  
publicarum, & personarum facies exterias,  
& in publicum versas, proponunt; *Minora*  
autem,



autem, quae tum ad Res, tum ad Personas pertinet, omittunt, & silentio involvunt. Cum vero id artifici divini sit proptatum, ut *Maxima è minimis suspendat*, si expunemus, ut hujusmodi *Historia*, majora tantum perfecuta, negotiorum pompa potius, & solennitas, quam eorum veros fornites & texture subtiliores ostendat: quinetiam, eis Consilia ipsa addat, atque immisceat, tamen granditate gaudens, plus gravitatis acque prudenter, quam revera habent, humanis actionibus alperget: ut Satyra aliqua possit esse prior humanae vita tabula, quam nonnulla ex ejusmodi Historiis. *Contra Vita*, si diligenter & cum iudicio perscribantur: (neque enim de Elogiis, & hujusmodi Commemorationalibus jejuniis loquimur) quandoque eidem Personam singulariter pro Subiecto sibi proponant, in qua necesse est actiones, non minus leves, quam graves, patvas quam grandes, privatas quam publicas, compani & commisceri: sane magis vivas & fidias rerum narrationes, & quas ad exemplum tutius & feliciter transferre possis, exhibent. At *Relations Actionum speciales* (quales sunt *Bellicos Peloponensis*, *Expeditione Cyri*, *Concuratio Carolina*, & similia) omnino puriore & magis sincero & candore vestiri pat est, quam *Historias justas temporum*; quia argumentum in iis deligi, & sumi potest habere, & definitum; atque ejusmodi, ut de eo modi-

LIBER II. 127  
notitia, & certitudine bona, & plena informatio haberi possit, cum contra *Historia temporis* (praetetum quae aetate Scriptoris multo antiquior sit) necessario in memoria rerum scriptis satiscat, & veluti spatia vacua contineat; quae ingenio & conjectura occupari, & suppleri fas licenter conlueverunt. Hoc tamen ipsum, quod de Relationum sinceritate dicimus, cum exceptione intelligendum est, nam fatendum certe est, (cum humana omnia ex parte laborent, & commoda cum incommodis fere perperuo coniuncta sint) hujusmodi relations, praetetum si sub ipsa retinunt gestarum tempora edantur, (cum saepius vel ad gratiam, vel ad invidiam scribantur,) omnium narrationum merito maxime suspeccetas esse. Sed rursus huius incommodo etiam illud connatur remedium; quod ille ipse *Relations*, cum non ex una parte solammodo, sed pro fictionibus, & partium studiis, ex utraque parte semper fere edantur, viam hoc pacto quandam veritati, tanquam inter extrema, aperiunt & munisunt: atque postquam contentiones animorum defertuerint, Historico bono & prudenti, non perfusa historiæ perfectioris materia, & Semen-tis sunt.

Quod vero ad ea, que in his tribus historiæ generibus desiderati videantur, dubium certe non est, quin plurimæ historiæ parti-

G 2 cula-



culares (de talibus loquimur quae esse possunt) aliquius dignitatis, aut etiam mediocritatis, cum maximo Regnorum & Rerum, quibus debetur, honoris & nominis detinimento, hucusque prætermis sit, quas notare perlongum esset. Ceterum exterarum Nationum Historias Exterorum cuncte relinquens (ne forte sim in altera Rep. curiosus) non possum non apud Majestatem tuam conquerti, de Historia Anglie, quae nunc habetur, vilitate & indignitate, quatenus ad corpus ejus integrum; nec non Historias Scotie iniquitate & obliquitate, quatenus ad Autorem ejus recentissimum & uberrimum: Reputans mecum, honorificum admodum Majestati tuae futurum, atque Opus posterius gratissimum; si quemadmodum Insula hæc magna Britannie, se nunc in unam Monarchiam coalitam, ad sequentes annates transmittit; ita in una Historia descripta, à præteritis faculis reperetur, eoleam modo quo Historiam decem Tribuum Regni Iudeæ, tanquam gemellam, Sacra Pagina deducit. Quod si moles hujusmodi historie, magna certe & ardua, quo minus exacte & pro dignitate perscrutatur, videatur obscurata, cœce tibi memorabilem multo aequalioris temporis periodum, quatenus ad historiam Anglie, nimirum ab Unione Rosarum ad Unionem Regnum; Spatium temporis, quod, meo quidem judicio, in jurem recipit eventuum,

quæ

quæ faro se ostendunt, varietatem, quam in pari successione numero uspiam in Regno Hæreditario comprehendere licet. Incipit enim ab adoptione Coronæ mixta, partim Armis, partim Jure: Ingressum siquidem ferrum aperuit, stabilimentum attulerunt Nuptie; Secuta igitur sunt tempora illis initis consentanea; finilius fluctibus, post magnam tempestatem, tumores & agitations suas, sed absque aliqua immensi procella retinentibus, atque gubernatoris prudentia, qui unus inter Antecessores Reges consilio emittit, superatus. Ordine proximus succedit Rex, cuius actiones, licet magis impetu quam consilio administrantur, non leue tamen in Rebus Europæ momentum attulerunt, eas subinde libando, & inclinando, prout ipsi propendebant. Quo etiam regnante, cepit fieri ingenia illa Status Ecclesiastici mutatio, qualis admodum prodit in Theatrum. Secutus est Rex minor. Dein testamentum Tyrannidis, licet illud brevissimum fuerit, inflat febris Ephemeræ. Dein Regnum Feminæ, extero Regi nuptæ. Rursus Regnum Feminæ lolicariæ, & cælibis. Hæc omnia demum excepti eventus iste faustus & gloriolus; nimirum hujusmodi Insulae Britannie, à toto Orbe divisæ, in se unio; per quam Vetus illud oraculum, Æneas redditum, quod requiem ei præmonstrabat,

— Antiquam exquirite matrem;

G. 3.

lapta



supra nobilissimas Genes Anglie & Scotiz, in nomine illo *Britannis*, *Antiqua sua Matris*, iam convenientes adimpletum sit; in pignus & tesserae mette, & exitus errorum & peregrinationis jam reperti. Ita ut, quemadmodum corpora ponderosa jactata, antequam ponant & confitam, trepidationes qualidam experiantur; eodem modo probabile videatur, *Divina Providentia factum esse*, ut Monarchia ista, priusquam in tua Majestate, Regiaque tua Sobole, (in qua spero eam in perpetuum fore stabilitam) conficeret, & confirmata esset, has tam varias mutationes, & vicissitudines, tanquam præludia fidelitatis suæ, subiret.

De *Vita* cogitante, subit quædam Admiratio, tempora ista nostra, haud nosse bona sua; cum tam rara sit Commemoratio, & conscripicio vitarum, eorum, qui nostro faculo clauerunt. Et si enim Reges, & qui ab solitum Principatum obtincent, pauci esse possint; Principes etiam in Rep. libera (tot Rebusq. in Monarchiam conversis) haud multi; incunque tamen non defuerunt Vini egregii (sicut sub Regibus) qui meliora merentur, quam incertam & vagam memorie sua famam, aut elogia arida & jejuna. Etenim hac ex parte, inventum cuiusdam ex Poësis recentioribus, quo antiquam fabulam locupletavit, non inelegans est. Fingit ille, in extremitate filii parcarum, summissima quoddam,

feu

scu Monile pendere, in quo defuncti nomen implexum fit: Tempus autem coltrum Astro- pi praefolati, & statim abscesso filo, summis- mata eriperit, eaque aportata, paulo post in fluvium Lethe ex genio suo proiecere: Circa fluvium autem, magnam avium vim volitare, que numismata atripiunt, ac postquam in rotis ipsorum paulisper eadem circuallent, paulo post per incuriam in fluvium decidere permittunt: Inter eas vero, Cygnos repetiri nonnullos, qui si numisma aliquod cum nomineprehenderint, illico ad tem- plum quoddam illud deferre solebant, immortalati consecrata. Hujusmodi itaque Cygni nostris temporibus fere defecerunt. Quinvic autem plurimi hominum, curis & studiis suis nimio plusquam corporibus mor- tales, nomina fui memoriam, veluti funum aut aurum despiciunt;

— *Animi nil magna laudis egentes*

Quorum felicit Philosophia & severitas ab ea radice pullulat, Non præ laudes contem- plimus, quam Laudanda facere deservimus; Id tamen apud nos Salomonis iudicio noua p[ro]ximabit, *Memoria justi cum laudibus, at impiorum nomen putreficit*: Altera perpe- tuo floret, alterum aut in obliuione protinus abit, aut in odorem tetram computeficit. Ac propterea in eo ipso stylo, vel loquendi formula, quo recte admundum recepta est,

G 4

ut



ut defunctis tribuatur. [Felicitas memoria, pia memoria, bona memoria] agnoscere videamus illud, quod Cicero (mutuatus id ipsum à Demosthenes) protulit, Bonam famam propriam esse possessionem defunditorum. Quam quidem possessionem non possum non notare, nostra vero inculta ut plurius, & negligenter jacere.

Quoniam ad *Relationses*, optandum est posterius, ut multo major circa eas adhuciteretur diligentia. Quippe vix incida aliqua actio illius, cui non interfit calamus aliquis ex melioribus, qui eam excipere & describere posse. Quoniam autem est per paucorum hominum esse debet, qui Historiam justam pro dignitate conferbant, (ut ex paucitate Historiorum vel mediocrius fatisque) idcirco si actiones particulates, sub tempore ipsum quo geruntur, tolerabili aliquo scripto memoriae mandarentur, sperandum est, exorturos quandoque, qui Historiam justam, ope & auxilio illarum *Relationsum*, conferbent posset. Ille enim in his Seminarii esse possit, unde, cum usus, hortus amplius & magnificus conficeretur.

## C A P. VIII.

*Partitis Historiarum Temporum, in Historiam Universalem, & Particularem, & utrinque Commenda, & Incommoda.*

**H**istoria Temporum aut *Universalis* est, aut *Particularis*; Hac alius Regni, vel *Rep.* vel *Nationis* res gestas complectitur, illa *Universi Orbis*. Neque enim defunduntur, qui *Historiam Mundi* etiam ab Origine scripsi videri volunt; Farragineum rerum, & Compendia narrationum pro Historia exhibentes: Alii sui temporis res, per Orbe terrarum memorabiles, tanquam iusta Historia complecti posse confisi sunt, conatus profecto magnanimo, atque si uero haud exiguo. Neque enim res humanae ita Imperiis aut Regionibus dividit sunt, ut non habeant multa connexa. Quae juvat certe, fata, aliqui seculo aut etati definita, veluti una tabula contenta & descripta intueri. Et etiam, ut plurima scripta non concerniendis, (qualia sunt esse, de quibus ante locuti sumus, *Relationses*) alias forte pertinera, neque preclum fieri possunt, aut faken capita ipsorum, in hujusmodi *Historiam Generalem* recipiantur, atque hoc pacto figurant, & conferbentur. Veruntamen, si quis rem rectius perspenderet, animadverret, tam severas esse *Historias justas Leges*, ut eas in tanta arguimenti ratiitate ex-



erere vix licet; adeo ut minutarum potius Historiarum Majestas molis granditatem, quam amplificetur. Fiet enim, ut qui tam varia unde-  
quaque persequitur, is informationis Reli-  
gione paulatim remissa, & diligentia sua, que  
ad tot res extenditur, in singulis elangueſcen-  
te, aures populares, & rumores expteri; & ex  
relationibus non adiudicari Authentici, aut  
hujusmodi aliquis levendiſti materia, His-  
torian conficiat. Quintiam necesse ei erit,  
(ne opus in immensum excreſcat,) plurima  
relatu digna conſulto pretermittere, atque  
ad Epitomarum rationes ſiepius delabi.  
In-  
cumbit etiam aliud periculum non parvum,  
atque utilitat. Iſtiorum univerſalis ex diame-  
tro oppoſitum. Quemadmodum enim uni-  
verſalis historia, narrationes aliquas, que alias  
ſorte fuissent peritura, conſervat; ita contra  
ſepennumero narrationes alias ſatis fructuo-  
ſas, que alter viſtūrū fuissent, propter grata  
mortalibus rerum compendia, perimit.

## C A P. IX.

*Partis alia Historia Temporum, in Annales, &  
Acta Diaria.*

**E**Tiam Historia Temporum recte dividi-  
tur in *Annales*, & *Diaria*: Quae diviſio,  
licet ex periodis temporum nomina fuit,  
tamen ad delectum rerum etiam pertinet.  
Recte enim Cornelius Tacitus, cum in men-  
tionem Magnificientie quarundam ſtructu-  
rum.

ratum incidit, statim ſubdit, Ex dignitate  
populi Rom. repertrum eſſe, res illuſtrēs Anna-  
libus, talia diurnis urbis actis mandare: Ap-  
plicando Annalibus res, quae ad Statum Reip.  
pertinent; Acta vero & Accidentia leviora,  
Diatis. Meo utique iudicio, valere conve-  
niret disciplinam quandam Haraldicam, in  
diſponendis non minus librorum, quam  
perſonarum dignitatibus. Sicut enim nihil  
Rebus Civilibus magis derrabit, quam Ordini-  
um & Graduum conſuſio; ita etiam Au-  
thoritati historiae gravis haud patum dero-  
gar, si adiſceantur Politice res levioris  
momenti; quales ſunt pompa, & ſolemnita-  
tes, & ſpectacula, & hujusmodi. Atque fa-  
ne optandum eſſet, ut illa ipſa diſtinctio in  
coſuetudinem veniret. Noſtris vero tem-  
poribus, *Diaria* in navigationibus tantum  
& expeditiōnibus bellicis, in uſu ſunt. Apud  
Antiquos certe Regum honori dabatur, ut a-  
cta Palauis ſui in *Diaria* refertentur, quod vi-  
demus factum fuille ſub Ahalvero Perſarum  
Rege; qui cum noſtem ageret inſonnam,  
*Diaria* popoficit; ubi coniugationem Eunucorum  
recoſagavit: At in Alexandri *Diariis*,  
tam pauiſla continebantur, ut etiam, ſi forte  
ad mensam dormirent, in acta reponeretur:  
Neque enim ſic *Annales* tantum gravia,  
ita *Diaria* tantum levia complexa ſunt; ſed  
omnia prouincie & curſum *Diaria* exci-  
pabantur, ſeu majoris, ſeu minoris momenti.



*Partitio secunda Historia Civilis, in Meram,  
& Mixtam.*

**P**O STREMA vero partitio *Historia Civilis* ea sit, ut dividatur in *Meram*, aut *Mixtam*. *Mixta* celebres duas. Altera ex *Scientia Civili*. Altera precipue ex *Natura*-*li*. Introductio est enim ab aliquibus genus scribendi, ut quis narrationes aliquas, non in serie historiorum continuatas, sed ex electa au-*ctoris* exceptas conscribant: deinde eisdem re-*colat*, & tanquam ruminet, & sumpta ab ipsis occasione, de rebus Politicis disserat. Quod genus *historia Ruminata* nos sane magnopere probamus, modo huiusmodi Scriptor hoc agat, & hoc se agere conatur. *His-  
toriam* autem *junctam* ex professo scribenti, Po-*litica* ubique ingetere, atque per illa filium historiorum interrumperet, incompetuum quidam, & molestum est. Licit enim historia quaque prudentior, Politici preceptis, & monitis, veluti imprægnotata sit, tamen Scriptor ipse sibi obliterari non debet.

*Mixta* etiam est *historia Cosmographica*, idque multipliciter. Habet enim ex *historia Naturali*, *Regiosis* ipsas, atque earum *Situs*, & *Prudus*; Ex *historia Civili*, *Vrbes*, *Im-  
peria*, *Mores*: Ex *Mathematicis*, *Climata*, & *Con-  
figurationes Celi*, quibus tractus mun-

di

di subjacent. In quo genere *Historia*, sive *Scientia*, est quod seculo nostro gratulatur. Orbis enim terrarum factus est, hac nostra *estate*, mirum in modum fenestratus, atque patens. Antiqui certe *Zonas* & *Antipodas* noverant.

(*Nosque ubi primus equis orientis afflavit  
anthele,*

*ille sera rubens accendit lumina vesper.*) Idque ipsum magis per demonstراتiones, quam per peregrinations. Verum ut *Cori-  
na* aliqua parva, cœlum ipsam simularetur; atque universum globum terrestrem, magis etiam obliquo & flexuoso, quam cœlestia solent, itinere circumverit, ea esti nostri seculi prærogativa: ita ut præfensi etas jure in Sym-*bolo* suo usurpare possit, non tantum illud

*Plus ultra*, ubi Antiqui usurpabant *Nos sel-  
cta*, atque insuper illud *inutile fulmen*, ubi Antiqui, *Non inutile fulmen*;

*Demens qui nimbus, & non imitabile ful-  
men;*

verum & illud, quod omnem admirationem superat, *Inutile Calum*; propter naviga-*tiones* nostras, quibus circa universum terre ambiunt, cœlestium corporum more, volvi, & circumagi sepius concessum fuit.

Atque hac præclarata, in re Nautica, atque Orbe perlustrando, felicitas, de ulterioribus etiam progressibus, & Augmentis Scientia-*rum*, specie magnam facere possit; præfer-  
tum



tim cum divino videatur Confilio esse decreatum, ut haec dico cogva sint: Sic enim Daniel Propheta, de novissimis temporibus verba faciens, praedicit, *Plurimi pertransibunt, & angobitur scientia*; quasi pertransitus, sive perflusatio mundi, acque multiplex Augmentum Scientiarum, eidem seculo definientur: Sicut magna ex parte iam compleatum videntur; Quandoquidem tempora nostra, duabus illis priotibus doctrinatum periodis, aut revolutionibus, (alteri apud Graecos, alteri apud Romanos) eruditio non multum cedant, eas vero in aliquibus loque supereant.

## CAP. XI.

*Partis historia Ecclesiastica, in Ecclesiasticam speciem, historiam ad Prophetias, & hist. Nemeos.*

**H**istoria Ecclesiastica in genere, easdem fere cum historia Crux partitiones habet. Sunt enim *Chronica Ecclesiastica*, sunt *vita Patrum*, sunt *Relations de Synodis*, & reliquis ad Ecclesiam spectantibus. Proprio vero nomine, recte dividitur in *Historiam Ecclesiasticam* (Genere nomine servato,) & *historiam ad Prophetas*, & *historiam Nemeos* sive *Providentia*. Prima, Ecclesia militans tempora, & statum diversum memorat: sive illa fluctuet, ut *Arca in diluvio*: sive illucetur, ut *Arca in eterno*; sive confundatur,

ut Ar-

LIBER II. 159  
ut *Arca in templo*: hoc est, statum Ecclesiae in persecutione, in motu, & in pace. In hac parte, defecit aliquem non inventus, quia superfluit in illa complura potius quam defuncti: Illud sane optarem, ut massa tam pregrandi, virtus quoque & sinceritas narrationis respondent.

Secunda pars, qua est *historia ad Prophetas*, ex duabus Relativis conilit, *Proprietate ipsa*, & ejus *Adimpletione*. Quapropter tale esse debet hujus operis institutum, ut cum singulis ex scriptis Prophetarum eveniamen veritas conjugetur, idque per omnes mundi actas, tum ad confirmationem fidei, tum ad instituendam disciplinam quandam, & petitionem, in interpretatione Prophetiarum, que adhuc restant complende. Attamen in hac te, admittenda est illa latitudo, quae Divinis vaticiniis propria est & familians, ut adimpletiones eorum hiant, & continentur, & ponuntur: Referunt enim Auctoria sui naturam, cui unus dies tanquam mille anni, & mille anni tanquam unus dies: atque licet plenitudo, & fastigium complementum eorum, plerunque aliqui certa etati, vel etiam certo momento definitur; attamen habent interius gradus nonnullos: & scalas compleimenti, per diversas mundi actas. Hoc opus desiderati statuo, verum tale est, ut magna cum sapientia, sobrietate, & reverentia tractandum sit, aut omnino dimittendum.

Terc-



Tertia Pars, quæ *Historia Nemesis* est, sive in calamis nonnullorum piorum virorum incidit, sed non sine partium studiorum occupata est autem in obseruanda divina illa convenientia, quæ nos non unquam intercedit, inter Dei voluntatem Revelatam, & Secretam. Quamvis enim tam obscura sint Conflitia & Iudicia Dei, ut homini animali sint penitus inscrutabili, quinetiam sapientiœ oculis, qui proficiuntur è tabernaculo, se subducant; Divina tamen Sapientiae visum, aliquando per vices, ad saecula confirmationem, & confirmacionem eorum, qui tanquam fine Deo sunt in mundo, ea quam majoribus characteribus descripta, sic proponere conscienda, ut (sicut loquitur Prophetæ) quis etiam in cursu ea perlegere posse; hoc est, ut homines mere sensuales & voluntarii, qui Iudicia illa divina pratervehi possint, neque cogitationes suas in ea unquam defigunt, tamen, quamvis propere currant, & aliud agant, ipsa agnoscere cogantur. Talia sunt vindictæ letæ & inopinæ; fatigantes subito affluentes, & insperatae; conflitia divina per ambages rerum tortuosus, & stupendas spumas, tandem se manifesto expedientia; & similia; quæ valent, non solum ad consolandas animos fidelium, sed ad percellendas & convincandas conscientias improborum.

C A P .

C A P . XII.

*De Appendicibus historiæ: quæ circa Verba hominum (quemadmodum hibisci ipsa circa facta) veriantur: iurisdictio carum in epistolas, & apophthegmata.*

**A**T non factorum columnmodo humani generis, verum etiam dictorum memoria servati debet. Neque tamen dubium, quin dicta illa quandoque *Historia ipsa* inferantur, quatenus ad res gestas perspicue & graviter narrandas faciant, & deserviant. Sed dictæ sive verba Humanæ propriæ custodiunt *Liberi Orationum*, *Epigrapharum*, & *Apophthegmatum*. Atque *Orationes* sive virorum prudentium, de negotiis & causis gravibus & arduis habite, tum ad terum ipsorum notitiam, tum ad eloquentiam malum valent. Sed majora adhuc praestantes auxilia ad instaurandam prudentiam civilem ab *Epistolis*, quæ à viris magnis de negotiis seruis missæ sunt. Etenim ex *verbis hominum*, nill famius aut praestans, quam hujusmodi *Epistola*. Habet enim plus nativi sensus, quam *Orationes*; plus etiam maturitas, quam colloquia subita. Eadem quando concinnuantur secundum feriem temporum, ut sit in illis quæ à Legatis, Praefectis Provinciarum, & aliis Imperii Ministeriis, ad Reges, vel Senatus, vel alios Superiores suosmittuntur; aut vicissim



vicissim ab Imperantibus ad ministros,) sunt certe ad *historiam*, præ omnibus, pretiosissima sapientia. Neque *Aegiphilus* & *Marcus* ipsa ad delectationem & ornatum tantum profunt, sed ad res gerendas etiam, & usus civiles. Sunt enim (ut aebat ille) veluti *Secures* aut *Maerentes Verborum*, qui rerum & negotiorum nodos, acumine quodam fecerat, & penetravit: Occasiones autem redent in orbem, & quod olim erat commodum, rufus adhiberi, & prodeesse potest; sive quis ex tanquam sua profetat, sive tanquam vetera. Neque cene de utilitate ejus rei ad civilitati dubitari potest, quam *Cæsar* Dictator opera sua honestavit, cuius Liber ultimam extaret, cum ea, qua usquam habentur in hoc genere, nobis parum cum delectu congerita videantur.

Atque haec dicta sunt de *Historia*, ea scilicet parte *Doctrina*, quæ respondet nisi ex *Celle*, sive *Domicillis Intellectus*, quæ est *Memoria*.

### C A P. XIII.

*De secunda Membro principali Doctrina, nempe Poeti, Partitis Poetos in Narrativam, Dramaticam, & Parabolica Exempla Parabolice tria proponuntur.*

I Am ad *Poësis* veniamus. *Poësis* est genus doctrinæ, verbis plenius adstrictum, rebus solutum & licentiosum; Itaque, ut initio

tio diximus, ad *Phantasmam* referunt, quæ iniqua, & illicita profus rerum conjugia & divortia committunt, & machinati follet. *Poësis* autem (ut supra invenimus) duplice accipitur sensu, quatenus ad *Verba*, vel quatenus ad *Respectum*. Priore sensu, *Sermone* quidam *Chaucer* est: *Carmen cuius stylus genüs, & elocutionis formula quedam,* nec ad res pertinet: Nam & vera narratio carmine, & ficta oratione soluta conscribi potest. Posteriori vero sensu, constituiimus eam, ab initio, *Doctrina Membrorum Principale*, eamque juxta *historiam* collocavimus, cum nihil aliud sit, quam *Historia Imitatio ad Placitum*. Nos igitur in partitionibus nostris, veras doctrinam venias indagantes, & persequentes; neque consuetudini & divisiōnibus receptis (in multis) cedentes; *Satyras*, & *Elegias*, & *Epygrammata*, & *odes*, & hujusmodi, ab instituto sermone removemus; atque ad philosophiam & artes orationis recipimus. Sub nomine autem *Poëses*, de *Historia ad Placitum consilia*, tantummodo tractamus.

Particio *Poëses*, verissima, atque maxime ex proprietate, præter illas *Divisiones*, quæ sunt ei cum *Historia* communes, (sunt enim *fides Chronica*, *Vita ficta*, *fides* cum *Relationes*) ea est, ut sit aut *Narrativa*; aut *Dramatica*; aut *Parabolica*. *Narrativa* protinus historiam imitatur, ut fere fallat, nisi quod

res



res extollat sepius supra fidem. *Dramatica* est veluti historia Spectabilis; nam constituit imaginem rerum tanquam praesentium; historia autem tanquam praeteritam. *Parabolica* vero est historia cum tipo, qua Intellectualia deducit ad sensum.

Atque de Poësi *Narrativa*, hinc eam *Hesicam* appellare placet, modo hoc intelligas de *Materia*, non de *Veritate*, ea in fundamento prioribus nobilis excitata videtur, quod ad dignitatem humanae nature in primis spectat. Cum enim mundus sensibilis, sit anima rationali dignitate inferior, videtur Poësi hinc humanae Naturae largiri, qua Historia deneget; atque animo umbris rerum utecumquasi facili facere, cum solida haberi non possit. Si quis enim rem acutius introspiciat, fitnum ex Poësi sumitur argumentum, magnitudinem rerum magis illusum, ordinem magis perfectum, & varietatem magis pulchram, animam humanae compacere, quam in natura ipsa, post lapsum, reperire ullo modo possit. Quapropter, cum res gestae, & eventus, qui vera historie subiectiuntur, non sine ejus amplitudine, in qua anima humana fibi satisfaciat, praefito est Poësi, quia facta magis Heroica configuntur: Cum historia vera successus rerum, minime pro meritis Virtutum & Scelerum, narrat, corrigit eam Poësi, & exitus, & fortunas, secundum merita, & ex lege Nemesis, exhibet: Cum historia

vera,

vera, obvia rerum fatigata & similitudine, anima humana fastidio sit; reficit eam Poësi, inexpectata, & vatis, & vicissitudinum plena canens. Adeo ut Poësi ita non solum ad delectationem, sed etiam ad animi magnitudinem, & ad mores conferat. Quare & metuio etiam divinitatis cuiusdam particeps videri possit; quia animum erigit, & in sublimi rapit; rerum simulachra ad animi desideria accommodando, non animum rebus (quod ratio facit, & historia) submittendo. Atque his quidem illecebris, & congruitate quo animum humanum demulceret, addito etiam conformato Mufices, unde suavius infunari possit, adiutum sibi patefecit, ut honori fuerit etiam seculis plane iudicibus, & apud Nationes barbaras, cum aliis Doctrinæ protinus exclusive essent.

*Dramatica* autem Poësi, qua Theatrum habet pro mundo, usi eximia est, si fana foret. Non parva enim esse posset Theatri, & Disciplina, & Corruptela: Atque Corruptelarum, in hoc genere, abunde est; disciplina plane nostris temporibus est neglecta. Attamen licet in Rebus, modernis habeatur pro ludicra actio theatralis, nisi forte nimium trahat è Satyra, & mordet; tamen apud Antiquos cura fuit, ut apertos hominum ad virtutem institueret. Quinetiam Viris prudentibus, & magnis Philosophis, veluti animorum plectrum quoddam censebatur. Atque

fane



sane verissimum est , & tanquam Secretum quoddam Naturae , hominum animos , cum congregati sunt , magis quam cum soli sunt , affectibus & impreflosibus patere .

At *Poësis Parabolica* , inter reliquas eminet , & tanquam res sacra videtur , & augusta ; cum præfertur Religio ipsa , ejus operæ plenarumque utatur , & per eam commercia Divinitutum cum humanis exerceat . Attamen & hec quoque , Ingeniorum circa Allegorias levitatem & indulgentiam , contaminata inventum . Est autem usus ambiguus , atque ad contraria adhibetur . Facit enim ad *Inveniendum* ; facit etiam ad *Illustrationem* . In hoc *Dicendi* quedam *Ratio* ; in illo *Occultandi Artificio* quæcunque videatur . Hac autem *Dicendi Ratio* , quæ facit ad *Illustrationem* , antiquis facultatibus plurimum adhibetur . Cum euanationis humanae inventa , & conclusiones , ( etiam eæ quæ nunc traxi , & vulgate sunt ) tunc temporis novæ & inflatae essent , vix illum subtilitatem capiebant ingenia humana , nisi proprius eæ ad sensum , per hujusmodi simulachria , & exempla , deducerentur . Quæc omnia apud illos , fabularum omnigenarum , & Parabolorum , & *Ænigmatum* , & similitudinum , plena fuerunt . Hinc tellere Pythagoras , *Ænigma Sphinxis* , *Æsopi Fabule* , & similia . Quineniam Apophthegmatum veterum Sapientium fere per similitudines rem demonstrabant . Hinc Menenius Agrippa apud

apud Romanos ( Genesim eo seculo minime literatam) seditionem fabula repressit . Deniq; ut Hieroglyphica Literisita Parabolæ Argumentis erant antiquiores . Atque hodie etiam & semper , eximius est , & fuit , Parabolam vigor , cum nec argumenta tam perspicua , nec vera exempla tam apta , esse possint .

Ater est usus *Poësis Parabolica* , priot quasi contrarius , qui facit ( ut diximus ) ad *Inveniendum* ; earum nempe rerum , quarum dignitas tanquam velo quodam discreta efficitur : hoc est , cum occulti & Mysteria Religionis , Politice , & Philosophiae , Fabularis & Parabolæ vestiuntur . Utrum vero fabulis veteribus Poëtarum , subfit aliqua sensus mysticus , dubitationem nonnullam habet : Atque ipsi certe fatemur , nos in eam sententiam propendere , ut non pancis Antiquorum Poëtarum Fabulis . Mysterium infamum huius putemus . Neque nos moveret , quod illa pueris fœtè , & Grammaticis relinquuntur , & vilescent , ut de illis contemptim sententiæ feramus : Quin contra , cum planè coulesse , scripta illa , que fabulas illas recitant , ex Scriptis hominum , post litteras factas , esse antiquissima , & longe his antiquiores fabulas ipsas ( etenim tanquam prius creditæ & receptæ , non tanquam excoigitata ab illis Scriptoribus referuntur ) videntur esse instar tenuis cuiusdam auræ , quæ ex traditionibus Nationum magis Antiquatum , in Grecorum fistulas



filulas inciderunt. Cum vero, quae circa harum Parabolorum interpretationem, adhuc tentata sint, per homines scilicet imperitos, nec ultra locos communes doctos, nobis nullo modo satisficiant; Philosophiam secundum Parabolas antiquas, inter Desiderata referre vixim eft. Eius autem operis Exemplaria unum aut alterum subiungemus. Non quod ies sit fortasse tanti, fed ut instituta nostruma servemus. Id hujusmodi eft, ut de operibus illis, quae inter Desiderata ponimus (si quid paulo obfcurius) perpetuo aut praecepta ad opus illud inſtruendum, aut Exempla proponamus: ne quis forte exiftim, levem aliquam tantum Notionem, de illis mentem noſtam perfrinxifc, nosque Regiones sicut Augures, animo tantum metiri, neque eas ingrediendi vias noſſe. Aliam aliquam partem in Poſſū desiderari non invenimus; quin potius cum planta fit Poſſū, quae veluti a terra luxuriant, abſque certo femine, germinaverit, ſupra ceteras doctinas extremit, & diſſuſa eft. Verum iam exempla proponemus, tria tantum numero, unum ē Naturalib; & Politicū unum, atque unum denique ē Moralib;

Exempla

*Exempla priuata Philofophia ſecundum Parabolas Antiquas, in Naturalibus De Venatione, Iacu- dam Fabulam Panis,*

**A**ntiqui generationem Panis in dubio relinquent. Alii enim eum à Mercurio genitum; Alii longe alium generationis modum ei tribuant. Ajuat enim Procos universos cum Penelope tem rehauit, ex qua promiscuus concubitu *Pana* communem filium ostium esse. Neque pretermittenda eft terra illa generationis explicatio: Quidam enim prodiderunt, eum *toris* & *Hybreos* (id eft, *Contumelias*) filium faciſſe. Uteneque orto, *Parca* illi foſtoes huius perhibentur: quae in ſpecu ſubterraneo habitabant: *Pan* autem morabatur ſub Dio. Effigies *Pani* talis ab antiquitate defenbitur: Comutus, Cornibus in acutum ſurgentibus, & uice ad coquim fagigiatim; corpoſe toto hiſpidus & villosus; barba inprimis promilla; figura biformis, humana quoad ſuperiora, fed femifera & in capite pedes defuſente. Gestabat autem inſignia poteflatis; finiftra filula ſan ex ſeptem calamis compactam, dextra pedum ſive baculum, ſuperius curvum & inſlexum. Indubitate Chlamyde ex pelle *Pardalis*. Poteflates ei & muuera huiusmodi attribuuntur, ut ſi Deus venatorum, etiam paſtorum, & in universum Ruricolarum; Præfes item monitionis. Erat etiam, proximus à Mercurio,

H

Nun-



Nuncius Deorum. Habebatur etiam Dux & Imperator *Nymphaeum*, quæ circa eum perpetuus Chorœcœ ducere & tripladiare solebant: Comitabantur & *Satyræ*, & his seminores *Sileni*. Habebat insuper potellacem *terrores* immittendi, praefertam inanæ & superstitionis, qui & *Panis* vocati sunt. Res gestæ autem ejus non multæ memorantur: Illud præcipuum, quod *Cupidinem* provocavit ad luctam, à quo etiam in certamine vicitus est. Etiam *Typhonem* Gigantem retibus implicavit & colubitur. Atque narrari insuper, cum *Ceres* inœta, & ob raptam *Proserpinam* indigentia, se abcondidit; atque *Dñi* omnes ad eam investigandā magnopere incubuerunt, & se per varias vias diliperunt essent; *Panis* solummodo ex felicitate quadam contingit, ut inter venandam eam inventaret, & indicaret. Anfus est quoque cum *Apolline* de victoria Musices decernente, atque etiam *Myda* judice pzelatus est; ob quod judicium *Mydas* affinias aures tulit, sed clam & secreto. Amiges *Panis* multi referuntur, aut latenter admodum rari; quod mirum, inter tubam Deorum, proflus tam profus amatorum, videri possit. Illud solummodo ei datur, quod *Echo* adamaret, quæ etiam uxor ejus est habita; atque unam præterea *Nympham*, *Syringam* nomine; in quam propter iram & vindictam *Cupidinis* ( quem ad lucam provocare non reveritus esset ) incensus

151  
fus est. Etiam *Lunam* quondam in altas Sylivæ sevocasse dicuntur. Neque etiam problemum ullam fulcepit, ( quod similiter mirum est, cum *Dñi*, praesertim masculi, prolifici admodum essent ) nisi quod ei attribuatur tanquam filia; muliercula quedam ancilla; *lambæ* nomine; quæ tidiulis narratianulis obiectata holpites solebat, ejusque proles ex conjugi *Echo* esse à nomullis existimabatur. *Parabola* talis esse videtur.

*Pan* ( ut & nomen ipsum etiam sonat ) Varvarum live *Virveriatatem* *Rerum* representat & proponit. De hujus Origine duplex omnino sententia est, atque adeo esse potest. Aut enim à *Mercurio* est, verbo scilicet divino, ( quod & Sacra Litera extra controversionem ponunt; Philosophi ipsi, qui magis Divini habiti sunt, viderunt ) aut ex confusis rerum feminis. Etenim quidam è Philosophis femina rerum etiam substantia infinita statuerunt; unde opinio de Homojomiris fluit, quam *Anaxagoras* aut invenit, aut celebravit. Nonnulli vero magis acute & sobrie censebant, ad varietatem rerum expediendam sufficere, si femina, substantia eadem, figuris varia, sed certis & definitis essent; & reliqua in positura & complexu feminum ad invicem ponebant: ex quo sive opinio de *Atemis* emanavit: ad quam *Demoritus* se applicavit, cum *Leucippus* ejus auctor fuisset. At alii, licet unum rerum Primum



cipium asserterent, (Aquitam Thales, Aërem Anaximenes, Ignem Heraclitum) tamen illud ipsum principium actum unicum, potentia vacuum & dispensabile posuerunt, ut in quo rerum omnium semina latarent. Qui vero materialiam omnino spoliatam, & informem, & ad formas indifferenter introduxerant, (ut Plato & Arisotelos) multo etiam propius & propinquius ad parabolae figuram accedebant. Posuerunt enim Materiales tanquam publicam Meretrices, Formas vero tanquam Procos: Adeo ut omnes de rerum principiis opiniones huc redeant, & ad illam distributionem reducantur, ut in mundis sit, vel à Mercurio, vel à Penelope & Procos omnibus. Terra autem Generatrix Panis, ejusmodi est, ut videatur Graeci aliquid de Hebreis mystis, vel per Ægyptios interangesci, vel utcumque, inaudivisse. Pertinet enim ad statum mundi, non in meritis natalibus suis, sed post lapsum Adami, morti & corruptioni expostum, & obnoxium factum. Ille enim status, Dei, & peccati, (sive contumelie) proles fuit, ac manet. Fuit enim peccatum Adami ex genete Contumelias, cum Deo finaliter vollet. Itaque triplex ista narratio de Generatione Panis, etiam vera videri possit, si sit & rebus & temporibus distinguatur. Nam iste Panis (qualem eum nunc intuemer & complectemur) ex Verbo Divino, mediante confusa Materia (quae tamen ipsa Dei opus erat)

153  
etas) & subintante Prævaricatione, & per eam corruptione, Ortum habet.

Naturæ rerum, Fata, rerum forores vere perturbantur, & ponuntur. Fata enim vocantur, otius rerum, & durationes, & interitus, atque depressiones erant, & eminentias, & labores, & felicitates, denique conditio-nes quæcumque Individuum: quæ tamen nisi in Individuo nobili (utpote homine, aut urbe, aut gente) fere non agnoscentur. Atque ad istas conditiones tam varias, deducit Individua illa singula Pan, Rerum felicet Naturæ, ut tanquam eadem sit res (quæcumen ad Individua) catena Naturæ & filium Parcatum. Ad hanc insuper fixerunt Antiqui, Panem semper sub Dio morati, sed Parcas sub specie ingenti subterraneo habitare, atque inde maxima periclitate ad homines subito ad volare: quia Naturæ, atque Universi facies, spectabilis est & aperta; at Fata Individuum occulta, & rapida. Quod si Fata accipiatur largius, ut omnem prorsus eventum, non il-lustriores tantum, denotet, tamen utique & eo sensu optime convenit cum Universitate Rerum; cum ex ordine Naturæ, nil tam exiguum sit, quod sine causa fiat; & rursus nil tam magnum, ut non alieno pendeat; adeo ut fabrica ipsa Naturæ, suo fini & gremio, omnem eventum & minimum & maximum complectatur, & suo tempore certa Lege prodat. Itaq; nil mirum, si Parcas ut Panis lo-



rotes introductae sint, & certe legitimæ. Nam *Fortuna* Vulgi filia est, & levioribus tantum Philosophis placuit. Sine *Epicureo*, non solum profanum institueret sermonem, sed etiam despiciere videtur, cum dixit, *Praefare credere fabulam Deorum, quam Eutymio affectare*, ac si quicquam in universo esse posse iustas Insulas, quod à rerum nexo separaretur. Verum *Epicurus* Philosophiam suam naturalem (ut ex ipsis verbis patet) morali sue accommodans & subiecens, nullam opinionem admittere voluit, que animum premeret & mortificaret, acque *Euthynus* illam (quam à Democrito accepit) lacessire aut imbarcet. Itaque suavitati cogitationis indulgens, potius quam Veritatis patiens, plane jugum fractavit, & tam fui necessitatem quam decorum metum repudiavit. Verum de *Taren-*  
*rum* germanitate cum *Pano* satis dictum est.

*Cornua* autem mundo attribuantur, ab immo Litora, ad verticem acuta. Omnis enim rerum natura iuxta Pyramidis acuta est. Quippe Individua, in quibus basis naturae expostiguntur, infinita sunt; ea colliguntur in species, & ipsas multiplices; species rursum insurgunt in genera, atque huc quoque ascendendo in magis generalia contrahuntur; ut tandem natura, tanquam in uno coite videatur, quod *Figura illa pyramidalis Cornuum Pano* significatur. Mirum vero minime est, *Pano* cornua etiam colorem facere;

ferite; cum excelsa natura, sive idæ univer-  
sæ, ad Divina quodammodo pertingant. Itaque & catena illa *Homeri* decantata, (catenarum feliciter Naturalium) ad pedem Solis Jovis fixa memorabatur; neque quicquam (ut videlicet) Metaphysicam, & qua in Na-  
tura aeterna, & immobilia sunt, trackavit, atque animum à fluxu rerum paulisper abdu-  
xit, qui non solum in Theologiam Naturalem  
incidenter, ideo paratus & propinquus est  
transitus, à vertice illa Pyramidis, ad Divina.

*Corpus* autem *Natura* elegantissime &  
venustissime depingit *horsum*, propter re-  
rum radios. Radii enim sunt tanquam naturæ  
crines, sive vills: Atque omnis fere vel magis  
vel minus radiosaria sunt: Quod in facilitate vi-  
sus manifestissimum est; nec minus in omni  
virtute magnetica, & operatione ad di-  
stans. Quicquid enim operatur ad distans,  
id estiam radios emittere recte dici potest.  
Sed maxime omnium promiser *Barba Panis*,  
quia radii corporum celestium, & præ-  
cipue Solis, maxime ex longinquo operantur  
& penetrant. Adeo ut superioritate, atque  
etiam interiora, ad distantiam nonnullam  
plane vertentur & subegerint, & spiritu im-  
pleverint. Eleganter autem est figura de  
*Barba Panis*, quod & Sol ipse, quando pars  
superiore ejus nube obvoluta, radii inferius  
erumpunt, ad aspectum *barbatos* cernuntur.

Etiam corpus naturæ rectissimo describi-



156 D E A U G M. S C I E N T.  
tar *biforme*, ob differentiam corporum su-  
periorum, & inferiorum. Illa enim ob pa-  
chitatem, & motus aequalitatem & con-  
stantiam, nec non impetu in terram &  
terrestris, merito sub humana figura repre-  
sentans; cum Natura humana ordinis &  
Dominionis participes sit: Hec autem ob-  
perturbationem, & motus incompositos, &  
quod à cœlestibus in plurimis reguntur, tri-  
tati animalis figura contenta esse possunt. Por-  
to eadem corporis biformis descripicio, per-  
nit ad participationem specierum: Nulla  
enim naturæ species, simplex videri potest,  
sed tanquam ex duobus participibus, & con-  
creta. Habet enim homo nonnulli ex bruto,  
brutum nonnulli ex planta, planta nonnulli  
ex corpore inanimato, omniaque revera bi-  
formia sunt, & ex specie superiori & inferiore  
compacta. Acutissima autem est allegoria de  
*Pecùniis Capra*, propter ascensionem corpo-  
rum terrestrium, versus regiones aëris & ce-  
li, ubi etiam penitus sunt, ecce dejeicuntur,  
magis quam descendunt. *Capra* enim animal  
scandalorum est, easque è rupibus pendere, atq;  
in precipitiis horrere amat; Similiter etiam  
res, & et inferiori globo destinata, faciunt, id-  
que miris modis, ut in nubibus & meteoris  
manifestissimum est. Imo non sine causa  
*Gilbertus*, qui de Magnete laboriosissime, &  
fecundum viam experimentalē conscripsit,  
dubitacionem injicit; Num non forte corpo-  
ra gra-

L I B R. II. 157  
ra gravia, post longam à terra distantiam,  
motum versus inferiora paulatim exuant.

*Insignia* autem in manibus *Panis* ponun-  
tur duplia; Alterum *Harmonia*, alterum  
*Imperii*. *Fistula* enim ex septem calamis,  
concentram terum & harmoniam, fire con-  
cordiam cum discordia mixtam, ( quæ ex fe-  
pem stellarum errantium motu conficiuntur )  
evidenter ostendit. Neque enim ali, pra-  
terquam septem Planetarum, inveniuntur in  
celo errores, five expatiaciones manifeste,  
cum cum aequalitate stellarum fixarum, ea-  
rumque perpetua & invariabili ad se invicem  
distanzia composita & temperata, tum con-  
stantiam specierum, tum fluxum individuo-  
rum tueri & cire possint. Si qui vero sint  
Planete minores, qui non conspicuntur; si  
qua etiam mutatio in celo major, ut in Co-  
metis nonnullis superluminibus) videntur illa  
profectio tanquam fistula, aut omnino mutet,  
aut ad tempus tantum strepet, utpote qua-  
rum operationes vel ad nos non perturbantur,  
vel harmoniam illam septem fistularum  
*Panis* non diu interturbent. *Pedum* autem  
illud *Imperii*, nobilis translatio est, propter  
vias Naturæ partim rectas, partim obliquas.  
Atque *Baculus* ille, five *Virga*, versus supe-  
riorum partem præcipue curva est, quia o-  
mnia providentia divine opera in mundo  
fieri per ambages & circuitus sunt, ut aliud  
agi videri possit, aliud revera agitur, sicut

H 5

*Iosephi*



*Iosephi venditio in Aegyptum*, & familia. Quinetiam in regimine humano omni prudenter, qui ad gubernacula sedent populo convenientia, per praetextus & vias obliquas feliciter que volunt, quam ex directo superinducere & insinuare. Etiam ( quod minimum fortasse videri possit ) in rebus mere naturalibus, citius Naturam fallas quam premas: Adeo, quae ex directo fiunt, inepta sunt, & se ipsa impediunt; cum contra, via obliqua & insinuans moliter fluit, & efficitur fortius. *Vestis Panis* & amictulum, ingeniose admodum ex *Pelle Pardalis* fuisse singulariter propter maculas ubique spartias. Ceterum enim stellis, maria insulis, telis floribus conspurguntur, Atque etiam res particulares fere variegatae esse solent circa superficiem, que veluti *Rei Colamys* est.

Officium autem *Panis* nulla alia re, tam ad vivum proponi atque explicari potuerit, quam quod *Deus Venatorum* sit. Omnis enim naturalis actio, atque adeo motus & progressio, nihil aliud quam *Venatio* est. Nam & scientiae & artes opera sua venantur; & confusa humana fines tuos, ut sequentes naturales omnes vel alimenta tua, ut conververint, vel voluptates & delicias suas, ut perficiantur, venantur; ( omnis siquidem venatio est aut prædicta, aut animi caufa;) idque modis peritus & sagacibus.

159  
*Tertia Loxa lupum sequitur, lupus iste  
Capellam,*  
*Florentem Cybistum sequitur laevra Ca-  
pella.*

Etiam *Ruricolarum* in genete *Pan Deus* est, quia hujusmodi homines magis secundum naturam vivunt, cum in urbibus & aulis, natura à cultu nihilo corrumpatur, ut illud Poëtae antistariorum, verum, propter hujusmodi delicias, etiam de Naturâ sit,

— *Parvâ minima est ipsa puerula sui.*  
Monstrum autem imprimis Praeses dicitur *Pan*, quia in montibus & locis editis natura rerum pandit, atque oculis & contemplationi magis subiectur. Quod alter à *Mercurio Deorum nuncius* sit *Pan*, ea allegoria plane divina est, cum proxime post Verbum Dei, ipsa mundi imago, divina potentia & sapientia præconium sit. *Quod & Poëta divinos ceci-  
nit. Cœli evanescunt gloriam Dei, atque opera  
manuum ejus indicat firmamentum.*

At *Pana* oblectant *Nympha*, animæ scilicet: Deliciae enim mundi animæ viventium sunt. Hic autem merito illarum Imperator, cum ille Naturam quæque suam tanquam ducem sequantur, & circa eum insinua cum varietate, veluti singulae motu patcio, saltent, & choreas ducant, motu neutriquam cessante. Itaque acute quidam ex recessionibus, facultates animæ omnes ad motum rediut, & nonnullorum ex antiquis fastidium & prece-



pitationem notavit, qui in memoriā, & phantasmā, & rationē, delixis præpropere oculis inuitantes & contemplantes, vim cogitati-vam, quæ primas tenet, ppterterm feruntur. Nam & qui meminīt, aut etiam reminiscitur, cogitat, & qui imaginatur, similiter cogitat; & qui ratioinatur, utique cogitat: Denique anima, sive à sensu innotita, sive sibi permis-  
ta, sive infusionebus intellectus, sive affe-  
ctionum & voluntatis, ad modulationem co-  
gitationum faltat; quæ est illa Nymphaeum  
tripudiatio. Una vero perpetuo conitantur  
*Satyr* & *Sileus*, beneficis felicis & juvenis.  
Omnium enim rerum estetas quedam hilas-  
tis & motu gaudens, atque turbus tarda  
& bibula: Urtiisque autem aetatis studia,  
vere contemplanti, forsanse ridicula & defor-  
mia videantur, instar *Satyr* alius juxta *Sile-*  
*nū*. De *Panicis* autem *Terroribus* prudenter  
Doctrina proponitur. Natura enim rerum  
omnibus viventibus indidit metum &  
fotmidinem, vita atque efflentia sue conser-  
vaticem, ac mala ingenuitia vitantem & de-  
pellentem. Veruntamen esdem Natura mo-  
dum tenere nefici est, sed *timoribus* salutari-  
bus semper vanos & inane adfectus adeo ut  
omnia (si intus confici darentur) *Panicis*  
*terroribus* plenissima sint; presentim huma-  
na, & maxime omnium apud vulgum, qui  
superstitione (quæ vere nihil aliud quam *pa-*  
*nius terror* est) in itinere suum laborat & agi-  
tatur;

estue, præcipue temporibus duris, & trepidis,  
& adversis. Neque superstitione ista tantum-  
modo in vulgo regnat, sed ab opinioribus  
vulgi etiam in sapientiores aliquando insultit,  
ut divine Epicurus [si cetera quæ de Düs dif-  
ferunt ad hanc normam suffici] locutus sit:  
*Non deos vulgi negare profanum, sed vulgi  
opiniones Düs applicare profanum.*

Quod vero attinet ad *Audaciam Panis*,  
& *Fugnam per preventionem* cum *Cupidi-*  
ne, id eo spectat, quia materia non caret in-  
clinatione & appetu ad dissolutionem mun-  
di, & recidivationem in illud Chaos anti-  
quum, nisi prævalida rerum concordia (per  
*Amorem* sive *Cupidinem* significata) malitia  
& impetus ejus cohiberetur, & in ordinem  
compelletur. Itaque bono admodum ho-  
minum & rerum fato sit, (vel potius immen-  
sa bonitate divina) ut *Pax* illud certamen ad-  
versum experietur, & vicinus abcedat. Eo-  
dem protius pertinet & illud de *Tybone* in  
*retibus* implicato, quia utcumque aliquando  
valti & insoliti rerum tumores sunt, (id quod  
*Tybon* sonat) sive intumescant maria, sive  
intumescant nubes, sive intumescat terra, si-  
ve alia, tamen rerum natura hujusmodi cor-  
porum exuberantias atque insolencias reti in-  
extricabili implicat & coheret, & veluti cate-  
na adamanta devincit.

Quod autem *Inventio Cereris* haec Deo  
attribuatur, idque inter rationationem, reli-  
quis



quis autem Diis negetur, licet sedulo quærentibus, & illud ipsum agentibus; monitum habet verum admodum & prudens: hoc scilicet, ne rerum utilium ad vitam & cultum inventio, à Philosophis abstractus, tanquam Deus majoribus, exspectetur, licet totis viribus in illud ipsum incumbant; sed tantummodo à Pace, id est, experientia sagaci, & rerum mundi notitia universalis, qua etiam casu quodam, ac veluti inter venandum, in hujusmodi inventa incidere solet. Utilissima enim quæque inventa experientie debentur, & rebus donaria quadam fuere casu in homines sparsa.

Illiud autem Musices certamen, ejusque eventus, salutarem exhibet Doctrinam, atque eam quæ ratione & judicio humano gestanti, & se efferen, sobrietatis vincula injicere possit. Duplex enim videtur esse Harmonia, & quasi Musica, altera Sapientiae divine, altera Rationis humanae. Judicio enim humano, ac veluti auribus mortaliis, administratio mundi & rerum, & Judicia divina secretiora, sonans aliquid durum, & quasi ab omni: Quæ infelix licet affirmat Auriobus merito insigniar, tamen & illæ ipsa aures fecero, non palam, gestatur. Neque enim hujusce rei deformitas à vulgo conjecturatur necatur.

Postremo minime mirum est, si nulli Amoris pani attribuantur, prater Coniugium, Echom;

Echom; Mundas enim se ipso, atque in se rebus omnibus fruatur: Qui amat autem, fruile, neque in copia desiderio locus est. Itaque Mundi Amores esse nulli possunt, nec potius Cupido, (cum se ipse contentus sit, nisi fortasse Amores Sermonis). Ii sunt Nympha Echo. Res non solidia, sed vocalis, aut li accutiores sunt. Syringa, quando feliciter verbæ, & voces, numeris quibusdam, five Politici, five Oratoris, & tanquam modelamine, reguntur. Inter sermones autem five voices excellentes ad conjugium mundi sumuntur sola Echo: Ea enim demum vera est Philosophia, qua mundi ipsius voices fidelissime reddit, & veluti dictante mundo conserpantur; & nihil aliud est quam ejusdem simulacrum & reflexio; neque addit quicquam de proprio, sed tantum iterat, & relonat. Nam quod Lunam Pan in altas syras aliquando se vocaveret, videtur pertinere ad congregatum sensu cum rebus coelestibus, five divinis. Nam alia est Endymionis ratio, alia Panis: Ad Endymionem dormientem sponte se demitterit Luna; siquidem ad intellectum sopitum, & à sensibus ablatum, quandoque sponte inservit divina: Quod si accesserit & ventus à sensu, tanquam à Pace, tum vero non aliud lumen praebent, quam illud, coniunctur aut necatur.

Quale sub incertam Lunam sub luce matrigua

Egit iter in Sylvu. —

Ad



Ad mundi etiam sufficientiam & perfectionem pertinet, quod *problem non edat*. Ille enim per partes generas; per totum quomodo generate posse, cum corpus extra ipsum non sit? Nam de *Muliercula* illa *Iambus*, *Filia Paris* portativa, est sine ea adjectio quedam ad fabulam sapientissima. Per illam enim representantur exz, quæ perpetuis temporibus passim vagantur, atque omnia implent, vaniloquie de rerum natura doctrinæ, re ipsa instructiose, genere quasi subditiz, garrulitate vero interdum jacundæ, interdum moleste & impotunæ.

*Exemplum alterum Philosophie, secundum parabolæ Antiquariorum Politiciæ. De Belli secundum fabulam Persicæ.*

**P**erseus, Orientalis cum fuisset, missus tradidit à Pallade; ad obturcandam *Medusam*, quæ populus plurimis ad Occidentem, in extremitate Iberia partibus, maxime calamitati fuit. Monstrum enim hoc, alias crudelè & inniane, etiam aspectu tam dirum atque horrendum fuit, ut eo solo homines in saxa reverteret. Erat autem è *Gorgonibus* una, *Medusa*, ac sola inter eas mortalis, cum reliqua pallivæ non essent. *Perseus* igitur ad tam nobilis facinus se comparans, armis ac dona à tribus Dñs multo accepit; *Alas* à *Mercurio*, talares scilicet, non axillares; à *Pluto*, ne autem *Galeam*; *Scutum* denique à *Pallade*.

de, 84

de, & *Sperulum*. Neque tamen (licet tanto apparatu instrutus) ad *Medusam* recta perirexit, sed primum ad *Græas* divertit. Ex lōtores, ex altera parente, *Gorgonibus* erant; Atque *Græas* iste canæ etiam à nativitate erant, & tanquam vetula. Oculus autem iis tantummodo & denuo erat omnibus unicus; quos prout exire solet quaque contingat, vicissim gestabant, revertit autem deponere solebant. Hunc itaque oculum, atque hunc dentem illæ *Perseus* commodarunt. Tamdem, cum sè abunde ad destinata perficienda instrutum judicaret, ad *Medusam* protoperit, impiger & volans. Illam autem offendit dominitatem, & neque tamen aspectui ejus (si forsan evigilares) sè committente subdebat, sed cervice reflexa, & in *Speculum* illud *Palladii* inspiciens, atque hoc modo iactus diligens, caput *Medusa* abscidit: Ex sanguine autem ejusdem, in terram fuso, statim *Perseus* alatus emicuit. Caput autem abscisilem *Perseus* in Scutum *Palladii* inseruit, cui etiamnam sua mansis vis, ut ad ejus intulit omnium ceu attonti aut fiderati obtrigerent.

Fabula confusa videtur de belligeranti ratione & prudentia. Atque primo omnis belli suscipio debet esse tanquam Missio à *Pallade*; non à *Venere* certe, (ut bellum Trojanum fuit) aut alia levi ex causa; quippe cum in Consilis solidis Decreta de bellis fundari oporteat. Deinde de Genere belli cli-

gendo,



gendo, tria proponit fabula precepta, sana admodum & gravia. Primum est, ut de subjugatione Nationum finitimarum quis non magnopere laboret. Neque enim eadem est Patrimonii, & Imperii amplificandi ratio. Nam in possessionibus privatis vicinitas Pazardorum spectat, sed in propagando Imperio, Occasio, & Belli conscientia facilitas, & suus, loco vicinitatis esse debent. Iraque Persae, licet Orientalis, tamen tam longinquam expeditionem, usque ad extremum Occidentem, minime detrectavit. Hujus rei exemplum insigne est in belligerandi diversa ratione patris & filii Regum, Philippi & Alexandri. Ille enim in finitimis bellis occupatus, urbes paucas Imperio adjectis, idque non sine maxima contentione & periculo. Quippe qui & alias, & praeceps in Pratio Charente, in ultimum dictinen adductus fuit: At Alexander longinquam expeditionem beneficis in Persas, Nationes infinitas subjugavit, magis itineribus quam praebris fatigatus. Hoc spum adhuc clariss censitur, in propagatione Imperii Romanorum, qui, pro tempore, ex parte Occidentis, via ultra Liguriam armis penetraverae, eodem tempore Oriens provincias usque ad Montem Taurum Armis & Imperio complexi sunt: Etiam Carolus Octavus Rex Galles, Bellum Britannicum quod matrimonio tandem compotium est, non admodum facile expertus, expeditio-

tionem illam Neapolitanam longinquam, admiranda quadam facilitate & felicitate transegit. Habent certe hoc bella longinqua, ut cum iis manus conferatur, qui Militis & Annis invictis minime sint affueti, quod in finitimis secus se habet. Etiam & apparatus in hujusmodi expeditionibus solet esse diligentior & instructior, & terror apud hostes ex ipso aucta & fiducia major. Neque etiam fieri possit fieri in illis expeditionibus remoto, per hostes, ad quos tam longe invere pervenientur, diversio aliqua aut invasio recipio, quia in belligerandi ratione cum fluitus sapientia adhibetur. Caput autem rei est, quod in subjugandis finitimis, Occasionum delectus in angulo versatur; at si quis longinqua non detrectet, potest pro arbitrio suo eo transferre bellum, ubi aut disciplina militaria maxime est exercitata, aut vires nationis plurimum attrita & consumpta, aut diffida civilia opportune oborta, aut aliae huiusmodi commoditates se ostendant. Secundum est, ut semper sub his Causa Belli iusta, & pia, & honestifica, & favorabilis: Id enim alacritatem, tum multis, tam populus impensis conuentibus, addit, & societas appetit & conciliat, & plutimas denique commoditates habet. Inter causas autem belli, admodum favorabilis est, ea qua ducit ad debellandas tyrannides, sub quibus populus succumbit, & proletariis luce animis & vigo-



re tanquam sub *Affectum Medusa*; quod etiam Herendi Divinitatem conciliavit. Romanis certe magna religio fuit, strenue & impigne accutere ad focios tuendos, si quo modo oppelli fuissent. Etiam bella ob vindictam justam fere semper felicia fuerunt, sicut bellum adversus *Britum & Cossium*, ad vindicandam mortem *Cesari*; *Severi* ad vindicandam mortem *Pertinacis*; *Iulii Brutii* ad vindicandam mortem *Lucretia*. Deinde quicunque bello calamitates hominem & injurias, aut levant, aut vindicant, sub *Perse* militare. Tertium ut in omni bello suscipiendo vera sit *Afflammatio virium*; atque recte perpendatur, utrum bellum sit tale, quod combici & ad exitum perduci possit, ne quis vastas & infinitas spes persecutatur. Prudenter enim *Perseus* inter *Gorgonas* (per quas bella representantur) eam delegit, quae in sua natura mortalis erat, neque ad impossibilia animum adjectit. Atque de iis, quae in suscipiendo bello deliberationem habeunt, haec praecepit fabula, reliqua ad beligerationem ipsam pertincent.

In bello maxime omnium profund illa tria *Dona Deorum*, adeo ut Fortunam ipsam ferre regant & trahant. Accepit enim *Perseus* *Celeritatem à Mercurio*, *Occultationem Consiliorum ab Ovo*, & *Providentiam à Pallade*: Neque caret allegoria, eaque prudentissima, quod *Alii illae Celeritatis in rebus conficien-*

*ficiendis* (cum Celeritas in bello platinum posset) *Talares*, non *Axillares* fuerint, atque pedibus, non humeris additae; quia non tam imprimis belli aggressibus, quam in iis, quae sequuntur, & primis subfidae sunt, Celeritas requiritur. Nullus enim error in bello magis frequens fuit; quam quod prosecutiones, & subfidae impetus, initiorum alienati non respondeant. At *Galea Platonis* (que homines invisibilis redire solebant) manifesta parabola est. Nam *Consiliorum occidentis* post *celeritatem*, maximi ad bellum est momenti. Cujus etiam Celeritas ipsa, pars magna est. Celeritas enim consiliorum evaginationem praevent. Ad *Galeam Platonis* spectant, ut unus bello praeficit, cum mandatis liberis; Consultationes enim eum multis, habent aliquid postius ex *Crinis Maris*, quam ex *Galea Platonis*. Endem spectant praetextus variis, & designationes antepites, & fama emulatrix, que oculos hominum aut perstringunt, aut avertunt, atque vera consiliorum in obscuru ponunt. Etiam cautions diligentes & supiceas, de literis, de legatis, de perfugis, & complura alia, *Galeam Platonis* ornant, & revincunt. At non minus interest, *Consilia Hostium* explorate, quam sua occultare. Itaque *Galea Platonis* adjungendum est *Speculum Palladii*, per quod hostium vires, inopia, occulti fautores, dissidia & factiones, progressus, consilia certantur.



nantur. Quoniam vero tantum fortuitorum falecīt ratio belli, ut nec in consilis propriis occultandis, nec hostium explorandis, nec in celeritate ipsa, multum fiducie ponendum sit, ideo ante omnia sumendum *Palladii Sennitum, Prudentia feliciter*, ut quam minimum *Fortuna* relinquatur. Huc pertinet, explorato vias intre, Castra diligenter munitre, (quod in milite moderna in defuetudinem fere abiit, Castra vero in flatibus munitre, Romanis adversos prælii eventus erant) actes stabili & ordinata, non nimium sidenso cohortibus levis armatura, aut etiam equitum turmis, denique omnia quae ad foliandam & sollicitam Defensivam spectant: cum plus valeat utique in Bellis *Sennitum Palladis* quam *Gladitus ipse Marius*. Verum *Perseo* utcumque copiis aut animis instructo, rebus aliud quidpiam, maximū per omnia momenti, antequam bellum incipiatur: Nam irum, ut diversas ad *Gras*. *Gras* autem *proditiones* sunt, bellorum felices sorores, non Germanas illes quidem, sed generis nobilitate quasi impares. Bella enim generosa, proditiones degeneres & turpes. Earum descriptio elegans est, ut *Casa à l'Institut* sint, & tanquam *Vetula*, propter perpetuas proditionum curas, & trepidationes. Eatum autem vis (antequam in manifestam defectionem erumpant) aut in *Oculo*, aut in *Dente* illi. Omnis enim factio, à statu quoquam alienata, &

ta, & in proditionem propensa, & speculator, & mordet. Atque hujusmodi *Oculus* & *Dens* tanquam communis est, nam quicquid didecentur & noverunt, fere per manus ab una ad alteram transit & percussit. Et quod ad *Densem* attinet, uno quasi ore mortdent, & eadem scandala jaclant; ut si unam audias, omnes audias. Itaque *Perseo* sum ille *Gras* coaciliandus, atque in auxilium adducendus, praetextum ut *Oculum* & *Densem* suum ei commendent; *Oculum* ad judicia; *Densem* ad rumores ferendos, & invidiam confundandam, & animos hominum sollicitandos. Postquam vero omnia bene fuerint ad bellum præparata disposita, illud imprimitur curandum, quod *Perseo* fecit, ut *Medusa dormiens* inveniatur. Prudens enim belli susceptor semper fere hostem affequitur imparatum, & fecutriat propiorem. Denique in ipsis bellii actionibus atque insulibus, ille *Institutus in Speculum Palladis*, adoperandus est. Flotanti enim ante ipsa pericula res hostium accute & acerbe introspicere possunt; at in ipso Periculi articulo, aut tetrore, offunduntur, aut pericula nimium precipites & à fronte spectant: unde in illa temere ruunt, vinciendi memoris, vitandi oblitii. At neutrum horum fieri debet, sed in *Speculum Palladis*, *cervice reflexa*, inspicendum, ut impetus recte dirigatur, ablique vel tetrore, vel fulatore.

A bel-



A bello perfecto & victoria, sequuntur effecta duo. *Pegasii* illa *Generatio & Exclusio*, quae factis evidenter *Famam* denotat, quae per omnia volat, & victoriam celebrat, & reliquias bellii faciles & in votum cedentes efficit. Secundam, *Gestatio Cupidis Medusa* in *Sento*; siquidem nullum praefidili genus huic ob praestantiam comparari possit. *Vniuersum* enim *fascinus insigne & memorabile*, feliciter gestum & perpetratum, omnes hominum motus obrige se ferit, atque malevolentiam ipsam stupidi reddit.

*Exemplum tertium Philosophie secundum Parabolam antiquar., in Mortalibus. De Cupiditate, fascinus fabulam Dionysii.*

**N**atrant, *Semelem*, iuvit pellicem, postquam iuramento cum inviolabili ad votum indefiniendum obstrinxisset, petuisse, ut ad amplectus suis accederet talis, qualis cum *Iunone* consuelleret. Itaque illa ex conflagratione petuit. Infans autem, quem in utero gestabat, a Patre exceptus, in femur ejus infusus est, donec menses sicuti destinatos completeret. Ex quo tamen onere *Jupiter* intentum non nihil claudicabat. Itaque *Puer*, quod Jovem, dum in senecte eius poteretur, gravaret & pungeret, *Dionysius* nomen accipit. Postquam autem editus esset, apud *Proserpinam* per aliquor annos nutritus est. Cum vero adultus esset, ote fere mulieribz

con-

conficiiebatur, ut sexus videtur tanquam ambiguus. Etiam extinxus & sepultus quondam erat ad tempus, & non ita malo posse revixit. Atque prima juventa vitiis cultura, atque adeo vini confectionis & usum primus inventus, & edocuit, ex quo celebris factus, & inclitus orbem terrarum subjugavit, & ad ultimos Indorum terminos perterritus. Curru autem vehabantur a Tigribus traxo; circa eum subfuitabant *Damones* deformati, *Cobali* vocati, *Acratus*, &c. alii. Quin & *Musa* comitatum ejus se adjungebant. Uskorem autem sibi sumptus *Ariadnum*, a *Theose* defensant & reliquit. Arbor ei sacra erat *Hedera*. Etiam factorum & ceremoniarum inventores & institutores habebantur; ejus tam generis, que & fanaticae erant, & plenae corruptelarum, atque insuper crueles. Furores quoque immittendi potestatem habebant. Certe in *Orygis* ejus, a mulieribus furore percitis, duo viri insignes discepti narrantur, *Penthēus* & *Orpheus*: Ille, dum arbore confensa spectator eorum, quae agerentur, curiosus esse voluntier; Hic, cum lyram suavitate & peritie pulsat. Atque hujus Dei res gestae, cum *Iovis* rebus fere confunduntur.

Fabula videtur ad *mores* pertinere, ut vix quiequam in Philosophia Morali melius inventatur. Describitur autem sub *Persona Bacchi*, *Natura Cupiditatis*, five affectuum & perturbationum animi. Primam igitur, quod ad *Natalia Cupiditatis* attinet; *Origo Cupiditatis* omnis, licet nocentissimæ, non alia est, quam



*Bonum Apparens.* Sicut enim virtus mater est bonam exilens, similiter cupiditas mater est bonum appetens. Altera *Iovis* [sub cuius persona anima humana representans] uxor legitima, altera plexa: quae tamen *Iuvans* honores amboletur, tanquam *Semele*. Concipitur vero *Cupiditas* in *voto illicite*, prius temere concessa, quam rite intellecto & iudicato. Atque postquam effervescente conceperit, *Mater* eius (natura scilicet & species boni) *nivio incendio* destruitur & perire. Procellis autem cupiditatis à conceper suo talis est: illa ab *animo humano* (qui eius est genitor) & nutritur, & occultatur, præcipue in *inferiore parte* ejus, tanquam *senore*; atque animum pungit, & convellit, & deprimit, adeo ut *actiones & decreta* ab ea impediuntur, & claudentur. Quiniam postquam confessu & tempore confirmata est, & in actus erumpit, ut jam quasi *mensa compleverit*, & edita plane sit atque nata, primo tamen ad tempus nonnullum apud *Proserpinam* educatur, id est, *lateralibus* quarit, atque elandestina est, & quasi subterranea; donec temotis *padoria* & *metus frantis*, & coalita audacia, aut virtus alienius praetextum lumen, aut infamia ipsam commenit. Atque illud verissimum est, omnem affectum vehementiorem tanquam *ambigui sexus* esse. Habet enim *impetus viridem*, *impotentiam* autem *midibrem*. Etiam illud peccare, *Bacchum mortuum reverencere*: Videntur enim affectus quandoque sopliti, atque extinti, sed nulla fides habenda est eis, ne scipuleti quidem: sequi-

sequi dem præbita materia, & occasione, refurgane.

De *Inventione Vitæ* parabola prudens est: Omnis enim affectus ingeniulus est admodum & sagax, ad investigandum ea, quæ ipsum alant & foveant. Atqui ante omnia, quæ hominibus innotuerit, *Vinum* ad perturbationes cuiuscunquam generis excitandas & inflammandas potentissimum est, & maxime efficax, atque est *Cupiditatibus* in genere instar *fomitis communis*. Elegans autem ponit *Affectus* live *Cupiditas*, *Provinciarum subjugator*, & expeditiōnis infinita susceptor: Nunquam enim pars acquiescit, sed appetitu infinito, neque satiabilis, ad ulteriorem tendit, & novis semper inhiat. Etiam *Tigres* apud *Affectus* stabulant, & ad *Currum* eorum subinde jugantur. Polliquam enim *Affectus* *Carulis* esse ceperit, non *pedestris*, sed *victor rationis*, & quasi *Triumphator* factus, in omnes, qui aduersantur aut se opponunt, crudelis est, & indomitus, ac immensis. Facetum autem est, quod circa *Currum Bacchi* subfluant illi *Damones* deformes & ridiculi. Omnis enim affectus vehementius prognit motus, in *Oculis*, & *Ore ipso*, & *Geflu*, indecoros & inconditos, subfultorios & deformes; adeo ut qui libi ipsi fortale in aliquo affectu (veluti ira, arrogancia, amore) videatur magnificus & tuidus, alii tamen appareat turpis & ridiculus. Conspicuntur autem in *Cupiditatis comitatu* *Musa*. Neque enim reperitur ullus fere affectus, tam pravus & vilis, cui non blandiatur aliqua



doctina. Hac enim in re, ingeniourum indulgentia & procacitas, Mufatum Majestatem in immensum minuit, ut, cum duces vite & signifeti esse debeat, huc non raro Cupiditatum perdisceat, & oblectarices.

In primis vero nobilis est illa Allegoria, *Bacchus amore suo in eam effudit, que ab alio reddita erat & fuitista.* Certissimum enim est, affectus id petere atque ambire, quod *Experiens* jam pridem repudiat. Atque norint omnes, qui affectibus suis servientes & indulgentes, pterium potiundi in immensum augent, five honores appetant, five amores, five gloriae, five scientiam, five alia que cuunque) te res vellet petere, & a compliribus, per omnia ferre secula, post experimentum, dimissas & repudiatas. Neque Mysterio catet, quod *Hedera Baccho* sacra fuerit, hoc enim duplicit modo convenit. Primum, quod *Hedera* *hunc virilem* *seruat*; deinde, quod circa tot res (arbores, parentes, adiicia) *serpat*, ac circumfundatur, & se attollat. Quod ad primum enim attinet, omnis *Cupiditas* per *Renientiam*, & *Vetuum*, & tanquam Antiperistasis (veluti per frigora Biuma *Hedera* virescit, ac vigorem acquirit: Secundo, *affectus* aliquis in humana anima predominans, omnes ejus actiones & decreta, tanquam *Hedera circumspicit*, neque ferre quicquam perturbiat, quo illa Clavicularis suas non imprimat. Neque mirum est, si *Superficiosa Ritus Baccho* attribuantur, cum omnibus lete male-famis *affectus* in pravis Religionebus

*nibus* luxurietur: adeo ut Hereticorum colluvias Bacchanalia Ethonicorum superarit, quantum etiam superstitiones, non minus cruentae, quam turpes extiterunt. Neque itidem mirum est, si *Furores à Baccho* immitti putentur, cum & omnis *Affectus in excessu suo*, veluti *Furor brevis*, sit, & si vehementius obsideat & incumbat, in Istanja sibi terminentur. Illud autem de *Pentheo & Orpheo* inter *Orgia Bacchi* laceras, evidentem Parabolam habet; cum affectus quisque praevalidas erga duas res sit appetimus atque intensissimus, quarum altera est *Inquisitio* in eum curiosa, altera, *Admonitio salutaria* & libera. Neque auxilio fuerit, si illa inquisitio fiat tantum contemplatiois aut spectandi gratia, tanquam arbore consensa, absque omni animi malignitate; Neque rursus, si admonitio illa, multa cum suavitate & dexteritate adhuc beatetur; Verum teneamus non tolerare *Orgya* aut *Pentheum* aut *Orpheum*. Postremo, illa *Confusio Personarum Ixoris & Bacchi*, ad Parabolam recte traduci potest; quandoquidem *Res gestae nobiles*, & *citate*, atque merita insignia & gloriosissima, interdum à *Veritate* & recta ratione & magnanimitate, interdum autem à latente *affectu* & occulta. Cupiditate (utcumque famz & laudis celebritate utraque res pariter gaudeat) proveniant: ut non facile sit distinguere facta *Dionysii à factis Iovis*.

Verum in Thesatro nimis dia moratur, transseamus ad Palatinum Animi; cuius limina majori, cum veneratione & cura ingredi convenit.



178 DR AUGM. SCIENT.  
FRANCISCI BACONIS

DE VERULAMIO,  
Vice-Comitis sancti Albani,  
*De dignitate & augmentis  
scientiarum,*

L I B R E R T E R T I U S .  
*Ad Regem suum.*

C A P U T I .

*Partitio Scientiarum in Theologiam & Philosophiam.  
Particula Philosophiae in Doctrinas tres: De Numinis,  
de Natura, de Homine. Conclusio Philosophiae Pse-  
mita, ut Matria communis omnium.*

**H**istoria omnis (Rex optime) humi-  
nus incedit, & Dux potius officio,  
quam Lucifer pertulit: Poësis autem  
in se habere Divini; quod etiam somnia vendi-  
cant. Verum jam tempus est mihi, ut evigilem,  
& me humo attollam, *Philosophia & Scientia-*  
*rum liquidum æthera secans.*


*Scientia* aquarum similis est. Aquarum aliae  
descendent cœlitus, aliae emanant e terra. Et  
iam *Scientiarum* primaria partitio sumenda est  
ex fontibus suis. Horum alii in alto siti sunt, a-  
lii hinc infra. Omnis enim *Scientia* dupliceam for-  
titur

L I B R E R III 179  
titur informationem. Una inspiratur divinitus,  
altera ostitur à sensu. Nam quantum ad illam,  
quæ *Doscens* infundatur, *Scientiam*; Cumula-  
tiva ea est, non Originalis: sicut enim sit in a-  
quis, quæ preter fontes primarios, ex aliis rivi-  
lis, in le receptis, augeuntur. Partiemur igitur  
*Scientiam*, in *Theologiam & Philosophiam. Theo-*  
*logiam* hic intelligimus *Inspiratam* five *Sacram*,  
non *Naturalem*; de qua paulo post dicimus.  
At illam (*Inspiratam* nimirum) ad ultimi-  
um locum reservabimus, ut cum ea sermo-  
nes nostros elaudamus; cum sit portus, &  
Sabbatum humanarum contemplationum o-  
mnium.

*Philosophia* autem Objectum triplex, *Dentes*,  
*Natura*,  *Homo*: Et triplex istud *Radiis Re-*  
*rum*. *Natura* enim percutit intellectum *Radius*  
*directus*; *Dens* autem, propter medium iniqua-  
le (*Creaturas* scilicet) *Radius refractus*, *Homo ve-*  
*to*, sibi monstratus & exhibitus, *Radius reflexus*.  
Convenit igitur patris *Philosophiam* in *Doctrina-*  
*nates*; *Doctrinam de Numinis*, *Doctrinam de*  
*Natura*, *Doctrinam de Homine*. Quoniam autem  
Partitiones *Scientiarum* non sunt lineis di-  
versis famulis, que colunt ad unum angulum; sed  
potius ramis arborum, qui conjugantur in  
uno trunco, (qui etiam truncas ad spatium non  
nullum integrer est & continens, antequam se  
partiant in ramos;) idcirco postular res, ut  
prius quam portio partitionis membris persequan-  
tur, constituta unus *Scientia Universalis*, que  
sit Mater tali quarum, & habeatur in propria

I 4

Doctr.



Doctrinarum, tanquam portio viae communis, anequam viae separent, & disjungant. Hanc Scientiam, Philosophie prima, sive etiam Sapientia (que olim Serum Dicuarum atque Humanarum Scientia definiebatur) nomine insignimus. Hunc autem Scientia nulla alia opponitur; cum ab aliis Scientiis, potius limitibus, iuxta quos continetur, quam rebus & subiecto differat, fastigia felicit rerum tantummodo tractans. Hanc ipsam utrum inter Desiderata respondere oporteat, hestis; sed arbitror tamen pointe debere. Evidenter invenio farraginem quandam, & mafiam inconditam Doctrine, ex Theologia Naturali, ex Logice, ex partibus quibusdam Physica, veluti de Principiis, & de Anima, compositam, & congeitam, & sublimitate quadam sermonis. Hominum qui se ipsis admirari amant, tanquam in Vertice Scientiarum collocatum. Nos vero, mislo fau, id tanum volumus, ut designetur aliqua Scientia, que sit Receptaculum Axiomatum, que particularium Scientiarum non sine propria, sed pluribus earum in commune competant.

Plurima autem id genus Axiomata esse nemo ambigat. Exempli gratia, *Si in aequalibus aequalia addas, omnia erunt aequalia*: Regula est ex Mathematicis; Eadem & in Ethicis obtiner, quatenus ad Iustitiam Distributivam. Siquidem in Iustitia Commutativa, ut Paria Imparibus tribuantur, Ratio Aequitatis postulat: at in Distributiva, nisi Imparia Imparibus præstentur, iniquitas fuerit maxima. Quia in eodem ter-

tio

L I B R I I I . 181  
tio convenient, & inter se convenient: Regula est idem ex Mathematicis; Verum siut tam poterit in Logice, ut Syllogismi sit Fundamentum. *Natura se potissimum prodit in minimis*: Regula est in Physicis, tam valida, ut etiam Democritus Atomas produxerit; Verutamen eam recte adhibuit Aristoteles in Politicis, qui Contemplationem Reip. orditum a familia. *Omnis mutantur, nil interit*: Regula itidem in Physicis; hoc modo prolat. *Quantum Nature, nec minime, nec augetur*: Eadem competit Theologia Naturali, sic variata; *Omnipotens sunt opera*: Aliquid ex nihilo facere, & aliiquid in nihilum redire: Quod etiam Scriptura testatur, Didic, quod omnia opera, que fecit Deus, perseverent in perpetuum, non persumus eis quicquam addere, nec auferre. Interitus re accedit per reductionem ejus ad principia: Regula est in Physicis; Eadem valet in Politicis, (ut recte notavit Machiavellus) cum illa, qua interitum Rerum, maxime prohibent, nihil aliud fore sint, quam reformatio earum, & reducito ad antiquos mores. *Putredo serpens, magis contagiosa est, quam matura*; Regula est in Physicis, eadem insignis etiam in Moribus; cum Homines profligatissimi, & maxime facinorosi, minus corrupcione inferant publicis Moribus, quam qui aliquid videbant habere sanitatis & virtutis, & ex parte tantum mali sunt. *Quod censoriuum est forma majoris, id utilitatem potestin*: Regula est in Physicis. Etenim, ut non abscedatur ipse rerum nexus, nec

I 5

dicitur



182 De Augm. Scient.  
detur [ut loquuntur] vacuum, facit ad conservandam fabricam Universi. Ut vero gravia congregentur ad massam terrae, facit ad conservandam tantum regionem denitorum. Itaque prior motus posteriorum domat. Eadem tenet in Politice. Nam quae faciunt ad conservandam ipsum Politiam in sua Natura, validiora sunt, quam quae ad Bene esse Particularium in Republica, membrorum conductunt. Similiter eadem locum habet in Theologia. Etiamen in Theologicis virtutibus, Charitas, que est virtus maxime communicativa, prae reliquis omnibus eminet. Angustus via agentis per Antiperistasis Centrari: Regula est in Physicis. Eadem mitra praefiat in Politice; cum omnis fatio, ex contraria ingruente, vehementer irritetur. Tonus discors in concordem acutus definet. Concentrum commendat: Regula est Musica. Eadem in Ethica & Affectibus obtinet. Trippus illi Musici, a clausula aut cadentia, (quam vocant) cum jamjam adesse videatur, placide claudens; convenient cum Tropo Rhetorico Expectationem claudendi. Fidum sonus tremulus, eandem affect auribus voipratent, quam Lumen, Aures aut Gemmarum infilans, Oculis; — Splendet tremulo sub lumine Pontis.

Organum Soni cum Organis Reflexionum convenient.

Hoc in Perspectiva locum habet; Oculus enim simili speculo, sive aquis. Et in Acustica, Instrumentum enim auditus obici intra cavernam simile. Hac pauca enumerasse sufficit ad exempla.

LIBER III. 183  
exempla. Quinimo Magia Perfarum (qua in tantum est celebrata) in eo potissimum versabatur, ut architecturas & fabricas, rerum naturalium, & civilium, symbolizantes notaret. Neque haec omnia, que diximus, & alla hujus generis, similitudines mere sunt, (quales hominibus fortasse parum perspicacibus videri possint) sed plane una eademque naturae vestigia aut signacula, diversis materialiis & subjectis impletia. Atque hae res adhuc fedulo tractata non est. Invenias fortasse in scriptis, que ab ingenis celstioribus promissa sunt, hujusmodi Axiomata raro & sparsim inserta, ex usi Argumenti quod tractare: Corpus vero aliquod talium Axiomatum, que vim habeant quandam primativam & summariam ad Scientias, necno composuit, cum tamen sit res ejusmodi, que insigniter Naturam unam faciat, quod Philosophia prima minus esse autemant.

Est & alia hujus Philosophia prima pars, qua si ad vocabula recipies, veteris est; si ad rem, quam designamus, noua. Est autem Inquisitio de Conditionibus adventivis Entium, (quas Transcendentes dicere possimus) Pausa, Malleus, Simili, Diverso, Possibili, Impossibili; etiam Existe, & Non Existe, atque ejusmodi. Quandoquidem enim ista sub Physica propria non cadant, Dissertatio autem Dialectica ea, circa magis ad argumentandi rationes, quam ad rerum existentiam fit accommodata conscientium omnino est, ut haec Contemplatio (in qua non parum est dignitatis & utilitatis) hand

16 def.



defeatatur proslis, sed in scientiarum partitionibus, nonnullum saltem inveniat locum: Venit autem hoc intelligimus fieri debere, longe alio, quam quo tractari solet, modo. Exempli gratia: Nemo qui de *Atalos & Paucis* verba fecit, hoc egit, ut causa reddatur, eur alia in Natura, tam numerofa & ampla sint, & esse possint, alia tam rara & modica: Non certe. Fieri non potest, in Resum Naturae, tanta sit copia aut, quanta ferri; tanta rosf, quanta graminis; tanta specificati, quanta non specificati. Similiter, Nemo, qui de *Semili & Diverso* disseruit, satis explicavit, cur quasi perpetua inter species diversas, interponantur *Participia* quadiam, que sunt speciei ambiguæ, velut nucleus inter putredinem & plantam; pisces qui huius & loco non moventur, inter plantam & animal; forices, & mures, & alia nonnulla, inter animalia ex putredine & ex femine prognata; vespertilioes inter aves & quadrupedes pisces volantes (qui jam mortifi sunt) inter aves & pisces; phoca inter pisces & quadrupedes; & alia huiusmodi. Neque rursus causam indagavia quispiam, cur cum *familia similibus gaudet*, terram ferrum non trahat, quod magnes facit; neque aurum ipsum aurum, licet argentum vivum alliciat. Circa huc, & similis, in Disceptatione de *Transendentibus* illis, alium est silentium: Orationis enim apices, non terum subtilitates, fecuti sunt homines. Quomobrem horum *Transendentium* & *Conditionum* *Entium* adventitiarum inquisitio-

nem

nem veraam, & solidam, secundum naturam, non sermonis leges, *Philosophiam Primam* recipere volumus. Atque de *Philosophia prima* (ive de *Sophia*) quam inter *Diderata* haud immixtio retulimus, hec dicta sunt.

## CAP. II.

*De Theologia Naturali: & Doctrina de Angelis & Spiritibus; que etiam est Appendix.*

**C**ollocata igitur sua in fide *Communi Scientiarum Parente*, instar *Berecyntiae* tanta gaudientis ecclæsia sobole;

*Omnis Cœlestes, omnes Superæ alia tenentes;*

revertantur ad partitionem illam trium *Philosophiarum*, *Divina*, *Naturalis*, & *Humanae*. Nam *Theologia Naturalis*, *Philosophia etiam Divina recte appellatur. Definitur autem hec, ut sit talis *Scientia*, seu potius *Scientia scintilla*, qualis de Deo haberi potest, per lumen Natura, & Contemplationem Rerum creatarum: & ratione Objecti sane *Divina*, ratione informationis, naturalis censeti potest. Hujus *Scientia* limites ita vere signantur, ut ad Atheismum confutandum, & convincendum, & ad legem naturæ informandam, se extendant; ad religionem autem adiungendam non profertur. Quamobrem nec Deus unquam edit miraculum, quo converteretur Atheus; quia poterat ipso nature Lumine ad notitiam Dei persuadit; verum miracula ad con-*

terren-



verrendos idololatras & superstitionis designata sunt, qui Numen agnoverunt, sed in Cultu ejus aberrauit; quoniam non sufficit Lumen Naturæ, Dei voluntati declarande, aut Cultui ejus legitimo prodendo. Sicut enim Opificis potentiam & peritiam ostendunt opera ejus, imaginem autem minime sic Opera Dei, Conditionis omnipotentiam & Sapientiam ostendunt, Imaginem ejus haudquaquam depingunt. Atque hoc in re, Ethniciorum opinio a sacra veritate recidit. Illi siquidem Mundum Imaginem Dei statuebant, Hominem mundi. At Sacre Literæ hanc tali honore Mundum dignantur, ut Dei uipiam Imago dicatur, sed solummodo Opus Manuum ejus; Hominem vero Imaginem Dei immediate substituunt. Quocirca, quod sit Deus, quod retum habendas traher, quod summe Potens, quod Sapientia & Praeferens, quod Bonus, quod Remittator, quod Vindex, quod Adorandus, etiam ex operibus ejus demonstrari, & evinci potest: & admirabilia complura secreta auributa ejus, & tanto magis circa regnum & dispensationem super universum, etiam sobrie ex iisdem elici & manifestari queunt; estque istud argumentum à nonnullis utiliter petratum. Verum ex intuitu rerum naturalium, atque humanae rationis principiis, de fidei mysticis vel ratioinari, vel etiam fraudare velimmo, aut rursus ea curiosius introspicere, & ventilare, & de modo Mysterii inquirere, hanc tutam meo iudicio fuerit. Da fides qua debet

*dei sunt.* Nam vel Ethnici, in illustri illa & divina de aurea catena fabula, hoc ipsum concedunt, quod *Iovem de Cælo ad Terras deducere nec homines potuerunt nisi Diis;* è contrario, quod *Iupiter per trahere eos potuerit à Terra ad Cælum.* Quare fructu sudaverit, qui coelestia Religionis arcana, nostræ rationi adaptare conabitur: Decebit potius, mentes nostras ad ecclesiæ veritatis Thoronum adorandum attollere. In hac igitur parte *Theologia Naturalis*, tantum absit, ut defectum aliquem obseruem, ut excusum possum reperiā; ad quem subnotandum paulum sum digressus, propter maxima incommoda & pericula, quæ ex eo tum Religioni, tum Philosophiae impendent; upopte qui & Religionem Hereticam procudis, & Philosophiam Phantasticam & Superstitionem.

Secus est, quod ad *Angelorum & Spirituum Naturam* attinet, quæ nec infirmabilis est, nec interdicta; ad quam etiam, ex affinitate, quam habet cum anima humana. Aditus magna ex parte est patefactus. Precipit certe Scriptura; *Nemo uia decipiatur in sublimitate sermonum, & religione Angelorum,* ingenerante in ea, quæ non novit. Attamen si hoc montium diligenter perpendas, duo dantaxat in eoz vetita reperies. Adorationem feliciter, qualis Deo debetur, Angelorum, & fanaticas de iis opiniones, vel ultra creature fortem eos effentes, vel ampliorem de iis cognitionem, quam quis revera adeptus sit, venditantes. Exterum lobria circa illos iuquissimo, quæ vel per-



retum corporearum scalam ad eorum naturam pernoscendam ascendet; vel in anima humana, veluti in Speculo, tam intueratur, nequitque prohibetur. Idem de Spiritibus statuendum immundus, qui à statu suo deciderunt. Conformatum cum iis, atque ulti operis eorum, illicitus est, multo magis qualiscunque cultus vel Veneratio. At contemplatio & cognitio illorum naturae, potestatis, illusionum, non solum ex locis Scripturarum Sacrae, sed ex ratione, aut experientia, haud postrema pars est sapientiae spiritualis. Sic certe Apostolus, Strategematum ejus non ignorari sumus. Ac nos minus Daemonum Naturam investigare in Theologia Naturali conceditur, quam Venerorum in Physica, aut Pitorum in Ethica. Hanc autem Scientiam partem de Angelis & Daemonibus, inter Desiderata numerare non licet, quippe que ab hanc partis sit tentata: Äquane esset, ut Scriptorum in hoc genere pars haud parva, aut vanitatis, aut superstitionis, aut futilitatis inutilis, arquantur.

## C A P. III.

*Partitis* Naturalis Philosophiae in Speculariam & Operativam: quædque illæ dux, & in intentione Tractantis, & in Corpore Tractante segregari debent.

Missa igitur Theologia Naturalis (cui inquisitionem de Spiritibus, ut appendicem attribuimus) accedamus ad secundam partem, vide. Ecce illam de *Natura*, sive Philosophiam Naturalem,

ratem. Optime Democritus, Scientiam de *Natura*, in profundis Mineris, juxta Putem latere demersam. Non male Chymici: Vulcanum alterum Naturam esse, quatenus id celeriter perficere, quod Natura per ambages, & temporis mores soleat. Quidni igitur Philosophiam in duas partes fecerunt, Fatinam & Fornacem; Sc duo constitutus Philosophorum Mineris, Operarios in Mineris, & Fabros? Sane utcumque videamus haec per lusum loqui; tamen hujus generis partitionem utilissimam esse censemus, cum proponatur vocabulis familiaribus & scholasticis; hoc est, ut dividatur *Doctrina de Natura*, in inquisitionem causarum, & producctionem effectuum; Specularium & Operativum. Altera Naturæ viscera perferuntur, altera Naturam veluti super incudem efformant. Neque me fugit quam arcte copulentur vinculo, Causa & effectus, ut explicacionem eorum aliquatenus conjungi fit necesse. Attamen quandoquidem omnis solidæ & fructuosa Naturalis Philosophia, duplum adhibeat scalam, eamque diversam; Aconsentiam & Defensionam; Ab Experimentis ad Axiomata, & ab Axiomatibus ad novas inventas, consultissimum iudicio, ut haec duæ Partes, Specularia & Operativa, & in intentione Tractantis, & in corpore Tractatus, separentur.

## C A P. IV.

*Partitis* doctrina Specularia de *Natura*, in Physicam Specialem, & Metaphysicam: quarum Physica Causa.



Causam Efficientem & Materiam ; Metaphysica Causam Realem & Formam inquirit. *Partitio Physicæ* in doctrinas de Principiis rerum, & de fabricâ rerum, sive de mundo, & de varietate rerum. *Partitio Physicæ* de varietate rerum, in doctrinam de Concreta, & doctrinam de Abstracta. *Partitio doctrinae de Concreta*, reficiens ad easdem partitiones, quae sequuntur libitorum naturalis. *Partitio doctrinae de Abstracta*, doctrinam de Schemaatis Materiae, & doctrinam de Modib. *Appendix* duæ Physicæ Speculativæ, Problematæ naturalia, Placita antiquorum Philosophorum. *Partitio Metaphysicæ*, in doctrinam de Formis, & doctrinam de Causis Naturalibus.

**N**aturalis Philosophia partem, quæ Speculativa est, & Theoretica, in Physicam Speciem, & Metaphysicam dividere placet. Atque in hac partitione attendant homines, nos vocabulum *Metaphysica* usurpare, sensu à recepto & vulgato discrepanti. Hic autem locus additionem videtur, de nostro, in genere, circa usum vocabulorum, instituto. Id hujusmodi est, ut tam in præmisso vocabulo *Metaphysica*, quam in aliis, ubi conceptus & notiones nostræ novæ sunt, & à receptis recedunt, maxima certe cum Religione antiqua vocabula retineamus. Cum enim futurum speremus, ut orto ipse, & difida curum explicatio, quam subiungere conatur, nos à prava vocabulorum (quibus unum) intelligentiam libent; in cetera omnino avemus (quagenus siue veritatis ac scientiarum dispensio fieri possit) vel minimum ab antiquorum aut opinionibus

bis aut loquendi more defletere. Quia in re Aristotelis confidentiam proinde habuit mirari; qui impetu quodam percitus contradictionis, & bellum universæ Antiquitati indicens, non solum nova artium vocabula pro libitu eudenti licentiam usurparit, sed etiam prilicem omnem sapientiam extinguere & detere amissus est. Adeo ut neque nominet ipsam auctoribus antiquos, neque dogmatum eorum mentionem ullam faciat, nisi que aut homines pertingeter, aut placita redargueret. Sane si famam nomini suo, ac sequecum turbam affectaverit, hoc rationibus suis in primis accommodatum. Siquidem in veritate Philosophica astenda, & recipienda, idem contingit, quod in veritate divina, *Veni in nomine Patris*, nec recipisti me, si quis venerit in nomine tuo, *enam recipies*. Sed ex hoc celesti Aphotonimo, si, quem præcipue designaverit, spectemus; (nempe Antichistum omnium seculorum Impostorem maximum) colligere licet, istud ipsum, *Venire in nomine suo*, nulla Antiquitas, aut (si ita loqui licet) Paternitatis habita ratione, rem mali omnis esse ad veritatem; utcumque eam falso numero constitut illa fortuna, *Enam recipies*. Ceterum de vita tam eximio certe, & ob acumen ingenii mirabilis, Aristotele, credidimus facile, hanc ambitionem eum à discipulo suo accepisse, quem fortasse amatus est; ut sic uile omnes nationes, hic omnes opiniones subigeret, & Monarchiam quendam in contemplationibus sibi condiceret.

Quan-



Quoniam fieri possit, ut apud aliquos tertios,  
& lingue scibz, sumili cum discipulo  
fuo titulo insigniretur.

*Felix terrarum prado, non usile mundo*

*Eduus exemplum: —*

Eodem modo,

*Felix doctrinae prado, &c.*

Nobis vero ex altera parte (quibus, quantum  
calamo valimus, inter vetera & nova in literis  
fidei & commercium contrahere, cordi est)  
decretum manet, Antiquitatem comitari usque  
ad aras; atque vocabula antiqua retinere,  
quoniam sensum eorum & definitiones sa-  
pius immememus; secundum modernatum illum  
& laudatum, in Civilibus, novandum modum,  
quo rerum statu novato, verborum tamen fo-  
lenia darent; quod notat Tacitus; *Eadem  
magistratum vocabula.*

Redecamus igitur ad acceptiōnē vocabuli  
*Metaphysica*, nostro sensu. Paret ex iis, quae  
sepa disserimus, disjungere nos *Philosophiam*  
primam à *Metaphysica*, que hactenus pro re  
eadem habuit sunt. Illam Communem Scien-  
tiarum parentem, hanc *Naturalis Philosophia*  
portionem poluisseus. Atqui *Philosophia* prima  
communia & promiscua Scientiarum Axiomata  
affligavimus. Etiam *Relativas*; & *Ad-  
ventitiae Entium Conditiones*, [quas *Trans-  
fendentes nominavimus*] *Multum*, *Paucum*;  
*Iam*, *Diversum*; *Possibile*, *Impossibile*; &  
hoc genus reliqua, eidem attribuimus; id  
solummodo cavendo, ut *Physice*, non *Logica*-  
tua.

tractentur. At inquisitionem de *Deo*, *Vno*, *Ba-  
no*, *Angelo*, *Spiritu*, ad *Theologiam Natu-  
ralem* reculimus. Merito igitur quasi possit,  
quid tandem sit, quod *Metaphysica* relinquatur? Certe ultra Naturam nihil, sed ipsius Na-  
ture pars multo prestantissima. Atque profe-  
ctio, citta veritatis dispendium, hucusque de  
veterum sententia respondere licet, *Physicam*  
ea tractare, que pensus in Materia mortali sunt,  
& Mobilia; *Metaphysicam* Abstracta magis, &  
Constantia. Rursus *Physicam* in Natura sup-  
ponere existentiam tantum, & motum, & na-  
turalēm necessitatem: At *Metaphysicam* etiam  
mentem & Ideam. Nam hoc forte reddit ea,  
quam dicimus, res. Verum nos eam, misla  
sermonis sublimitate, perspicue & familiariter  
proponemus. Partiti sumus *Naturalēm Philo-  
sophiam*, in *causarum inquisitionem*, & produc-  
tionem efficiuntur. *Inquisitionem Causarum in  
Theoricam* concreximus. Eam in *Physicam* &  
*Metaphysicam* partiti sumus. Ergo necesse est,  
ut vera differentia harum sumatur ex natura  
causarum, quas inquirit. Itaque absque aliqua  
obscuritate, aut circuitione *Physica* est,  
que inquit de Efficiente & Materiā; *Metaphy-  
sica*, que de *Forma* & *Fine*.

*Physica* igitur *Causarum* vaga, & incerta,  
& pro modo subjecti, mobilia complectuntur;  
*causarum* constantiam non assequitur.

*Litteris ut hic duxerit, & hoc ut era li-  
quescit,*

*Vno eodem quo igne. —*

*Ignis*



*Ignis* datur ea causa, sed in lino; *Ignis* colligatur causam *causa*, sed in cera. Particulum autem *Physicam* in doctrinatis tres. *Natura* enim aut *Collecta* in unius; aut *fusa* & *sparsa* est. Colligitur vero in unum *Natura*, aut propter communia rerum omnium principia; aut propter unicam integralem universitatem fabricam. Itaque hinc *Vnde Natura* duas pependit *Physicas* partes: unam de *principiis rerum*, alteram de *fabrica* *Variorum*, five de mundo, quas etiam *Doctrinas de summis* appellare consuevimus. Tertia doctrina (que de *Natura* *fusarum* & *sparsarum* tractat) omnimodam rerum varietatem, & summas minores exhibet. Ex his igitur patet, tres omnino repertii doctrinas *Physicas*. De *Principiis Rerum*; De *Mundo* five de *Fabrika Rerum*; & de *Natura multiplicitate* five *fusarum*; quae postrema (ut diximus) omnimodam rerum varietatem continet; et quo veluti gloria prima, aut Paraphras circa Naturae interpretationem. Hanc trium partium desideratur totaliter nullia; Ceterum quam vere & solide tractentur, non est hic definiti locus.

At *Physicam sparsam* five de *varietate rerum*, rursum in duas partes dividimus; *Physicam de Concretis*, & *Physicam de Naturis*. Altera (ut Logice vocabulis utamur) inquirit de substantiis, cum omni varietate suorum accidentium: Altera de accidentibus, per omninem varietatem substantiarum. Veluti, si inquiratur de leone, aut queru, illa compluta diversa accidentia sufficiunt: *Contra*, si inquiratur

tur de calore, aut gravitate, illa platinis distinctis substantiis insunt. Cum vero omnis *Physica*, sua sit in medio, inter *Historiam Naturalem* & *Metaphysicam*, Prior pars (sic recte advertas) *Historia Naturali* proprior est, posterior *Metaphysica*. *Physica* autem *Concreta* candem subiit divisionem, quam *Historia Naturalis*: ut sit vel circa *Celestia*; vel circa *Meteoris*; vel circa *Globum terra & Maris*; vel circa *Colligia majora*, quae Elementa vocant; vel circa *Colligia minoria*, five *Species*; etiam circa *Prætergenerationes*; & circa *Mechanica*. Etenim in his omnibus, *Historia Naturalis* factum ipsum perscrutatur & refert; at *Physica* itidem Causas; sed intellige hoc de *Caecis fluxis*, *materia* *scilicet* & *Efficiente*. Inter haec *Physica* portiones, manca protinus & imperfecta est ea, quae inquit de *Celestibus*, cum tamen propter nobilitatem subjecti præcipue hominibus curae esse deberet. Etenim *Astrologia* fundata est in *Phænomenis* non male, sed humili est, & minime etiam solidia: At *Astrologia* in plurimis etiam fundamento caret. Certe *Astrologia* talis offert humano intellectui viacionem, quemadmodum Prometheus olim, cum fraudem Jovi fecit: Adduxit ille, loco bovis veri, pellem bovis, grandis & pulchri, stramine, & foliis, & vintimibus suffacetinatam. Exhibet similiter & *Astrologia*, exteriora *Celestium* (*Astrorum* dicimus numerum, situum, motus, periodos) tanquam pellem Coeli, pulchram, & in Systemata affabre concinnatam: At viscera defunt

{rati-



(rationes nempe *Physica*) ex quibus (*Hypothesibus Astronomicis adiunctis*) eratur Theoria, non que Phænomenis tantum satisfaciat, (cajus genetis completes ingeniose configit posse, ) sed que substantiam, & motum, & influxum Cœlestium, prout revera sunt, propoñat. Explosa enim lete jam pridem sunt illæ; *Raptus primi mobilis*, & *Soliditas Cœli* (stellis in Orbibus suis tanguam clavis in laquearibus infixis.) Nec multo melius afferitur; *Quod sunt diversi Poli Zodiaci & Mundii*; *Quod sunt Secundum Mobile Rementia in adversum primi mobilis raptus*; *Quod omnia in Cœlo continentur per Circulos perfectos*; *Quod sunt Ecliptici, & Epicycli, quibus motuum in Circulis perfectis Conflantia se ferunt*; *Quod à Luna in superiori nulla sit Motatio, aut Violentia*; Et huiusmodi. Atque harum suppositionum absurditas, in motu terra daturum (quod nobis constat falsissimum esse) homines impedit. At vix quisquam est, qui inquisivit causas *Physicas*, tum de *Substantia Cœlestium tam Stellarum*, quam interstellarium, tum de *Celeritate & Tarditate Corporum Cœlestium* ad invicem, tum de *Inicitatione Motu diversa* in eodem Planeta, tum de *Motuum Confectione ab Oriente in Occidentem, aut è contra, deque Progressibus, Stationibus, & Retrogradationibus*, tum de *Motuum Sublatione, & Cœsi, per Apogea & Perigea*, tum de *Motuum Obligatione*, vel per spiras se versus Tropicostexendo & retraxendo, vel per sinuaciones, quas Dracones vocant,

197  
cant, tum de *Polis Rationum*, cur magis in tali parte cœli sit sint, quam in alia; tum de *Alligatione querundam Planistarum* ad Distantiam certam à Sole: Hujus inquam, generis inquisitione vix tentata est, sed in *Mathematicis* tantum *Observationibus & Demonstrationibus* insudatur. Ea autem ostendunt, quomodo haec omnia ingeniose concinnari & extricari possint, non quomodo vere in Natura subsisterere. Et motus tantum apparentes, & machinam ipsorum fictitiam, & ad placitum dispositam, non causas ipsas, & veritatem rerum indicant. Quocirca male *Astronomia*, qualis nunc habetur, inter *Artes Mathematicas*, non sine dignitatis sua dispendio, numeratus; cum debet porius, si proprias partes tucri velit, constitui *Physica* pars quasi nobilissima. Quicunque enim *Superiorismus & Sublunarum conficta divisa* contempserit, & *Materia appetitus & Passione* maxime *Catholica*, (que in utroque globo valida sunt, & universitatem rerum transverbarent) bene perspexit; si ex illis, que apud nos cernuntur, luculentam capiet de *Rebus Cœlestibus* informationem, & ab iis è contra que in Cœlo sunt, haud paucia de *Motoribus Inferioribus*, qui nunc latent, perdisset; non tantum quatenus hi ab illis regantur, sed quatenus habeant passiones communies. Quamobrem hanc partem *Astronomia*, que *Physica* est, desiderari statuimus. Eam *Astronomiam vivam* nominabimus, ad differentiam bovis illius Promethei,



sufficiunt, & columnando figura tenuis bovis.

At Astrologia multa superstitione refusa est, ut vix aliquid suum in ea reperiatur. Attamen eam potius expurgandum, quam profus abjeciendam esse conendum. Quod si quis hanc scientiam, non in ratione, aut Contemplationibus Physicis, sed in exco experientia, & compunctionibus feculorum observatione, fundata esse contendat, ideoque Ratiocinum Physicorum examen rejicit, quod iactabant Chaldei: is eadem opera & Auguria revocet, & Atropacnam, & exta, & omnia genas fabulas deglutiit: Nam & haec omnia, ut diutina experientia, & per manus tradite discipline, dictamina fuisse assercantur. Nos vero, & ut *Physica* portionem Astrologiam recipimus, & non plus ei quam ratio & rerum evidencia concedit, tribamus; deinceps superstitionibus & commentis. Ut vero rem paulo atentius intrapiciamus; Primo, quam inane illud commentum: Quod siugulis Planeta viximus per horas regnent, ut spatio viginti quatuor horarum, regna sua tet repetant, prater horas tres supernumerarias? Attamen hoc commentum nobis divisionem hebdomadis (ten tam antiquam, & tam late recepiam) peperit, ut ex alternatione dierum manifestissime patet: cum in principio dieris sequentis, regnet semper Planeta, à Planeta priore diei quattuor; propter tres illas horas, quas diximus supernumerarias. Secundo, pro commento raro rejicere non dubitamus, doctrinam de thematibus cœli, ad puncta temporis certa,

certa, cum distributione domorum; ipsas scilicet Astrologia delicias; quae Bacchanalia quædam in Cœlestibus exercerentur: Nec fatis mirari possumus, viros quoq[ue]dam egregios, & in Astrologia Principes, tam levi ad illa adfruenda argumento innixos esse. Ajunt enim, quando illud prodit experientia ipsa, *Solsticia*, *Aquinoctia*, *Novembria*, *Plenilunia*, & hujusmodi stellarum *Revolutiones maiores*, manifesto & insigniter operari super corpora naturalia; necesse esse, ut *positura stellarum magis exacta* & *subtilioris*, effectus quoque magis exquisitos & occultiores producent. Illi vero seponere primo debuerant, *operationes solis per calorem manifestum*; & similiter *Luna vixim quandam Magneticam*, super incrementa etiæ suum seminimistrus; (nam fluxus & refluxus maris quotidianus alia res est;) his vero sepositis, reliquias *Planetarym vires super Naturalia* (quæcumque experientia comprobantur) tenues animodium, & infirmas, & quasi latentes repenter, etiam in *Revolutionibus majoribus*. Quæc contra ita protius modo concludere debuerant, nimis irit; cum *revolutiones illa majorib[us]* restare patum possint; exactas illas & minutas *positurarum differentias* nihil omnino virium obtinere. Tertio fatalia illa, quod hora nativitatis aut conceptionis fortunam fatus regat, hora inceptionis fortunam incepiti, hora questionis fortunam rei inquisitæ, aequæ (ut verbo dicamus) *doctrinæ de nativitatibus, electionibus, & questionibus*, istiusmodi le-

K 2 vita-



vitatis, maxima ex parte, nihil certi aut solidi habere, & rationibus physicis plane redargui & evinci, judicamus. Illud igitur magis exacte dicere, quid tandem in Astrologia restringamus, aut probemus? Atque in iis, quæ probamus, quid desideremus? Nam hujus potestim rei gratia (nempe ejus quod desideratur) sermone hunc instituimus, cum alias censuris (ut si p. diximus) non vacemus. Atque inter recepta certe, doctrinam de revolutionibus, plus fuitatis, quam reliqua, habere censemus. Verum id optimum factu foret, si Regulas qualium praecirrbanus, ad quarum trutnam & normam Astrologiam examinerint; ut utilia retineantur, rejeciantur inania. Prima ea sit, de qua jam ante monimus, Revolutiones majores retineantur, vulcane minores horae-soporum & domorum. Ille infat tormentorum grandiorum, illus suos à longo quo jaceret queunt, hoc tanquam arcus minores spatii evadere & vites de ferre non possunt. Secunda est, Operatio celestium in corpora eminente non valeat, sed tantum in tenuiora, qualia sunt humores, aer, & spiritus: Atque hic tamen excipimus operationes caloris, solis & cœlestium, qui & ad metalla, & ad plurima subterranea proculdubio penetrat. Tertia est: Omnis operatio celestium, potius ad massas rerum extenditur, quam ad individua: Oblique tamen pervenit etiam ad individua nonnulla: Illa scilicet, quæ ex individuis ejusdem speciei sunt maxime possibilia, & tanquam cera mollior, veluti cum constitutio-

gēris

aëris pestilens, corpora minus resistentia occupat, magis resistentia præterit. Quarta est præcedent non dissimilis: Omnis operatio celestium, non in puncta temporum, aut angustias minutas, sed in fluctu majora definit & dominatur: Itaque predictiones de temperatibus anni, veræ esse possunt; de diebus singulis, pro variis merito habentur. Postrema est, (quæ etiam prudenteribus Astrologis semper placuit) quod nulla nisi Astris fatalis necessitas; sed quod inclinatio est potius, quam cogitatio. Addimus & illud, (in quo in partes Astrologia, si fine erit emendata, non obscure vestire videbitur) niminum quod nobis pro certò constet, cœlestia in se habere alios quoddam influxus, præter Calorem & Lumen. Qui tamen ipsi, secundum regulas illas, quas jam posuimus, non aliter, valent. Verum illi in intima *flexia* latent, & longiorem distinctionem postulant. Vtum est igitur nobis (his, quæ diximus, rite perpen-  
dis) inter Desiderata reponete Astrologiam his principiis nostris consentaneam; Atque sicut Astronomiam, quæ physicas rationibus nitatur, Astronomiam *Vivam* nominavimus; ita & Astrologiam, quæ per eisdem regitur, Astrologiam *Sanam* appellare plaeat. Circa quam recte conscientiam, licet ea quæ diximus non parum profutura sint; pauca tamen addemus, more nostro, quæ liquido proponent, & ex quibus sit coagulanda, & ad quæ adhibenda. Primo in Astrologiam Sanam recipiuntur doctrina de commixtionibus radicum, con-

K 3

junctione



junctionibus scilicet & oppositionibus, & reliquis Syzygis, sive Aspectibus Planetarum inter se: *Planistarum* autem per *Signa Zodiaci* *Pertransitum*, & *Locationem* sub *isdem Signis*, etiam huius partis, de commixtionibus radiorum, affligamus: *Locatio enim planetarum sub signo*, est *conuentio quaedam ejusdem cum stellis signi*: *Quinam* sicut *conjunctiones, latae & oppositiones*, & reliqui *Syzygiæ Planetarum*, et*gæ* *stellæ figuræ* notandæ sunt; quod adhuc plene factum non est. At commixtiones radiorum fixarum ad invicem, utrumquidem sunt ad contemplationem de fabricâ mundi, & regionum subjacentium Natura; ad predictiones minime, quia semper eodem modo se habent. Secundo recipiantur *Accessiones singularium Planistarum proprias ad Perpendiculum*, aut *Recessiones ab ipso*, secundum Regionum climata: Habet enim Planetz singuli, non minus quam Sol, suas *estates, hyemes, in quibus fortius aut infirmius radios jacent, propter rationem perpendiculari*. Etenim nobis dubium non est, quia Luna posita in Leone, fortius operetur super corpora naturalia, apud nos; quam posita in piscibus: Non quod luna sub leone ad eos recipiat, sub piscibus ad pedes (sicut fabulanter); sed propter elevationem versus perpendiculum, & approximationem ad stellas majores, eadem profici ratio ne, qua & Sol. Tertio recipiantur *Apogea & Perigaea Planistarum*, cum debita disquisitione, ad quæ pertinet *Planeta vigor in se ipso*,

203  
ipso, ad quæ *Vicinitas* ad nos. Planeta enim in Apogeo, sive exaltatione sua, magis alacet est; in Perigo autem, sive calo suo, magis communica. Quarto recipiantur (ut summum dicamus) omnia reliqua *Accidentia motus Planetarum*, quales singulorum in itinere suo accelerationes, retardationes, progressus, statu nes, retrogradationes; quales distantie à Sole, combustiones, augmenta & diminutiones luminis, eclipses, &c si que sint alia. Etenim facient hæc omnia, ut *Planetarum radii, vel debili bus, diversi denique modis & virtutibus, oportent*. Atque quatuor ista ad *Radiationes Stellarum* spectant. Quinto recipiantur, quæ Naturæ stellarum, sive erraticarum, sive fixarum, in proprio sui *Ecclesia, & activitate, reseitate & detegente illo modo queant: quæ magnitudo, quæ color & affectus: quæ semillatio & vibratio luminis: quæ situs versus polos, aut *Æquinoctium* *Quæ Asterismi: quæ alijs stellæ magis immutari, quæ magis solitaria: quæ superiores, quæ inferiores, quæ ex filiis inta viuis sole & Planistarum, (Zodiacum scilicet) quæ extra: quis ex Planetis veludior, quis tardior: quis moveatur in *Ecliptica, quis peragetur in latitudine: quis possit esse retrogradus, quis minimus: quis patiatur omnimeam diffinitionem à Sole, quis alligerat: quis moveatur celerius in Apogeo, quis in Perigio: Denique *Anomalia Martis, expatriatio Venetiæ, & Labores sive Passiones ad mirandas, quæ non sensi & in Veneri depre****



hensae sunt: & si quæ sint alia? Postremo recipiantur etiam ex traditione, natura & inclinationes Planetarum particulates; atque etiam stellarum fixarum; quæ, quandoquidem magno consensu tradantur, non leviter (præterquam ubi cum Physicis variis plane discordant) rejiciende sunt. Atque ex talibus observationibus cogenerantur Astralgia sana; & secundum eas tantum, schemata cœli & compонere & interpretari oportet.

Adueretur autem Astralgia sana, ad electiones fiduciarum, ad electiones cautius, ad utramque autem intra terminos debitos. Prædictio-nes fieri possunt, de Comete futuris, qui (ut nostra ferae conjectura) prænunciarci possunt: & de omni genere Meteororum, de diluviorum, siccitatibus, ardoribus, conglaciationibus, terra motibus, irruptionibus aquarum, erupcionibus ignis, ventis & pluvias majoribus, annis variis tempestibus, pestilentiis, mortis graffientibus, nubortis & caricate fragis, bellis, seditionibus, scatulis, transmigrationibus popularum, denique de omnibus rerum vel naturalium vel civilium motibus, aut innovationibus majoribus: Ad magis autem specialem, & forte singularia, predicationes istæ (licet minore certitudine) deduci possunt, si repetitis primo hujusmodi temporum inclinationibus generalibus, acti iudicio vel Physico vel Politico, applicentur illi speciebus aut individuis, quæ hujusmodi accidentibus maxime sint obnoxia; veluti si quis ex præcognitione tempestatum anni, eas

recep-

reperiet (exempli gratia) magis oleis quam vitibus, magis phthiris quam hepaticis, magis incolis collum quam valuum, magis monachis quam aulicis, (propter vicissim rationem diversam) proprias aut pernicioſas. Aut si quis ex cognitione influxus, quem ecclesiæ habent super spiritus humanos, reperiatur eum tamē esse, ut magis populus quam regibus; magis viris doctis & curiosis, quam animosis & militaris; magis voluptatis, quam negotiosis aut politici, habeat aut adveretur. Hujusmodi autem innumera sunt, sed (quoniammodum diximus) non tantum cognitionem illam generalem, quæ sumitur ex astris, (quæ sunt agentia,) verum etiam particularem subiectorum (quæ sunt passiva) requiriunt. Neque electiones prout res rejiciende sunt; sed pars eius illi, quæn prædictiōnibus fiduciam. Videmus enim in plantacionibus, & seminationibus, & insitionibus, actas luna observationes; non esse res omnino frivolas. Sunt & multa ejus generis. Verum & electiones ille, etiam magis, quam Prædictiones per nostras regulas cohendere sunt. Atque illud semper attendendum; valere. Electiones in illis tantum casibus, ubi & virtus ecclesiastica talis sit, quæ non subito transeat; & actio inferiorum similiter talis, quæ non statim absolvatur; quenadmodum sit in illis exemplis, quæ memoravimus: Nam nec incrementa Lunæ subito transfiguntur, nec incrementa Plantarum. Punctualitas vero temporis omnino requiredanda. Inveniuntur autem & talia complu-

K 5

205



ta (quod quis minus patet) in electionibus circasservilia. Quod si quis nos compellat e nomine, quod ex quibus ista Astrologia emendata etiam posset, & rursus, ad que utiliter adhiberi, aliquid monstravimus; quis vero sit eliciendi modus, nequitquam docuimus: ille minus quam fuerit, cum atem ipsam (cujus debitorum non sumus) à nobis exigat. Hoc tamen circa illud ipsum, quod petit, monebamus; Quatuor tantum esse modos, quibus ad hanc scientiam via stenatur. Primo per experimenta futura; Dein per experimenta praterita; Rursum per traditiones; Ultimo per rationes Physicas. Atque quod ad experimenta futura, quid atinet dicere: cum illa secundum compluribus ad eorum copiam comparandam indigant, ut de istud cogitationem suscipere insuffra fuerit. Quod vero ad experimenta praterita; Ea certe in manu hominum sunt; licet res sit laboriosa, & multi ostii. Pollunt enim Astrologi (si sibi non defiat) omnes casus maiores, (veluti inundationes, pestilentias, peste, seditiones, mortes Regum) si placet, & familia, ex historiæ fide depromere: & sicut celestiam, non secundum thematum subtilitatem, sed juxta regulas eas revolutionum, quæ à nobis adumbratis sunt, qualis fuerit sub illidem temporibus, intueri: ut ubi manifestus fuerit eventuum consensus & conspiratio, ibi Prædictio norma probabilis confirmatur. Quantus ad Traditiones: Eas ita venitare oportet, ut quæ cum rationibus Physicis manifesto pugnat,

LITER. III. 207  
gant, è medio tollantur; que vero cum illis consentiant, etiam auctoritate sua valeant. Quantum denique ad Physicas rationes: Ille maxime huic inquisitioni accommodates sunt, quæ de catholice materia appeturibus, & passionibus, & de motibus corporum simplicibus & genitinis inquirunt. His enim aliis ad Ecclesiæ ista materiata ascenduntur tutissime. Atque de Astrologia sana hactenus.

Infans autem Astrologie (præter ea, quæ à principio notavimus, considerant) alia quedam partitio suppetet non prætermittenda: que tam ab Astrologia seculadi solet, & in Magis, quam vocant, Cœlestem translati. Ea nacta est mutum communem ingenii humani, nimil, ut benevolas aliquæ fatus Astrovorum in signis aut signaculo (puto metalli, aut gemmae alicuius ad intentionem proprie) excipiatur, que Horæ ejus felicitatem alias prætervoluntur detineant, & quasi volatiliem figurant. Quæ madidum graviter illi conqueritur, de tam nobilis apud Antiquos arte, jam pridem amissa:

*Annullus infuso non virvit mirus Olympo,  
Non magis ingentes humili sub lumine Phæbos*

*Fert Gemma, aut celo divisus cardine Lænas.*

Certe reliquias Sanctorum, eamque virtutes, recepit Ecclesia Romana, (neque enim in Divinis & Immaterialis fluxus temporis obest) remunum ut condantur cœlique Cœli, quo hora, que



recessit, & tanquam mortua est, reviviscat & continetur, metra est superfistio. Milla igitur hec faciemus, nisi forte Musæ Amiculæ jam factæ sint.

*Physicam Abstractam* in duas partes rectissime diuidi posse statuimus: *Doliniam de schematisi materia*, & *doliniam de appetitu& ex motibus*. Ita loque cursum enumerabimus, unde vera *Physica de Abstractione* adumbrationem quadam deduci possit. *Schematisi materia*, sunt, densum, rarum, grave, leve, calidum, frigidum, tangibile, pneumaticum, volatile, fixum, determinatum, fluidum, humidum, secum, pingue, crudum, durum, molle, fragile, tensile, porosum, unitum, spirituoso, sensuum, simplex, compositum, absolutum, imperfecte mixtum, florido, atque venosum, simplici positura leve aquum: similare, difundire: *Specificatum*, non *specificatum*: organicum, inorganicum: animatum, inanimatum: neque ultra rem extendimus. *Sensibili* enim, & *insensibili*: *rationale* & *irrationale*, ad *doliniam de humore* restringimus. *Appetituum* vero & *motuum* duo genera sunt: Sunt enim vel *motus simplices*, in quibus radix omnium naturalium actionum continetur, pro ratione tamca *schematisi materiae*: vel *motus compositi* sive *producti*: à quibus ultimum recepta *Philosophia* (que parum de corpore naturæ strinxit) auctoratur. Debet autem haberi hujusmodi *motus compositi* (quales sunt *genetio*,

209  
*ratio*, corruptio, & reliqui) pro pensis qui-  
buſdam, aut summi mecum simplicium, po-  
tius quam pro motibus primitivis. *Motus sim-  
plices* sunt, *motus Antipasis*, quem vulgo mo-  
tum, ne fiat penetratio dimensionum, vocant: *motus nexus*, quem motum ex fuga vacui ap-  
pellant: *Motus libertatis*, ne detur compresio  
aut extensio præternaturalis: *Motus in filia-  
ram novam*, sive ad rarefactionem & conden-  
sationem: *Motus nexus secundi*, sive ne detur  
solatio continuatissimæ: *Motus congregatiæ ma-  
joræ*, sive ad masias connaturalium suorum,  
qui vulgo dicitur *motus naturalis*: *Motus con-  
gregatiæ minoris*, qui vulgo dicitur *Sympa-  
thia* & *Antipathia*: *Motus dispersus*, sive ut  
partes bene colloccentur in toto: *Motus affini-  
tationis* sive multiplicationis Naturæ sive super  
alud: *Motus excitationis*, ubi Agens nobili-  
lius motum in alio latenter & sotipum exci-  
tat: *Motus signi impressiæ*, operatio scilicet  
absque communicatione substantiae: *Motus Regius*, sive coherbitio reliquorum motuum à  
motu predominante: *Motus abesse termino*, sive rotatio spontanea: *Motus trepidati-  
onis*; sive *Syloles* & *Diastoles*, corporum  
scilicet, quæ locantur inter commoda & in-  
commoda: Postremo *decubitus*, sive *ex-  
horrentia motus*, quæ etiam plutimatum re-  
rum est causativa. Hujusmodi sunt *Motus Simplices*, qui ex penetrabilibus Naturæ vete  
prodeunt: quicunque complicati, continuati,  
alternati, fragmata, repetuti, & multis modis

agere



510 De Auct. Scient.  
aggregati, Motus illos Compositos, sive Summas Motuum, que recipit luna, aut illis similares, constituerunt. *Summa motuum*, sunt de causa illi motus, Generatio, Corruptione, Augmentatio, Diminutio, Alteratio, & Latio: Etiam Mixtio, Separatio, Versio. Superficiant tanquam Appendices Physicae, Mensura Motuum. Quid possit Quantum, sive *Datus Naturae*? Quid possit *Dynamia*? id quod Orbis virtus sive Activitatis non male vocatur. Quid possint *inveniatur* & *tarditudo*? Quid brevis aut longiora? Quid vis aut hebetudo rei? Quid stimulat peristolas? Atque haec sunt *Physica* vera de *Alephadis* partes genuinae. Etenim, in *Schematismis* materia, in *Motibus simplicibus*, in summis sive *Aggregationibus* motuum, & in mensuris motuum, *Physica de Alephadis* absolvitur. Nam *Actum voluntarium* in *animalibus*: *Motumphantasia*, appetitus & voluntatis, *Motum mente*, *decreti*, & *Intellectualium*, ad proprias *Doctrinas* amandamus. Illud tamen iterato momentum, Universa hæc, quæ diximus, in *Physica* non ulterius tractari, quam in *Materia* & *Efficiens* ipsorum: Retractan-  
tor enim in *Metaphysica*, quoad *Formas* & *Effices*.

*Physica* subjungimus *Appendices* insignes das, que non tant ad materiam, quam ad modum inquisitionis spectant: *Problematum naturalium*, & *Placita Antiquorum Philosophorum*. Prior *Natura*, multiplicitate phar-

LIBER III. 211  
se Appendix est: Secunda *Natura unica*, sive *Summarum*: Utroque ad solitatem dubitationem pertinet, quæ Scientia pars est non contemenda. Nam *Problematum* *particularares* *dubitaciones* complectuntur: *Placita generales* circa *Principia* & *Fabricam*. *Problematum exemplum* nobilis est in libris Aristotelis: Quod genus operis meruit certe, non solum ut posterorum iudicibus celebraretur, verum etiam ut eorum laboribus continuaretur: cum *dubitaciones* indicis orientant novæ. Attamen in hac re adhibenda est cautio magni utique momenti. *Dubiorum commenoratione* & *propositio* duplēcē in se habet frustum: Unum quod *Philosophiam* innuat contra errores: quando id quod non plane liquet, non judicatur, aut alteratur, (ne error errorne gigneret) sed suspenditur de co-judicium, & non sit positivum: Alterum, quod *Dubitaciones*, in codicillis relate, totidem spongiae sunt, quæ incertem Scientie perpetuo ad se fugant, & alliciant, unde sit, ut illa, quæ, nisi precessissent *Dubitaciones*, leviter & facile pede transflilla suffulet, *Dubitacionis* admonitus attente & studiose obseruantur. Vc-  
ranus hæc utilitas vix uanum compenfant incommodum, quod, nisi sedulo prohibeatur, se ingere: Nimirum quod *Dubitatio*, si semel admittatur tanquam justa, & fiat quasi *Authentica*, statim *Defensores* in utramque partem suscitabit, qui etiam posteris eandem *Licentiam* *Dubitandi* transmittant: ideo ut homines ingenia sua intendant & applicent ad



ad hoc, ut alatur potius *Dubitatio*, quam terminetur aut solvatur. Cujus quidem rei exempla, & in *Jurisperitis*, & in *Academicis*, ubique occurunt: quibus moris est, ut *Dubitacionem* semel admissem, perpetuam esse velint, nec minus *Dubitandi*, quam *Affordandi* auctoramenta amplectantur: Cum tamen ille de manu sit ingenii usus legitimus, qui ex *Dubitis* *Cetta* faciat, non qui *Cetta* in *Dubium* vocet. Quare *Kalendarium Dubitacionum*, sive *Problematum Naturae*, & *desiderari affecto*, & *sufcipi probo*: Modo carpe *in*, ut aucta *Scientia* in dies (quod sic procul dubio si nos audiant homines) quae clare disculps sunt *Dubitaciones*, ex *Albo* delectantur. Huius *Kalendario* aliud addi cuperem, non minus utile: Cum enim in omni inquisitione inveniantur haec tria, perficere *Vera*, *Dubia*, perficere *Falso*: utilissimum foret, *Kalendario Dubiorum*, *Kalendarium Falsitatum*, & errorum popularium, vel in *Historia naturae*, vel in *Dogmatibus graffianis*, adjungere: ne illa amplius Scientiis molestæ essent.

Quod ad *Placita antiquorum Philosophorum*, qualia fuerunt *Pythagora*, *Philolaus*, *Xenophanes*, *Anaxagoras*, *Parmenides*, *Leucippus*, *Democriti*, aliorum: (que homines contemptum percurrere solent:) non abs se fuerit pauclo modestius in ea oculos conjiceret. Etsi enim Aristotleles, more Ottomanorum, regnare se habet tuto posse putaret, nisi fratres suos omnes

mines contradicasset: tamen iis, qui non tecnum aut magisterium, sed veritatis inquisitionem atque illustrationem sibi proponunt, non potest non videtur res utilis, diversas divertibutum, circa rerum naturas, opiniones, sub uno aspectu intueti. Nequa tamen habebit spes quod veritas aliqua patiet, ex illis, aut finibus Theoriarum speranda ullo modo sit. Quemadmodum enim eadem *Phenomena*, indem calculi, & *Ptolomei principiis Astronomicis*, & *Copernici* competunt: ita experientia ista vulgaris, qua utimur, atque obvia rerum facies, pluribus diversis Theoriis se applicare potest: Ubi ad rectam veritatis indagationem longe alia severitate opus fuerit. Eleganter enim Aristotleles: *Infantes primo baluantentes*, quasvis mulieres appellare matres, post autem propriam matrem discernere. Sic certe pueris experientia, omnem *Philosophiam* appellabit matrem: adulta vero Matrem vetram internoferat. Interea juvabit *Philosophias* discrepantes, veluti diversas *Natura Glossas*, (quatum una fortasse uno loco, alia also est emendator:) perlegere. Optime igitur, ex viis antiquorum *Philosophorum*, ex falciculo *Plutarchi de Plantis* eorum, ex citationibus Aristotelis, ex sparta mentione, que habetur in aliis libris, tam Ecclesiasticis, quam Ethnicis, (*Lactantio*, *Philone*, *Philostato*, & reliquis) opus confici, cum diligentia & judicio, de *Antiquis Philosophis*. Tale enim opus nondum extare video. Attamen hic moneo, ut hoc fiat distincte.



disiuncte: ita ut singulae *Philosophiae* scorsum componantur, & continentur: non per titulos & fasciculos (quod Plutarchus fecit) excipiatur. Quavis enim *Philosophia* integra se ipsam sufficit: atque dogmata ejus subiumento & lumen & robur adiiciunt: quod si disiuantur, peregrinum quiddam & durum sonant. Certe quando apud Tacitum lego facta Neronis aut Claudi, circumstantis Temporum, Personarum, & Occasionum vestita; nil video quod à probabilitate propositus abhorreat: cum vero eadem lego in Suetonio Tranquillo, per capita, & communes locos, minime in serie temporis representata, Portenta quedam videantur, & plane incredibilia. Neque absurditas est ratio *Philosophia*, quando proponitur integra, & quando in frusta concita & dilecta. Neque vero ex hoc *Platonicorum Philosophia Kalendario* neptas Theoriarum & dogmata excludit: Sicut illam *Theophrasti Paracelsi*, eloquentem in Corpus quoddam, & Harmoniam *Philosophiae*, redactam à Severino Duno; Aut *Telephi Conventus*, qui Parimenidis *Philosophiam* instaurans, Arma Peripateticorum in illos ipsoz veritatem; Aut *Patricii Veneti*, qui Platonicorum fumos sublimavit; Aut *Gilberti Populari* nostri, qui Philolai dogmata repudiat; Aut alterius cuiuscunq; si modo dignus sit. Horum vero (quoniam volumen integra extant) Summa tanquam inde conficienda, & cum ceteris conjugenda. Atque de *Physica* cum *Appendicibus* hæc dicta sunt.

Quan-

Quantum ad *Metaphysicam*, assignavimus jam ei inquisitionem *Causarum Formalium & Finalium*; quæ assignatio, quantum ad *Formas*, incassum facta videatur. Invaluit siquidem opinio atque inveteravit, *verum formas efficietas*, seu *veras differentias*, multa humana inventari diligenter posse. Quæ opinio tertium nobis elargitur, atque concedit, *Inventionem Formalium ex omnibus Scientiæ partibus dignissimam esse*, quæ investigetur, si modo fieri possit, ut reperiatur. Ad inventionis possibiliteraten vero quod attinet, sunt certe ignavi regionum explotatores, qui ubi nil nisi Cælum & Pontus videant, terras ultra eis profus negant. At manifestum est, Platonem, vitum sublimis ingenii, [enique veluti ex rupe excellit omnia circumspiciebat] in sua de Ideis doctrina, *Formas esse verum Scientiæ objectum*, videlicet; uniuersæ sententia hujus veritatis fructum amiserit, *Formas* penitus à materia abstractas, non in materia determinatas, contemplando & prensando: Unde factum est, ut ad speculations Theologicas diverteret; quod omnia naturalem suam *Philosophiam* infecit & polluit. Quod si diligenter, letio, & sincero, ad actionem, & usum & oculos convenamus; non difficile erit disquirere, & notitiam assequi, quæ sunt illæ *Formæ*, quarum cognitio res humanas minus modis locupletare & bearre possit. Substantiarum enim *Formæ* (uno homini excepto, de quo Scriptura, *Formarunt hominem de limo terra*, & *affiravit in faciem ejus spiraculum*

vii 3



vita, non ut de ceteris societibus, *Producant Aqua, producat Terra* species, inquam, creaturarum, (prout nunc per compositionem & transplantationem inveniuntur multiplicatae,) ita perplexae sunt & complicatae, ut aut omnino de sis inquirere fructa sit; aut inquisitio eorum, quales esse potest, seponi ad tempus, & postquam *formas* simplicioris. Nature rite exploratae sint, & inventae, tum demum initium debet. Quemadmodum enim nec facile est, nec ullo modo utile, *formam* soni investigate ejus, qui resbum aliquod constitut, cum verba, compositione & transpositione literarum, sint infiniti: at loqui qui literam aliquam simplicem exprimere, *formam* inquirere, quasi scilicet collisione, quasi instrumentorum vocis applicatione, confluuntur, comprehensibile est, imo facile: que tamen *Formas* literarum cognitae ad *formas* verborum illuc nos deducent. Eadem proferat ratione, *formam* inquirendo *Leonis*, *Quercus*, *Ari*; imo etiam *aqua*, aut *aloris*, operari quis luerit: *Formam* vero inquirere *densi*, *rari*; *calidi*, *frigidi*, *gravis*, *levis*, *tangibili*, *pneumatici*, *volatile*, *fixi*; & *similium*, tam *schematicorum*, quam *motuum*, quos in *Physica* tractanda, magna ex parte, enumeravimus, (& *formas* *prima classis* appellare consuevimus) quique (veluti litera Alphabeti) numero hanc ita multi sunt, & tamen *Efficiens* & *Formas* omnia substantiarum conficiunt & sufficiunt; hoc, est, inquam, illud ipsum, quod consumatur; quodque eam partem

partem *Metaphysica*, de qua nunc inquitur, confituis & diffluit. Neque haec officiant, quo minus *Physica* easdem Naturas consideret quoque, ut dictum est, sed tantum quoad *causas* fluxas. Exempli gratia, si de *causa* inquitur albedinis in nive, vel spuma; recte redditur, quod sit subtilis intermixtio albris cum aqua. Haec autem, longe abest, ut sit *forma* albedinis, cum ait etiam pulveri viti aut crystalli intermixtus albedinem similiiter procreet, non minus quam si admisceatur aqua; verum *Causa Efficiens* illa tantum est, que nihil aliud quam vehiculum est *forma*. At in *Metaphysica*; si fiat inquisitio, hujusmodi quidplam reperies. Corpora duo diaphana intermixta, portionibus eorum opticiis, simplici ordine five aqua latiter collocatis, constitueret albedinem. Hanc *Metaphysica* partem desiderari repetio. Nec mirum; quia illo inquirendi modo, qui luculentque in usum venit, nunquam in seculum comparebunt *Rerum Forma*. Radix autem mali hujus, ut & omnium, ea est; Quod homines & propere nimis, & nimis longe, ab experientia, & rebus particularibus, cogitationes suas divenire & abstrahere confluverunt, & suis meditationibus & argumentationibus se totos dedere.

Ulus autem hujus partis *Metaphysica*, quam desideratur annumerato, duas ob causas vel maxime excelle. Prima est, quod scientiarum omnium officium sit, & propria virtus, ut experientia ambages, & itineta longa, (quantum veritatis



tis ratio permittit) abbrevient; ne proinde re-medium veteri queritmonia afferant, de vita brevi & arte longa. Illud vero optime praestatur, *Axiomata Scientiarum* in magis generalia, & quae omni materie rerum individualium competant, colligando & uniendo. Sunt enim scientia initia pyramidum, quibus *Historia & Experiencia*, tanquam Basis unica substerminatur; Ac proinde Basis naturalis *Philosophia* est *Historia naturalis*: Tabulatum primum à Basi est *Physica*; Vertici proximum *Metaphysica*: Ad conum quod attinge & punctum verticale, *opus quod operatu: Deus a principio usque ad finem: Summariam necesse natura legem* hæfsumus metito, an humana possit ad illud inquisitio pertinere. Ceterum hæc tria, veræ sunt Scientiarum contabulationes, sicutque apud homines propria scientia inflatos, & Theomachos, tanquam tres moles Gigantee.

*Ter sunt enati imponere Pelo Ossam,  
Seilicet atque Ossa frenodorum involvere Olympos.*

Apud eos vero, qui se ipsos extincentes, omnia ad Dei gloriam referunt, tanquam tria illa acclamatio, *Sancte, Sancte, Sancte*. Sanctus enim Deus in multitudine operum suorum, Sanctus in ordine eorum, Sanctus in unione. Quare speculatio illi Parmenidis & Platonis (quoniamvis in illis nuda fuerit speculatio) excelluit tamen; *Omnia per scalam quandam ad unitatem ascendere*. Atque illa denum Scientia ceteris est præstantior, que humanum intellectum

219  
etum minimum multiplicitate onerat, quam licet esse *Metaphysicam*: quippe que contempiatur præcipue simplices illas rerum Formas, (quas superius Formas prima classis nominavimus;) quandoquidem licet numero paucæ, tamen commenſurationibus & coordinationibus suis omne varietatem constituant. Secunda res, que hanc *Metaphysicam* partem de *formis* mobilitat, hæc nimurum est; Quid potestatem humanam emancipet maxime, & libet; eamque in amplissimum & aperiſſimum operandi campum educat. Nam *Physica* per angulos & impeditos calles humanam operam dirigit; *Natura ordinatis flexuſos tristes imitata*. Sed *late nudiq[ue] sunt sapientibus via*; *Sapientia nimurum* (quæ à veteribus rerum divinarum & humanarum scientia definiebatur) mediorum copia & varietas semper suspetit. *Causa enim Physica, novis inventis insimili materia lacum & aniam prebeat*: At qui Formam aliquam novit, novit etiam ultimam possibiliterum superinducendi naturam illam in omnigenam materiam, coque minus neet operandum restringitur, & alligatur, vel ad *Materia Basim*, vel ad *Conditionem Efficientis*. Quid genus Scientie eleganter describit etiam Salomon, eti senti magis divino, *Non arctabuntur gressus tui, & currere non habebit offendiculum*. Intelligit scilicet, *Sapientia vias, nec angustias, nec obicibus obnoxias esse*.

*Metaphysica pars secunda est finalium causarum inquietudo, quam non ut prætermissam, sed ut*



ut male collectam notamus. Solent enim iniqui inter *Physica*, non inter *Metaphysica*. Quamquam si ordinis hoc solum vitium efficeret, non mihi fuerit tanti. Ordo enim ad illustrationem pertinet, neque est ex substantia Scientiarum. At hunc ordinis inversio defecatum insignem penerit, & maximam Philosophiae induxit calamitatem. Tractatio enim *cavifarum finalium* in *Physicis*, inquisitionem *cavifarum physicarum* expulit & deject, effectique ut homines in iustitudi speciosi & umbratilibus *cavifis* acquiescerent, nec inquisitionem *Cavifarum realium*, & vere *Physicorum*, strenue urgenter, ingenti Scientiarum detrimento. Etenim reperio hoc factum esse, non solum à Platone, qui in hoc litorie semper anchoram figit, verum etiam ab Aristotele, Galeno, & aliis, qui sepissime etiam ad illa vada impingunt. Exeunti qui causas adduxerint hujusmodi, Palpebras cum pilis, pro sepi & vello esse, ad quinque oculorum: Aut Coris in Animalibus firmitudinem esse ad propellendos calores & frigores: Aut Ossa pro columnis & trabibus naturae indus, quibus fabrica corporis inserviat: Aut Folia arborum emitti, quo fructus minus patiorumur à Sole & Vento: Aut Nubes in sublimis fieri, ut terram imbribus irrigant: Aut Terram densari & solidari, ut statio & manu sit Animalium: & alia similia: Is in Metaphysicis non male ista allegari, in *Physicis* autem nequaquam. Inio, quod ceterimus dicere, hujusmodi sermonum discursus (instar remo-

remotorum) uti fingunt (navibus adhucrum) Scientiarum quasi velificationem & progressum retardarunt, ne cursum suum tenebrent, & ulterius progredierentur: & jam pridem effecerunt, ut *physicarum cavifarum* inquisitio, neglecta, deficeret, ac silentio praeteriretur. Quapropter *Philosophia naturalis* Democriti, & aliorum, qui Deum & mentem à fabrica rerum amoverunt; & structuram universi infinitis Naturae prælusionibus & tentamentis, (quas uno nomine *fatum* aut *fortunam* vocabane) attribuerunt; & rerum particulatum *cavifas*, materie necessitati, sine intermixione *cavifarum finalium*, affixarunt; nobis videtur, (quantum ex fragmentis & reliquis Philosophiae eorum conjectare licet,) quatenus ad *cavifas Physicas*, multo solidior fuisse, & altius in Naturam penetrasse; quam illa Aristotelis, & Platonis: Hanc unicam ob *cavifam*, quod illi in *cavifibas* nunquam operata triverunt; hi autem eas perpetuo inculcarunt. Atque magis in haec parte accusandus Aristoteles, quam Plato: quandoquidem fontem *cavifarum finalium*, Deum scilicet, omiserit, & Naturam pro Deo substituerit, *Cavifasque ipsas finales*, potius ut Logice Amator, quam Theologus, amplexus sit. Neque hinc eo dicimus, quod *cavifas finales* vere non sint, & inquisitione admodum dignae, in speculationibus *Metaphysica*, sed quia dum in *Physicarum Cavifarum* possibiliter excurrunt, & irruunt, misere eam proviniam depopulantur, & vastant. Alioquin, si modo



modo intra terminos suos collocantur: magno pete hallucinatur, quicunque eas *Physicis causis* adverteri aut repugnare putent. Nam causa redditus, quod *Palpebrarum pilorum oculorum* miscerent, nequam sane repugnat alteri illi, quod *pelicitas* soleat contingere humiditatum orbis.

*Muscis fontes, &c.*

Neque causa redditus, quod *Coriorum in animalibus firmatus* pertinet ad eam *injuras propalpandas*, adverterat illi alteri, quod illa *firmatura* sit ob *contractionem pororum*, ex *intimis corporum*, per *frigus, & degradationem aeris*. Et sic de reliquis: Conspicuitibus optime utriusque causis; nisi quod altera intentionem, altera simplicem consecrationem denotet. Neque vero istates in dubium vocat providentiam divinam, aut ei quicquam derogat: sed potius tandem miris modis confirmat, & evenhit. Nam sicut in rebus civilibus prudenter politica fuerit multo actior & mirabilior, si quis opera aliorum, ad suos fines & desideria, abut posset, quibus tamen nihil consilii sui imperatur, ut interim ea agant, quae ipse vult, neutriquam vero se hoc facere intelligat, quam si consilii sui cum Administris voluntatis sine communicaret: Sic Dei Sapientia effulget mirabilis, cum Natura aliud agit, providentia aliud elicit; quam si singulis schematis, & motibus naturalibus, providentiae characteres essent impredi. Scilicet Aristotelii, postquam Naturam Finalibus Causis imprægnasset: Naturam-

tur amque nihil frustra facere, siue veti semper esse compotem, (si impedimenta absunt,) & hujusmodi multa eo spectantia posuisset; amplius Deo non fuit opus: At Democritus & Epicurus, cum Atomos suas predicabant, eosque à subtilioribus nonnullis tolerabantur, verum cum ex eorum fortuito concursu, fabri-  
cam ipsam rerum, absque mente coaluisse alli-  
terent, ab omnibus ista excepti sunt. Adeo ut tantum absit, ut *Causa Physica* homines à Deo & Providentia abducant, ut contra potius Philosophi illi, qui in iisdem crueldis occupati fuerunt, nullum exitum rei reperiunt, nisi possummo ad Deum & Providentiam configurari. Atque hoc de *Metaphysica* dicta sunt: cuius partem de *Causis finalibus*, in *Liberis & Physicis, & Metaphysicis* tractatam non negaverim, in his recte, in illis perpetram, propter incom-  
modum inde fecutum.

### C A P. V.

*Partitis Operativa Doctrine de Natura in Mechanicam, & Magiam: Quae respondent Partibus Speculativa: Physica Mechanica, Metaphysica Magia: & Expurgatio Vocabuli Magie. Appendices duae Operativa: Invenitiam Operativa: Invenitiam Oper humanae, & Catalogus Poly-  
choreorum.*

**O**perativam de Natura sumiliter in duas partes dividimus, idque ex necessitate quadam. Subiectum enim haec divisione divisiōni priori *Doctrine Speculativa: Physica* siquidem, & *Inquisitio Causarum, Efficientium, & Ma-*



224 DE AUGM. SCIENT.  
terialium, producit Mechanicam: At Metaphysica, & inquisitio formarum, producit Magiam: Nam Conformatio finalium inquisitio sterilis est, & tanguam virgo Deo consecrata, nihil partit. Neque nos fugit, esse & Mechanicam si prius mente Empiricam, & Operariam que à Physica non pendeat; Verum hanc in Historiam Naturalium conjectimus; à Philosophia naturali segregamus. Loquimur tantum de ea Mechanica, que cum causis Physicis conjuncta est. Verum tamen intervenit quaedam Mechanica, que nec protius Operaria est, neque tamen Philosophica proprie attingit. Operum enim inventa omnia, que in hominum notitiam venerantur, aut casu occurrunt, & deinceps per manus tradita sunt; aut de industria quaesita. Que autem intentionaliter inventa sunt, illa aut per Causatum & Axiomatum lucem eruta sunt: Aut per extensionem quandam, vel translatiōnem, vel compositionem inventorum priorum comprehensa; que magis ingeniosa quaedam res est, & sagax, quam Philosophica. Hanc vero patem, quam nequitquam contemnimus, non multo post, cum de Experiencia Literata inter Logica tractabimus, ceterum perfringemus. Enimvero Mechanicam, de qua nunc agimus, tractauit Aristoteles promiscue; Hero in Spiritalibus; etiam Georgius Agricola, Scriptor recens, diligenter admodum in Mineralibus; Aliisque cuamplurimi in subjectis particularibus: sedco ut non habeat, quod dicam de Omissione in hac parte; nisi quod Mechanica promiscua,

L I B R E III. 225  
scus, secundum exemplū Aristotelis, diligenter debuissent continuati, per labores Recentiorum; præfatum cum delectu eorum Mechanicorum, quotum aut Causa magis obscuræ, aut Effectus magis nobiles. Verum qui in hisce infistunt, qualis Oras tantu maritimas percepstant.

— Premendo littera iniquum.

Meo siquidem iudicio, vix possit aliiquid in Natura radiciter verū, aut innovari, vel per causas aliquos fortuitos, vel per tentamenta experimentorum, vel ex luce Caudarum Physicorum, sed solammodo per inventionem formarum. Si igitur desiderari eam partem Metaphysicas, que de formula agit, possumus; sequitur, ut Naturaliū etiam Magia, que ad eam est Relativa, similiiter desideretur. Verum hoc loco postulandum videtur, ut vocabulum istud *Magna*, in determinata partem iam pridem acceptum, antiquo & honorifico sensu restituatur. Etiamen *Magna* apud Persas, pro sapientia sublimi, & scientia conseruanti rerum universalium, accipiebatur; atque etiam tres illi Reges, qui ab Oriente ad Chorillum adorandum venerantur, *Magorum* nomine vocabantur. Nos vero eam illo in sensu intelligimus, ut sit scientia, que cognitionem formarum arbitrarum ad opera admittenda deducat, atque, quod dici solet, *Adiutoria cum passu conjugando*, Magnalia Natura manifestet. Nam quantum ad Naturalium Magiam (que in libris plurimorum volunt) credulas quasdam & superstitionis traditiones, & observationes, de Sympathias



*& Antipathis rerum, atque de Occulta & Speciebus proprietatis complectentem, cum frivolis ut plurimum experimentis, potius occultandi artificio, & larva, quam re ipsa admirandis: non erraverit sane, qui eam dixerit, à scientia, quam querimus, tantum distare, quoniam veritatem naturae, quantum Libri rerum generum Arthurii ex Britannia, aut Hugonis Burdegalensis, & hujusmodi Heroum umbratium, differunt à Cæsariis Commentariis, quoniam veritatem historiam. Manifestum enim est, Cæsarem majora revera perpetrasse, quam illi de Herouibus suis confingere ausi sunt; sed modis faciendi minime fabulosis. Hujusmodi doctrinas bene adumbravit Fabula de Ixione; Qui cum Junonis, Potentiae Dex, concepuit animo filii designaret, cum evanida nube rem habuit; ex qua Centauros & Chimeras progenerat. Sic qui insana & impotente cupiditate feruntur ad ea, que per imaginatio[n]is tantum fumos & nebulas cernere se putant, loco operam, nil aliud quam spes inane, & deformia quedam ac monstrosa spectra, suscipient. Hujus autem Magia Naturalis, levius & degeneris, operatio super homines, similis est soporiferis quibusdam medicamentis; quae somnum conciliant, atque insuper inter dormiendum, leta & placenta somnia immittunt. Primo enim intellectum humanum in soporem conjicit; canendo proprieates specificas, & virtutes occultas, & tanquam exultus demissas, & per traditionem futuros solummodo perdiscendas; unde*

de hominibus ad veras Caussas eruendas, & indagandas, non amplius excitantur, & evigilant, sed in hujusmodi otiosis & credulis opinionibus acquiescent: Deinde vero innumeris commixta grata, & qualia quis optaret maxime, instar somniiorum, infinita. Atque opera pretium est notare, in illis scientiis, quæ nimium trahunt ex phantasia & fide, (quales sunt Magia ista levius, de qua nunc loquimur, Alchymia, Astrologia, & aliae consimiles) media sua, & Theoriam, solere esse magis monstrosa quam Finis est, & actio, quo tendunt. Versio argenti, aut argenti vivi, aut aliuscunz alterius metalli in aurum, res crediu[re] dura: Attamen longe verisimilius est, ab homine, qui Ponderis, Coloris flavi, Maleabilis & Extensibilis, Fixi etiam & Volatilis, naturas cognitas & perfectas habuerit, qui[us] similiter prima mineralium semina & mensura diu genere introspectis, posse aurum multa & fugaci molitione tandem produci, quam quod pauca Elixiris grana, paucis momentis, alia metalla in aurum vertere valentes, per astringitatem ejusdem Elixiris, quæ naturam scilicet perficere & omni impedimento liberare possit. Similiter, senectutis retardatio, aut gradus alienus juvenitatis instauratio, non facile fidem repetiat: Attamen longe verisimilius est, ab homine, qui naturam Arefallianis, & Spirituum saper solidas corporis degradaciones bene norit, qui[us] Naturam assimilacionis, atque alimentacionis, vel perfectionis, vel prævioris, perspicerit, Naturam etiam Spirituum,



& quasi *Hæmæ Corporis*. alias ad consumendum apposite, alias ad reparandum, notarit, possit per dietas, balnea,unctiones, medicinas proprias, accommodata etiam exercitia, & similia, vitam prolongari, aut vigorem juvenitatis, aliqua ex parte, renovati: quam quod hoc fieri possit per guttas pauculas aut serpulos aliquibus pretiosi liquoris, aut quintessentia. Rerius, ex astris fata elicere posse, non statim aut facile homines confidemus: Illa vero, quod hora nativitatis, (qua expulsione ex pluribus accidentibus naturalibus, vel acceleratur, vel differtur,) vita totius fortunam regat, aut quod hora questionis sit cum respila, que queruntur, confatalis, metas nugas dixeris. Attamen tanta exercet humana genus impotens & intemperies, ut non solum, que fieri non possunt, sibi sponteant, sed etiam maxime ardus, sine molesta, aut sudore tanquam letantes, se adipisci posse confundant. Verum de *Magia haec*enüs, cuja & vocabulum ipsum ab infamia vindicavimus, & speciem veram à falsa & ignobilis segregavimus.

Hujus vero partis *Operativa*, scilicet de *Natura*, duæ sunt *Appendices*, magni utraque preti. Prima est, ut fiat *Inventarium opum humanarum*, quo excipiuntur & breviter enumerauntur omnia hominum bona & fortuna, (sive sunt ex fructibus & proventibus Naturæ, sive artis) que jam habentur, & quibus homines fruuntur, adjectis iis, que olim innominasse constat, nunc autem perierunt: ad hunc finem, ut qui

qui ad nova inventa accingitur, de jam inventis, & extantibus, negotium sibi non facillat. Hoc vero *Inventarium* magis eit artificiosum, magisque etiam utile, si que communi hominum opinione impossibilia reputantur, in uno quoque genere adjuueritis: atque una, *proxima impossibilitas*, que tamen habentur, copules, ut alterum humanam inventionem acuat, alterum quadrantem dirigat, utque ex his *Operativis & Potentialibus*, *Actus* promptius deducantur. Secunda est, ut fiat *Kalendarium eorum experimentorum*, que maxime *Polychresta* sunt, & ad aliorum inventionem faciunt, & dicunt. Exempli gratia, *Experimentum artificialis conglagationis aquæ*, per glaciem cum sale nigro, ad infinita pertinet: Hoc enim modum condensationis secreta revelat, quo homini nihil est fructuosum. Praeterea enim est ignis ad rascificationes; verum in condensationibus laboratur. Plurimum autem facit ad inveniendi compendium, si hujusmodi *Polychresta* proprio catalogo excipiuntur.

## C A P. VI.

*De magna Philosophia naturali, tam Speculativa, quam Operativa, appendice Mathematica: quodcum est r. appendices pars prius debet, quam inter scientias substantivas. Partes Mathematicæ, in partam, & in secundam.*

**O** Prime Aristoteles, *Physicam & Mathematicam generare Practicam* sive *Mechanicam*. Quare cum iam, tam *Speculativam*,



quam Operativam partem *Doctrina de Naturae*, tractaverimus, locus est, ut de *Mathematica* dicamus, quæ ad utramque est scientia auxiliaris. Hæc hæc idem in *Philosophia* recepta *Physica* & *Metaphysica* pars tertia adjungitur. At nobis ista retractantibus & recolentibus, si eam ut *Scientiam substantiarum*, & principiorum, designare in animo esset, magis consenteaneum videbatur, & rei ipsius *Nature*, & ordinis perspicuitati, ut constitueretur tanquam portio *Metaphysicae*. Quantitas enim [qua] subiectum est *Mathematica*] materia applicata, velut dosis *Nature* est, & platinum effectuum in rebus Naturalibus causativa: ideoque inter *Formas Essentiales* numeranda est. *Figura* autem & *numerorum* potentia in tantum apud antiquos valere visu est, ut *Democritus* principia *varietatis* rerum, in figuris atomorum praecipue collocaverit. Ac *Pythagoras* *Naturam rerum ex numero* constituta alterauerit. Illud interim verum est, quantitatem inter *formas naturales* (quales nos eas intelligimus) omnium maxime esse abstractam, & à materia separabilem: Quod ipsum in causa finit, cur & diligenter exculta, & acerius inquisita ab hominibus fuerit, quam aliae quacunque *forma*, quæ omnes in materia magis sunt immateriae. Cum enim in innumeris animis plane insitum sit, (plurimo certe cum scientiarum detrimento) ut *geometriam* quasi *campis liberis*, magis quam *particularium sylvis & septis* delectentur, nil reperitum est *Mathematici* gratius, & jucundius, quo appet-

appetitus iste expandandi & meditandi explotatur. Et si autem hæc vera sint; nobis tamen, qui non tantum veritatem & ordinem, verum etiam usum & commodis hominum consulimus, satius demum vixum est, *Mathematicas*, cum & in *Physicis*, & in *Metaphysicis*, & in *Magicis*, plurimum polleant, ut omnium appendices, & copias auxiliares, designare. Quod etiam quoddammodo facere compellimur, propter delicias & fastum *Mathematicorum*, qui hanc scientiam *Physica* fere imperare discipiunt. Nescio enim quo fato fiat, ut *Mathematica* & *Logica*, quæ ancillarum loco erga *Physicam* se geteti debebant, nihilominus centitudinem suam pte ea jactantes, Dominatum contra exercere presumant. Verum de loco, & Dignitate hujus scientie, minus curandum: de ipsa videamus.

*Mathematica* aut *pura* est, aut *mista*. Ad *puram* referuntur scientie, quæ circa quantitatem occupatae sunt, à *Materia* & *Axiomatisbus Physicis* penitus abstractam. Ex duabus sunt, *Geometria* & *Arithmetica*. Quantitatem altera *continuam*, altera *discretam* tractans. Quæ duæ artes, magis esse cum *accidere* & *inductiâ*, *inquisire* & *tractare* sunt: venustam & *Eudoxi Liberibus*, in *Geometricis*, nihil additum est à sequentibus, quod intervallo tot seculorum dignum sit; & *doctrina de solidis*, nec à veteribus, nec à modernis, pro rei ufo & excellencia, instruta & aucta est. In *Arithmetica* autem, nec satius varia & commoda in-



venta sunt *supputationum compendia*, praesertim circa *Progressiones*, quarum in *Physicis* ulus est non mediocre; nec *Algebra* bene consummata est: atque *Arithmetica illa Pythagorica & Myistica*, quæ ex Proclo & reliquis quibusdam Euclidis ceperit instaurari, expaciatio quædam speculationis est. Hoc enim habet ingenuum humanum, ut cum ad solidam non sufficiat, in supervacaneis se alterat. *Mixta* habet pro subiecto *Axiomata & Fortunes Physicas*: *Quantitatem* autem considerat, quatenus est est ad ea elucidanda, & demonstranda, & aequalanda, auxiliaris. Multe siquidem Naturæ partes, nec satis subtiliter comprehendunt, nec satis perspicue demonstrantur, nec satis dextre & certo ad usum accommodari possunt, sine ope & interventu *Mathematica*. Cuius generis sunt *Perfectediva*, *Musica*, *Astronomia*, *Cosmographia*, *Architectura*, *Machinaria*, & nonnullæ aliae. Ceterum in *Mathematicis mixtis* integras aliquas portiones *Desideratas* jam non reperio, sed multas in posterum prædicto, si homines non ferentur. Prout enim *Physica*, majora indies incrementa capiet, & nova *Axiomata* edicer, eo *Mathematica* opera nova in multis indigebit, & plures deinceps fient *Mathematica naturæ*.

Jam autem *Desiriam* de *Natura* petravit, & *Desiderata* in ipsa notavimus. Quia in te, si à paucis & recepta opinionibus discernerimus, eoque nomine contradicendi an si quis probactiusimus, quod ad nos attinet, ut dif-

ut dissentendi studium longe à nobis abest, ita etiam & contendendi consilium. Si huc vera fuit;

*Non canimus furdis, respondent omnia syllva.*

Vox Naturæ ingeminabit, et si vox hominum reclamet. Quemadmodum autem Alexander Borgia dicere solebat, de expeditione Gallorum Neapolitana, *Eos venisse cum creta in manus, quo diversoria sua notarent, non eum armis, ut pertemperent*; Sic nobis magis cordi est *Philosophia Veritatis Ingrediens*; ubi quasi creta confignatur animi, qui tantum hospitem excipere possint; quam qui pugnax est, viamque sibi per contentiones & lites sternat. Absolutis igitur diuibus partibus *Philosophie*, de *Nomine*, & de *Natura*; restat tertia de *Honne*.



## FRANCISCI BACONIS

DE VERULAMIO,

Vice-Comitis sancti Albani,

De dignitate & augmentis  
scientiarum,

## LIBER QUARTUS.

Ad Regem suum.

## C A P. I.

*Partis doctrina de homine, in Philosophiam humana-*  
*tatis, & civilem. Partis Philosophiae humani-*  
*tatis, in doctrinam circa corpus hominis, & doctri-*  
*nam circa animam hominis. Conficiuntur unius do-*  
*ctrina generalis de Natura, fine, de flau hominis. Par-*  
*tis doctrina de flau homini, in doctrinam de*  
*persona hominis, & de secundre animi & corporis.*  
*Partis doctrina de persona homini, in doctrinam*  
*de misericordia hominis, & de prærogativis. Partis*  
*doctrina de fide, in doctrinam de indicatio-*  
*nibus, & de impressiōnibus. Abrogatio Phsyiogno-*  
*mica, & interpretationis somniorum naturalium,*  
*doctrina de indicatioibus.*

**S**i quis me [Rex optime] ob aliquid  
 eorum, que proposui, aut deinceps proponam, impetum, aut vul-  
 neret, (praterquam quod intra  
 praesidia Majestatis tuz tuis esse debeam,) sciat  
 is, se contra morem & disciplinam milieū facere.  
 Ego enim Buccinator tantum pugnam non  
 in eo, unus fortasse ex iis, de quibus Homerus:

Xxiij

Xxiij reges, Diis uigiles, hūi nō utr-

degūs.  
 Hi enim inter hostes, etiam infenissimos & a-  
 cerbissimos & ultra citroque inviolati ubique  
 commueabant. Neque vero nostra Buccina ho-  
 mines advocat & excitat, ut le mutuo contra-  
 dictioibus proscindant, aut secum ipsi pra-  
 bentur & digadiantur; sed potius ut pace inter  
 ipsis facta conjunctis viribus, se adversus Na-  
 turam Rerum comparent, eisque Edita & Mu-  
 nita capiant & expugnent, atque fines imperii  
 humani (quaqueat Deus Opt. Max. pro Bonitate  
 sua illudenter) proferant.

Veniamus nunc ad eam *Scientiam*, ad quam  
 nos dicit Oraculum antiquum: Nempe ad  
*Scientiam nostrā*. Cui, quo magis nostra inter-  
 fit, eo incumbendum est diligenter. Hec  
*Scientia homini pro fine est Scientiarum*, at *Na-*  
*tura ipsius portio tantum*. Atque hoc pro Re-  
 gula ponatur generali: Quod omnes Scien-  
 tiarum partitiones ita intelligantur, & adhi-  
 beantur, ut scientias potius signent, aut distin-  
 guant, quam fecent & divellant, ut perpetuo  
 evitetur solatio continuata in scientiis. Hujus  
 etenim contrarium particulares Scientias fie-  
 triles reddidit, inanies, & erroeas, dum à fonte  
 & fonte communi non aluntur, sustentan-  
 tur, & recificantur. Sic videmus Ciceronem  
 Otatorem, de Socrate & ejus schola conque-  
 reat, quod hic primus *Philosophiam a Rheto-*  
*rica disjunxit*, unde facta sit *Rhetorica*,  
 ars loquax & inanis. Constat similiter, Sen-  
 teau-



tentiam Copernici de Ratione Terrae, (quæ nunc quoque invaluit) quia Phænomena non repugnat, ab Astronomis Principiis non posse re-vinci; à Naturali tamen Philosophia Principiis, recte positis, posse. *Artem* denique Medicam videmus, si à Naturali Philosophia destituatur, Empiricorum præstare haud malum prætendere. Hoc igitur posito, accedamus ad *Doctrinam de homine*. Ea duplex est; aut enim contemplatur *hominem segregatum*, aut *Congregatum*, atque in *Societate*. Alteram harum *Philosophiam humanitatem*. Alteram *erulum vocamus*. *Philosophia humanitatis*, sive *humana*, ex partibus similibus illis, ex quibus homo ipse consistit: Nempe ex *Scientiis*, que circa *Corpus*, & ex *Scientiis*, que circa *animam* verantur.

Verae priusquam distributiones Particulares persequamur, constitutam Scientiam unam generalē, de natura & statu hominis. Digna enim certe res est, ut emancipetur hæc *Scientia*, & in *Scientiam* secundum redigatur. Conficitur autem illa ex iis rebus, que sunt tam *corpori*, quam *anima* communis. Rursus, hæc *Scientia de natura, & statu hominis*, distribui potest in duas partes; Attribuendo alteri *naturam hominis individualis*: alteti *vinculum ipsum anima & corpori*: Quirum primam doctrinam de *persona hominis*, secundam doctrinam de *fiedere* vobamus. Liquet autem, hæc omnia, cum sint commuta & mixta, prime illi divisioni, *Scientiarum circa corpus*, & *scientiarum circa animam* verantur, alignari non posse.

Declarari-

*Doctrina de persona hominis* duas res præcipue complectitur; Contemplationes scilicet de *majestate humana generis*; & de ejusdem *prærogati-  
tivis*, sive *excellentiis*. Atque deploratio *humani-  
num artificiorum* eleganter & copiose à com-*plutibus* adornata est; tam in Scriptis Philoso-*phicis*, quam Theologicis. Estque res & dulcia fumi, & salubris.

At illa de *prærogati-  
vibus*, digna vita res nobis, quæ inter *Desiderata* proponuntur. Elegantissime certe Pindatus (ut plerunque solet) iacet laudandum. Hieronem alt, *Eum de corpore summa-  
ritates ex omnibus virtutibus*. Evidet pluti-*mum ad magnanimitatem & humanum decus  
conferre posse patet: si *Platonicas* (ut lo-  
quantur Scholastici) sive *Summitates* (ut Pin-  
datus) humanæ nature colligentur, præcipue ex *historia* fide. Illud est, quod *Platonicum & Su-  
perbum* fuerit, quo unquam humana natura per se ascenderit, in singulari & corporis & ani-*mi* doctibus. Quantitas, quæ de Cesare narratur, quod Amazones quinque simul di-*ctare* sufficeret? Quia & exercitationes illæ antiquorum Rhetorum, Protagore, Gorgie, etiam *Philophorom*, Calliphoren, Pollio-*nii*, Catinealis, ut de quovis Themate in utramque partem ex tempore disertare elegan-ter & copiose potuerint; *ingenii humani vi-  
res* haud parum nobilitant. Res autem uia minor, ac ostentatione & facultate fortasse ma-*jor*, quam de Archia Magistro suo memo-*rat* Cicero; *Eum magnum numerum opti-  
merum**



morum verium, deis rebus, quas tum agerentur, potuisse dicere ex tempore. Tot milibus hominum nomina reddere potuisse Cyrum aut Scipionem, magnum Memoria decus. At virtutum moralium palme non minus celebres, quam intellectualium. Quantam rem in exercitio Patientia exhibet historia illa vulgata de Anaxarcho, qui questioni & tormenti subiectus, lingam (indici spem) dentibus praefudit, & in os Tyranni expuit? Neque tolerantia cedit, (sicet dignitas plenum,) quod secuto nostro accidit in Burgando quodam, Principi Arasianensis interfectore; Is virgis ferreis flagellatus, & locupibus ignis lacerratus, nullum prorsus genuinum edidit: Quin etiam cum force fractum aliquid defuserit in caput astantis cuiuspiam incideret, astillatus iam nebulo, & in mediis tormentis, rursum. Qui tam paulo ante, cum cinclini capillati, quos geflabat, tonderentur, fleverat. Animi quoque mita serenitas, & securitas, sub ipsum tempus mortui, in pluribus eniuit. Qualis fuit illa Centurionis apud Tacitum: Is, cum à milite, & qui cum ex imperato occisus esset, juberetur, ut cervices portigeret forster, Vixam, inquit ille, tu tam fortiter ferias. At Joannes Dux Saxonie, eam inter ludum scacchorum, Diploma, quo nex ejus in postterum diem mandabatur, allatum esset, astante quendam ad se vocavit, & subridens, Spolia, inquit, nam non potiores partes ludi huius teneamus. Iste enim, (ad Collusorem innatus) me mortuo, jaclabit, snas potius

potiores partes fruisse. Noster vero Morus, Anglie Cancularius, cum pridie quo mortuus esset, tonsor ad eum veniret, (missus scilicet ad hoc, ne forte capillatio premisso esset apud populum in spectaculo misteriabilior,) cumque interrogaret, num tonderi placet, renuit; atque ad tonforem versus. Misi, inquit, cum Rego de expte meo controversia est, Antequam vero illa terminata fuerit, semper in illud nos faciam. Quin & idem, sub ipsum mortis articulum, postquam jam caput in truncum factum reclinasset, ruscis & paululum erexit, & barba, que ei erat promissior, leniter amota, At certe hac, inquit, non offendit Regem. Verum, ne hoc loco longiores simus, latius patet, quid velimus; nempe, ut miracula natura humana, virtusque ejus & virtutes ultime, tam animi, quam corporis, in volume aliquod colligantur, quod fuerit instar fastorum de huminis triumphis. Quia in re infinitum Valerii Maximi & C. Plini probamus, diligentiam & judicium eorum requiri mus.

Quantum ad doctrinam de federe, sive de Communione vinculo anime & corporis: Ea in duas partes tribui possit. Quemadmodum enim inter fratribus intercedunt, & mutua terum fixum communicant, & mutua officia; sic fedes istud anime & corporis duabus similiiter rebus contingit: Namrum ut describatur, quonodo his duo (anima scilicet & corpus) se invicem detegant, & quemodo invicem in se agant; notitia sive indicatione, & impressione. Ha-



nus prior, (descriptio scilicet, qualis possit habeti nosca de anima, ex habitu corporis: aut de corpore, ex accidentibus animae) duas nobis peperit artes, utramque predicationis: Inquisitionibus alteram Aristoteles, alteram Hippocratis decoratam. Quanquam autem tempora recentioria has attes superficiosis & phantasticis mixtis polluerint, repurgata tamen, ac in integrum refutare, & fundamento habent in natura solidum, & fructum edunt ad vitam communem utilem. Prima est *Physiognomia*, qua per corporis linea menta, animi indicat propensiones: Altera *semiorum naturalium interpretatione*, qua corporis statum, & dispositionem, ex animi cogitationibus detecto. In harum priore, patrem nonnullam desiderari perspicio. Siquidem Aristotleles ingeniose & solerter corporis fabricant, dum que fecit tractavit; eandem in motu (animorum genitus corporis) omisit, qui tamen non minus artis observationibus subieciantur: & majoris sunt usus. Etenim linea menta corporis, animi inclinationes & propensiones generales ostendunt; Ovis autem & partium motus & gestus, insuper aditus, & tempora, & praesentes dispositiones & voluntatis signa, declarant. Ut enim apiessemusque elegantissimi. Majestatis tua veribus utar, *Lingua aures ferit*, *Gestus vero oculos alloquitur*. Hoc vero bene Veteratores complures, & affuti homines, quorum oculi in aliorum vultu & gestibus habent; idque in commodum suum trahunt,

utqo-

utpote in quo facultatis & prudentiae sua pars maxima servantur. Nec sane negati potest, hoc ipsum, simulationis in altero Indicem esse mysticum, & mouere homines optime de electib; temporum & opportunitatum, adeundi personas; qua civilis prudentiae pars est non parva. Nemio autem putet, hujusmodi soler- tiam aliquid eidem valere circa homines indi viduos, sub regulam autem non cadere. Nam ad unum fere modum omnes ridemus, & ploramus, & erubescimus, & frontem contra hemus; & sic (ut plurimum) de motibus subtilioribus. Si qui autem hic *Chiromantia* memini- nit, sciat, rem esse profluum vanam; & in hu- jusmodi sermonibus, quos tractamus, nec dia- gma quidem qua nominetur. Quid vero ad *semiorum naturalium interpretationem* attinget: Res est quorundam laboribus petractata, sed plurimis ineptis scatenas. Illud tantum in praesentia innuo, Basian illam huic rei, que ma- xime est solidia, non subtemni. Ea hujusmodi est, ubi sit ab interna causa, quod fieri quo- que solet ab externa, actus ille exterius transfit in somnium. Similis est stomachi oppressio, ex crastio vapore, atque incubitu pondere exter- ni. Itaque qui incubo laborant, pondus sibi superimponi, magno cum apparatu circumstan- tiarum, somniant. Similis viscerum pensitas, ex fluctu agitatione in mari, & ex flau circa pectora collecto: Itaque Hypochondriaci sa- piens Navigationes & Agitationes super aquas somniant. Sunt & innumera id genus.

Poste-



Posterior pars doctrina fideis, [quam impressionem nominavimus] in Artem nondum redacta est, sed obiter tantum, & carpit, inter alios tractatus, aliquando intervenit. Illa candem Antistrophenam cum priori habet. Quippe duo considerat: *Aut quomodo & quo-  
siquis humores & temperamentum corporis im-  
mutant animam, in eaque agant? Aut rau-  
sus, quomodo & quoque, anima passiones,  
vel apprehensiones, immutent corpus, & in il-  
lud agant?* Horum prius in re medica inter-  
dum tractari videmus: at id ipsum se multis  
modis religionibus inseruit. Pharmaca enim  
prescribunt Medici, quae mortis anima per-  
fanandis interficiant, ut in curationibus man-  
nia, & melancholia: quin etiam medicinae  
potissimum, ad animum exhilarandum, ad  
cor munitendum, atque inde fortitudinem au-  
gendarum, ad ingenium acudendum, ad memo-  
riam robotandam, & similia. At dixerat, &  
delectus ciborum & pororum, & ablutio-  
& aliae circa corpus observantie, in festa Py-  
thagorozorum & in Heresi Manicheorum, &  
in Lege Mahometi, omnem modum super-  
erant. Ordinationes quoque Legi Ceremo-  
nialis, Sanguinis & Adopis usum prohibentes,  
ac animalia mundi ab immundi distinguen-  
tes, (quatenus ad cibi usum) & purissime sunt,  
& praeclara. Ino Christiana fides ipsa (quamvis  
a Ceremoniarum nube libera & leterna) usum  
tamen retinet jejuniorum, abstinentiarum,  
& aliarum, quae ad corporis incertitudinem  
& hu-

& humiliationem spectant, tanquam rerum  
non mete ritualium, sed etiam fructuosalium.  
Atqui radix omnium huiusmodi preceptio-  
num, prater ipsam ceremoniam, & exercitium  
obedientiae, in hac re consitit, de qua loqui-  
mur: Namur quod anima compatitur cor-  
pori. Si quis autem iudicio infirmior existi-  
met, istas Corpitos in Animam Impressiones,  
aut Immortalitatem Animae in dubium revoca-  
re, aut Imperio Animae in Corpus derogare, le-  
vi Dubitationi leve Responsum sufficerit. Ex-  
empla petat, vel ab Infante in Utero Matri: qui  
sumil cum Matris Affectibus compatitur, & ta-  
men è corpore matri suo tempore excludatur:  
vel à Monarchis, qui licet potentes, à feriorum  
impetu quandoque flectuntur, salva interim  
Majestate sua Regia.

Jam quod ad patrem reciprocum, (de ani-  
ma & affectibus ejus in corporis agentibus) illa  
quoque in medicina locum iavenit. Nemo eni-  
m Medicus est paulo prudentior, quin acci-  
dencia animi, ut tem maxima ad sanaciones  
suis momenti, queque omnia alia remedia  
plurimum vel adjuvet, vel impedit, confide-  
ret & tractet. At aliud quippiam, quod hoc  
pertinet, parce admodum, nec pro rei vel sub-  
tilitate, vel utilitate, inquietum est; quatenus  
scilicet (missis affectibus) ipsa imaginatio ani-  
ma, vel cogitatio per quam fixa, & veluti in fe-  
dem quandam exaltata, valeat ad immutan-  
dum corporis imaginantur? Quamvis enim vim  
habeat ad nocendum manifestam, haud tamen  
inde



inde sequitur, pari potentia prædictum esse ad subveniendum. Non magis hercle, quam si quis conculcerit, quoniam repetitur aliquis alii ita perfilens, ut subito intermitat, debet quoque esse aliquem alitem ita subiectum, ut Decumbente in subito refixatur. Atque haec inquisitio nobilio profecto efficit usus, verum (ut ait Socrates) *Natantes Debet* indiger, quia mergitur in profundo. Rursum inter has *doctrinas de fadere*, five confessibus animæ & corporis, non alia fuerit magis necessaria, quam illa dispositio de sedibus propriis & domiciliis, quæ singulæ animæ facultates habent in corpore ejusque organis. Quod genus Scientiarum qui sectari fuerint, non delunt, sed quæ habentur in plesiose, aut controversia sunt, aut leviter inquisita, ut majori diligentia & acuminè opus sit. Nam tentatio introducta à Platone, qua *intellectus in cerebro*, tanquam in ate collocatus est, animogenitus (quam ille satis imperite *iracundiam* vocavit, cum *tumori & superbia* sit propior) in corde, concepientia autem & sensualitas in *scenore*, neque proflus contemnenda est, neque cupide recipienda. Rursum nec collatio facultatum illarum intellectualium (*phantasia, Rationis, Memoria*) secundum *ventriculos cerebri*, erroris expersa est. Atque *Doctrinam de Natura Hominis inveniā*, ac etiam de *Fadere Animæ & Corporis*, explicavimus.

C A P.

## C A P. II.

*Partitis doctrinæ circa corpus hominis in medicinam, & voluptatem. Partitis medicinæ in officia tria, videlicet, in Conservationem Sanitatis, Curationem Morborum, & Prolongationem Vitæ. Quaque pars problemata de Prolongatione Vitæ disjungi debet a duabus reliquis.*

**D**OCTRINA circa corpus hominis eandem recipit divisionem, quam bona corporis ipsius, quibus inservit bona corporis humani quantu[m] sunt: *Sanitas, forma* five *pudicitudo, virtus, voluptas*. Totidem igitur Scientias: *Medicina, Cosmetica, Athletics, & Voluptaria*, quam Tascitas appellat *Eriditium luxum*.

*Medicina* ait in primis nobilis, & ex generofissima profapia, secundum Poëtas. Illi enim introduxerunt Apollinem primarium Medicinæ Deum, cui Filium dederunt. *Æsculapium*, Deum itidem, & Medicinæ Professorem. Quippe cum Sol in Naturalibus sit vita author, & Ions, Medicus ejusdem conservator, & tanquam feueringo altera. At decus longe illustrior accedit Medicina ex operibus Servatoris, qui & animæ & corporis Medicus fuit: Et hie animam, doctrinæ sua cœlestis, ita corpus, miraculorum suorum objectum veluti proprium constituit. Nusquam enim legimus, miraculum aliquod ab eo patratum circa honores, aut pecunias, (præter unicunq[ue], quo tributum reddetur Cæsar) sed tantum circa corpus humanum, aut conservandum, aut sustentandum, aut perservandum.

M

Sub-



Subiectum istud *Medicina* (*corpus nimirum humanum*) ex omnibus, quae Natura procreavit, maxime est capax remedi; sed vicissim illud remedium, maxime est obnoxium erroris. Eadem namque subiecti subtilitas & varietas, ut magnam medendi facultatem praebet, sic magnam etiam aberrantem facilitatem. Quocirca quemadmodum Ars ita (praesertim quoniam habent modo) inter praecepsus conjecturales; ita inquisitio ejus responda inter summe arduas, & accuratas. Neque praeprecessa cum Paracelsio & Alchymistis ita delipimus, ut patentes, inventi in corpore humano, que singularis Universitatibus Rerum Speciebus (Stellis, Mineralibus, & alijs) respondeant, sicut illi fabulantur, leviter & crassa Minerva traducentes Emblemata illud Veterum (quod homo esset *Microcosmus*, sive Epitome totius Mundii) ad hoc commentum suum. Verum nihilominus huc res redit, ut (quod occipimus dicere) non inventari inter corpora naturalia aliquod tam multipliciter compositum, quam *humanum*. Videntur enim herbas & plantas ex terra & aqua nutriti, animalia ex herbis & fructibus; hominem vero ex carnis iporum animalium, (quadrum pedum, avium, pisceum) etiam ex herbis, graminis, fructibus, succis & liquoribus variis, non sine multiplici commixtione, conditura, & preparatione horum corporum, priusquam homini sint in cibum. Addo quod animalibus vivendi modus simplicior, affectuque, qui in corpus agant, pauciores, & ad unum fere

LIBER IV. 247  
fere modum operantur; ubi homo, locis habitacionum, exercitationibus, affectionibus, somno & vigiliis, vices prope infinitas variarum mutationum subdit. Usque adeo verum est, unam, inter res ceteras, *corpo humani* inallam, maxime feueritatem, & ex plurius coagmentata esse. At *anima contra substantiarum* est simplicissima, ut non male cecinerit ille:

*Purusque reliquit,  
Aetherum sonum, atque Auras simplicis ignem.*

Unde minime est mirandum, *Animam* sic collocatam, requiem non invenire, juxta axiomam illud, *Motum rerum extra lacum esse rapido, placidum in loco*. Verum ut ad rem redeamus, Varia ita & subtilis *corporis humani* compositio & fabrica efficit, ut sit inlata organi maiest operosi & exquisiti, quod harmonia sua facile excidit. Quare apud Poetas, summa ratione, Musica cum Medicina in Apolline conjugatur; quia similes fere sic utriusque artis Genius; atque in eo consilat plane Medicus officium, in scientia corporis Lyram ita tendere & pulsare, ut resiliatur concentus minime discors, & insuavis. Ergo denunca ita subiecta, inconstans & varia, artem reddat magis conjecturalem: Ars autem tam conjecturalis cum sit, locum ampliore dedit non solum eritor, verum etiam impostur. Siquidem omnes aliae propemodum artes, & scientiae, virtute sua & functione, non sucessu aut opere, judicantur. Advocatum ipsa agendi & dicendi facultas,

M. 2 cultas;



cultas, non exitus causae, commendat; Gubernator navis, clavi tenendi petitia, non expeditionis fortuna, se probat. At Medicus, & fortasse Politicus, vix habeant actiones aliquas proprias, quibus Specimen Artis & Virtutis sue liquido exhibeant, sed ab Eventu praecipue Honorem aut Dedeccus reportant, iniquissimo profusus judicio.

Quousque enim quisque novit, argento mortuo, aut restituto, item Rep. flante, vel labante, utrum fitres casus, an confili? Fit itaque sepiissime, ut impostor palmam, virtus conferant rebeat. Quin ea est hominum infirmitas, & credulitas, ut sapientum Agyptium, aut Sagan, docto Medico preponant. Quare Poita oculati plane & perspicaces sussicte videntur, cum Æsculapius Circum Sororum dereliquerit, utrumque è Sole prognatum; sicut habetur in versibus, de Æsculapio Phœbigena,

Ille repertorum Medicina talis, & Aris,  
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

Et familiariter de Circe, Solis filia;

Dives incepsit ubi Solis filia lucis

Vix edipratam nocturna in lumina cedrum.

Omnibus enim Temporibus, fama & opinione vulgi, Sagax, & Anicula, & Impostores, Medicorum quadammodo rivales fuere, & de curationum celebritate cum iisdem fere certarunt. Ex hoc dic fides quid sequitur? Nempe ut Medici ita fecerunt, quemadmodum Salomon

lomon in te graviori; Si unius & scilicet mens eventus erit, quid mihi prædest, quod maiorem sapientia dedi operam? Equadem Medicus minus sapienter, si sapienter vacente alieni alteri studio, quod adiunxit, magis, quam Arti sua propria. Invenies etenim inter eos, Politas, Antiquarios, Criticos, Rhetores, Politicos, Theologos, atque in iis Artibus magis, quam in professione propria eruditos. Neque hoc sit, ut arbitror, quia (ut quidam Declamator contra Scientias Medicas obicit) habeatur quæ sibi obversentur objecta tam tredia & trifolia, ut animum ad alia abducere iis omnino sit opus; [Nam qui homines sunt, Nihil lenoniam a se alterum patens.] Sed ob hoc ipsum, de quo nunc agimus; Nempe quod arbitrentur, parum ipsi interest, vel ad exstimationem, vel ad lucrum, utrum artis sue mediocritatem, an perfectionem in ea maiorem assequantur. Morbi enim tedia, vita dulcedo, spei lallacia, & amicorum commendatio, efficiunt, ut homines facile in Medicis qualibetunque fiduciam collocent. Verum si quis haec attentius perpendat, ea potius ad culpam Medicorum, quam ad culpam excusationem prestant. Neque enim spem abiecte, sed vires potius intendere debuerant. Nam si cui placet observationem expergefactare suam, & paulatim circumspicere, etiam ex exemplis obviis, & familiaribus, facile deprehenderet, quantum obtineat imperii, intellectus subtilitas & acumen, in varietatem hinc Materiam, hinc Formam rerum. Na-



magis varium, quam hominum facies & vultus; Eorum tamen Discrimina infinita retinet memoria: Ino Pictor ex pauculis colorum testis, acie oculi usus, & viphantasie, & manus constantia, omnium facies, qui sunt, fuerunt, atque esiam (si coram representarentur) qui futuri sunt, penicillo imitari ac describere possit. Humana voce nil magis varium: Hujus tamen discrimina in singulis perlonis facile internoscimus: Quinetiam non defant Motiones & Pantomimi quidam, qui, quotquot libuerit, reddere sciunt, & ad vivum extimere. Nil magis varium, quam soni articulati, verba felicit: Via tamen inita est, ea redicendi ad paucas litteras Alphabeti. Atque illud verisimilium est; non ex eo, quod mens humana sit minus subtilis aut capax, perplexitates & acetalephas in Scientiis plerisque provente; sed ex eo potius, quod Objectum nimis in temoto colligatum sit. Sicut enim sensus, procul ab objecto diffitus, platinum falliter, debite appropinquatus, non multum errat; ita fit in intellectu. Solent autem homines naturam, tanquam ex praetexta turri, & a longe despiciere, & circa generalia nimium occupari; quando si defendere placuerit, & ad particularia accedere, resque ipsa attenuari & diligenter inspicere, magis vera & utilis fieret comprehensio. Itaque huius incommodi remedium, non in eo solum est, ut organum ipsum vel acuante, vel roborente, sed simul ut ad objectum proprius accedant. Ideoque dubitandum non est, quin si Medi-

Medici, misilis paulisper iphis genetalibus, Natura obviari ite vellet, compotes ejus fuerint, de quo ait Poeta,

*Et quoniam variant morbi, variabimus artes;*

*Mille mali species, mille salutis erant.*

Quod eo magis facere debent, quia Philosophiae ipsae, quibus innuntur Medici, sive Methodici, sive Chymici, (Medicina autem in philosophia non fundata, res infirma est,) parvitera sunt. Quare si nimis Generalia (licet vera forent) hoc vitium habeant, quod non bene homines ad actionem deducant, certe maius est periculum ab illis generalibus, quae in se falsa sunt: atque, loco deducendi, seducant.

Medicina igitur (uti perspeximus) adhuc altera comparata est, ut fuerit magis ostentata, quam elaborata: etiam magis elaborata, quam amplificata, cum labores in eam insinuari, potius in circulo, quam in progressu se exercueant. Plurima enim in ea video à Scriptoribus interata, addita pauca. Eam in tres partes dividimus, quae tria ejus officia nominabimus. Primum est *Conservatio Sanitatis*, secundum *Charatio Morborum*, tertium *Prolongatio Vita*. At istud postremum, non videtur Medici, tanquam partem principalem artis sue agnoscere, verum idem reliquias duobus facis imperite immiscuisse. Putant enim, si propulsent morbi, antequam ingruant, & carentur postquam invaserint, Prolongationem vite ulro sequi.

M +

Quod



Quod licet minime dubium sit, tamen parum acute prospicuum, hotum utrumque ad mortibus tantum pertinere, & ad eam columnmodo *vita prolongationem*, quae à mortis abbreviatur & intercipitur: Atqui siam ipsum vitæ producere, ac mortem, per resolutionem familiarem, & atrophiam senilem, senum obrepentem, ad tempus summovere, Argumentum est, quod nemo ex Medicis pro dignitate tractavit. Neque vero habeat animos hominem ille scrupulus, ac si haec res fato & divine Providentia commissa, in artis officium & munus jam primum à nobis revocaretur. Providentia enim proculdubio mortes quaesunque, sive ex violencia, sive ex morbis, sive ex decussu stratis, patines regit: Neque tamen ideo præventiones & remedia excidunt. Ats auctor, & industria humana, naturæ & fato non impenant, sed subministrant. Verum de hac parte paulo post dicemus; hinc tantum interea prælati, ne quis tertium iudicium Medicis, cum dubiis prioribus, (quo fere adhuc actum est) impeneri confundat.

Quod ad officium *tuerenda Sanitas* attinet, (ex officiis predictis Medicis primum) multi de eo scripserunt, cum in aliis rebus fatis impensis, tum nimium (ut arbitramur) delectui ciborum, minus quam pat est, quantitatè eorum tribuentes. Quin & in quantitate ipsa, tanquam Philosophi motales, mediocritatem nimis laudarunt; cum & jejunia in confititudinem versi, & virtus liberalis, cui qui absueverit, inclusa

melius sanitatem tuentur, quam istæ medicocritates, quæ naturam ignoravam fecerit seddant, neque excessus, neque indigentia, cum eous fuerit, patentem. Exercitationum autem species, quæ in sanitate tuenda plurimum possent, nemo ex Medicis bene diffinit, aut amostravit, cum vix inventari aliquæ inclinatio in morbum, quæ non exortatione quadam propria corrigi possit. Mortis renum globorum lusus convenient, pulmonum sagittatio, stomachi deambulatio & gestatio, atque alii alii. Verum cum haec pars, de *Valetudine conservativa*, secundum totum tractata sit, defectus minores persequi non est nostri instituti.

Quod vero ad *Curationem Morborum* attinet, illa demum pars est Medicis in qua plurimum laboris insumptum est, licet fructus fatis tenui. Continet autem *Dellrinum de Morbis*, quibus corpus humanum subjicitur, una cum eorumdem *Causis Symptomatis*, & *Medicis*. In hoc secundo officio Medicis, multa sunt quæ desiderantur: Ex his pauca, sed maxime insignia, proponemus, quæ enumeratis fatis dixerimus, absque aliqua ordinis aut methodi de lege.

Primum est, *Intermissio diligentie illius Hippocratis*, utilis admodum & accurate, cu moris erat, narrativam componere, casuum circa ægrotos specialiorem referendo, qualis fuisset morbi natura, qualis medicatio, qualis eventus. Atque huius rei nostris nobis jam exemplum, tam proprium atque insigne, in eo feliciter viro,

M 5 qui



qui tanquam Parens Artis habitus est, minime opus erit, exemplum aliquod formosum ab alienis artibus petere; Veluti à Prudentia Jurisconsultorum, quibus nihil antiquius, quam illustrios casus, & novas decisiones, scriptis mandare; quo melius se ad futuros Casus muniant, & instruant. Istam proinde *Continuationem Medicinalium Narrationum desiderari* video; praelertim in unum corpus cum diligentia & judicio digestam. Quam tamen non intelligo ita fieri debete amplam, ut plane Vulgata, & quae quotidie obveniant; [Id enim infinitum quiddam esset, neque ad rem:] rorbus tam angustam, ut foliimmodo Mirabilia & Stupenda (id quod à nonnullis factum) complectatur. Multa enim in Modo rei, & Circumstantiis ejus, nova sunt, quae in Genere ipso nova non sunt: Qui autem ad obseruantur adjectum animatum, ei etiam in rebus, quae vulgares videantur, multa observata digna occurrent.

Item in *Dissertationibus Anatomicis* fieri sollet, ut que corpori humano in universum competant, ea diligenter, usque ad curiositatem, & in numeris quibusque, notentur: At circa varietatem, quae in diversis corporibus reperitur, Medicorum diligentia fatigat. Ideoque *Anatomiam simplicem* luculentissime tractari alero, *Anatomiam comparatam* desiderari statuo. Partes enim singulas recte perscrutantur homines, earumque *Consistentias, Figuras, Situs*; sed illarum Partium diversam in diversis hominibus figuram & conditionem minus obser-

observant. Atque hujus omissionis causam non aliam esse arbitramur, quam quod ad pri-  
main inquisitionem inspectio unius aut alterius *Anatomia* sufficere possit; ad posteriorem vero { que comparativa est, & causum recipit } necesse est, ut plurimarum dissectionum atten-  
ta & perspicax observatio adhibeatur. Prior et  
iam res est, in quo homines docti, in praelectionibus suis, & in cœtu Aslantium, se jactare pos-  
sunt: at secunda ea est, que tacita & diuina ex-  
periens tantum acquiri potest. Illud interea  
minime dubium est, quod internarum partium  
figura & structura parum admodum extre-  
num membrorum varietati & lineamentis ce-  
dat; quodque corda, aut jecinora, aut ventricu-  
li, tam dissimilia sint in hominibus, quam aur  
frontes, aut nasi, aut aures. Atque in his ipsis  
differentiis partium internarum, reperiuntur  
sepius *Causes continentia* multorum Morbo-  
rum; quod non attendentes Medici, humores  
interdum minime delinquentes criminantur:  
cum ipsa Mechanica paris alieujus fabrica in  
culpa sit. In quorum Morborum cura, opera  
luditur, si adhibeantur Medicina alterantes,  
{ quia res alterationem non recipit } sed emen-  
danda res est; & accommodanda, seu pallian-  
da, per vietus regimen, & Medicinas fa-  
miliates. Similiter, ad *Anatomiam Compa-  
ratam* pertinent accurate obseruationes,  
tam *Humorum omnigenorum*, quam *Vestige-  
rum & Impressorum Morborum*, in cor-  
poribus variis diffectis. Etenim humores in



*Anatomia*, tanquam purgamenta & fastidia, fere pretermitti solent, cum tamen in primis necessarium sit notare, quales & quam multiplices sint *Vivorum* differentiarum species (non numerum in hac re tribuendo divisionibus corrum receptis) qui in corpore humano aliquando inveniantur, & in quibus *Cervitibus*, & *Receptaculis*, quilibet ipsorum, sedes & nidulos suos figere potissimum soleat; quoque juvamento aut damno; atque his familia. Itidem *Vestigia* & *Impressiones* *morborum*, & *Interiorum Partium* ab iis *lesiones* & *devastationes*, in diversis *Anatomia* cum diligentia notanda; Nempe Apostemata, Ulceræ, Solutiones Continuitatis, Putrefactiones, Excrescences, Consumptiones, rufus Contractions, Extensio-nes, Convulsiones, Luxationes, Dislocacio-nes, Obliterationes, Repletiones, Tumores, una cum omnibus Materiis Praeter-Naturali-bus, que in corpore humano inveniuntur, (veluti Calculis, Carnositatibus, Tubertibus, Vermibus, & locustismodi:) Haec (inquam) omnia, & his similia, per eam, quam diximus, *Anatomiam comparantam*, & multorum Medicorum Experimenta in unum collata, magna cum cura perquiri & componi debent. At varietas ista accidentum in *Anatomica* aut perfunditorie tractatur, aut silentio praeterit.

De illo vero altero defectu circa *Anatomi-am*, (nempe quod non fieri consueverit in corporibus viris) quid attiner dicere? Res enim hanc odiofa, & barbara, & à Celsio recte damnata,

minata. Neque tamen illud minus verum est, (quod annotatum fuit à Priscis) poros completes & meatus, & pertusiones, quae sunt ex tuberis in *Anatomia* disfectionibus non compateat; quippe que in cadaveribus oculantur & latent, cum in Viventibus dilatentur, & possint esse conspicuæ. Itaque, ut & ubi consuetus simili & humanitati, non est omnino rejectienda *Anatomia Vivorum*, neque ad fortuitas Chirurgorum inspectiones (quod Celsus fecit) remittenda: cum hoc ipsum bene expediti possit per disfectionem Brutorum Vivorum, que, non obstante suarum partium dissimilitudine humanis, huic inquisitionis, adhibito iudicio, satisfacere possint.

Item in inquisitione illorum de *Morbis*, inveniuntur *Morbi* complures, quos *Insanabiles* deceuntur, alios jam inde à principio morbo-rum, alios post talen quamplam periodum. Ita ut L. Sylle & Trium-virorum Proscriptiones, res nihil fuerint, præ Medicorum proscriptio-nibus, per quas tot homines iniquissimis editi morti dedum; Quorum tamen plurimi minore cum difficultate evadunt, quam illi olim inter proscriptions Romanas. Neque igitur dubitabo inter *Desiderata* reponere opus aliquod de *Curationibus* *Morborum*, qui habentur pro *Insanabilibus*; ut evocentur & excitantur Medici aliqui egregii, & magnanimi, qui huic operi, quantum largitur natura rerum, incumbant; quando hoc ipsum, illos morbos pronun-ciare *insanabiles*, neglegunt & incusant veluti legem



lege sanctar. & ignorantiam ab infamia eximatur.

Item ut paulo ulterius infinitam: Etiam plane censeo ad officium Medici pertinere, non tantum ut Sanitatem restituat: verum etiam ut dolores & cruciatiss Morborum mitiget: Neque id ipsum solummodo, cum illa mitigatione Doloris, veluti Symptoma periculosi, ad convalescentiam faciat & conducat; immo vero cum abjecta proflus omni sanitatis spe, Excessum tantum praebeat *vita magis lenem & placidam*. Siquidem non parva est felicitatis pars, (quae sibi tantopere precari solebat Augustus Caesar) illa Euthanasia; Quae etiam observata est in Excessu Antonini Pii, quando non tam Moti videretur, quam dulci & alto sopore excipi. Scrutibus etiam de Epicuro, quod hoc ipsum sibi procuraverit: cum enim morbus ejus haberetur pro desperato, ventriculum & fenus, meni largiore haustu & ingurgitatione obruit, unde illud in Epigrammate.

*Hinc Stygii ebrios hanse-*

*guas.*

Vino scilicet Stygi latice amaritudinem futilit. At nostris temporibus, Medicis quasi Religio est, agrotis, postquam deploreati sunt, affidere; ubi meo iudicio, si officio suo, atque adeo humanitati ipsi decesse nolint, & artem ediscere, & diligenter praestare deberent, qua animam agentes, facilius & mitius *vita demigrene*. Hanc autem partem, inquisitionem de *Euthanasia exteriori* (ad differentiam ejus *Euthanasia*, qua anima preparacionem respicit)

cum appellamus, eamque inter *Desiderata* responsimus.

Item in *Curationibus Morborum* illud generaliter *desiderari* reperio; Quod Medicis hujuscetateis, licet generales intentiones *Curationum* non male persequantur, particulares tamen Medicinas, quae ad curationes morborum singulorum, proprietate quadam spectant, aut non bene notunt, aut non religiose obseruant. Nam Medicis traditionum & experientiae probatae fructuum Magistratibus suis destruxerunt, & suffulerunt; Addendo, & demendo, & mutando circa Medicinas, prout illis libitum fuerit; & fere Pharmacopoeiarum more *Quid pro Quo* substituendo; ita superbe impetrantes Medicina, ut Medicina non amplius imperet Morbo. Dempsi enim Theriaca, & Mithridatica, & fortasse Diacordio, & Confessione Alkermes, & paucis aliis Medicinis, ad nulla fere certa Pharmacaria se religiose & severe adstringunt. Nam Medicamenta illa, quae in officinis prostant venalia, potius in promp-  
tu sunt ad intentiones generales, quam accommodata & propria ad curationes particulares; Siquidem speciem nullum morbum magnopere respiciunt, verum generatim ad obstructions aperiendas, concoctiones confortandas, intemperies alterandas pertinent. Atque hinc præcipue sit, ut Empirici & Vetera siipenumero in curandis morbis feliciter operentur, quam Medicis eruditis, quia Medicinarum probatarum confectionem & com-



positionem fideliter & seruuloze retinente. E-  
quidem memini, Medicum quandam apud nos  
in Anglia Practica celebrarem, Religione prope  
Iudeorum, Librotum lectione taliquam Al-  
bam, solitum dicere, *Medici vestri Europae sunt*  
*quidem viri docti, sed non norunt particulares*  
*curationes morborum:* quinquam idem induete  
solebat, parum decoro, dicendo, *Medices no-*  
*stros similes esse Episcopos, ligandi & solvendi clavis*  
*habere, & nihil amplius. Sed ut scio, quod*  
res est, dicamus; Plutimum resepte censemus,  
Medici aliqui, & etiudione & practica infi-  
gniores, opus aliquod conficiant, de Medicis  
probatis & experimentalibus, ad morbos  
particulares. Nam quod speciosa quis ratione  
nixus, existimet decere Medicum doctum  
(habita ratione complexioris & agrosim, & statis,  
tempestatibus anni, consuetudinum, & hujusmodi)  
potius Medicinas ex tempore aptare, quam  
certis aliquibus praescipitis infistere; id fallax  
res est, & experientie non satis attribuit, judi-  
cio plus nimis. Sane, quemadmodum in Rep.  
Romana, Cives erant utilissimi, & optime  
compositi, qui aut Consules Populo favebant,  
aut Tribuni in partes Senatus inclinabant: ita  
in hac Materia, de qua agimus, Medicos eos  
probamus, qui aut in magna eruditione, tradi-  
tiones experientes plurimum faciunt; aut in  
Practica usigni, Methodos & generalia Ar-  
tis non alpestris: Medicationes vero Me-  
dicinatum (si quando sit opus eas adhibere)  
potius in vehiculis eorum exercende sunt,  
quam

quam in ipso corpore Medicinarum; in quo  
nil novandum, absque evidenti necessitate.  
Hanc igitur partem, que de Medicinis Autken-  
tiis & Peperis tractet, desiderari statuimus.  
Res autem est, quae tentati non debet, abs-  
que acti & severo iudicio, & tanquam in Sy-  
nodo Medicorum selectorum.

Item, inter preparationes Medicinatum,  
mitari subit, (praelettum cum Medicis ex Mi-  
neralibus à Chymicis in tantum evecta & cele-  
brata sint; cumque tales Medicinae tunc ad-  
hibeantur ad exteriora, quam intro sumantur)  
neminem adiuc inventum, qui per artem ther-  
mam Naturales & fontes Medicinales imitari an-  
nixus haerit: cum tamen in confessio sit, Ther-  
mas illas & fontes, virtutes suas, ex venis Mi-  
neralibus, per quas primeant, nasci: qui-  
entiam, in manufactura hujus rei documentum,  
bene nostris humana industria discentem &  
dilungit, per Separationes qualidam, ex quo  
genere Mineralium hujusmodi aquae inficiantur,  
veluti ac ex sulphure, vitriolo, chaly-  
be, non aliquo simili. Que naturalis aquarum  
tinctura, si ad artificiosas compositiones  
reduci posset, fuerit in potestate hominis, &  
pluta genera eorum (propter usum postular) effi-  
cere, & temperamentum ipsatum pro arbitrio  
regere. Hanc igitur partem, de *imitatione Na-*  
*tura in balvis Artificialibus* (re procul dubio  
& utili, & in promptu) desiderari cen-  
semus.

Ne vero singula scrupulofius execuamur, quam vel instituto nostro, vel hujusc Tractatus Nature convenient, claudemus hanc partem defectus alterius cuiusdam enumeratione, qui maximi nobis videtur momenti: Nimirum quod *Medendi ratio*, que obtinuit, sit *nimio plus compendiosa*, quam ut insigne aliquid, aut arduum, praestare possit. Etenim iudicio nostro, opinio fuerit magis blanda, quam vera, si quis existimat, Medicamentum aliquod tam potens aut felix fieri posse, ut usus ejus complex curationi aliquic grandiori sufficiat. Mirabilis profecto foret Oratio, que pronunciata, aut etiam sapientia repetita, virtutis aliquod, animo penitus infundi, aut inverteratur, conigere aut tollere possit. Longe certe absit. Verum que in Natura examine possunt & possent, sunt ordo, prosecutio, seties, vicissitudine artificio. Quae licet maius quedam in praeceptendo judicium, majoremque in patendo confitiam requirant, tamen effectuum magnitudine abunde rem compensant. Eti autem ex opere Medicorum quotidiana, quam invincibiliter affido, praeferebendo, agrociis praestant, putare quispiam, haud segniter ipsos curationem persequi, atque in eadem, certa quadam via in- fuisse: Tamen si quis ea, que praescribere & ministrare soleant medici, acutus introspicias, inveniet pleraque vaccinationis & inconfitante plena, & que ex tempore excogitentur, & in mentem illis veniant, abique certo aliquo aut previso Curationis tramite. Debuerant autem etiam

etiam ab initio, post Morbum bene perspectum & cognitum, seriem curandi ordinatam mediari, neque ab ea absque gravi causa discedere. Atque sciens pro certo Medicis, posse (exempli gratia) tria fortasse aut quatuor Medicamenta ad morbum aliquem gravem curandum recte praescribi, que debito ordine & debito inter- intervallo sumpta, curationem praestent, quorum finis, si per se tantum sumentur, aut si ordo in- venteretur, aut intervallum non servaretur, fuerint prosus nocitura. Neque tamen id volu- mus, ut omnis scrupulosa & superficiosa cu- randi ratio in pretio sit tanquam optima, (non magis, quam omnis *Vita arcta*, *vita sit ad Gar- lum*) verum ut aequa recta sit via, ac arcta & difficilis. Hanc autem partem, quam *filium me- dicinale vocabimus*, desiderari ponimus. Atque haec illa sit, quo in *Doctrina Medicina de Cu- ratione Morborum desideramus*: nisi quod reflet- unicum, quod pluris est, quam illa omnia. De- sideratur nimirum *Philosophia naturalis ve- ra & activa*, cui *Medicina Scientia* insidi- fieretur. Ceterum illa non est hujusc Trac- tatus.

Tertiam partem *Medicinae*, possumus illam de *Prolongatione vita*, que nova est, & deside- ratur: Estque omnium nobilissima. Si enim tale aliiquid inventi possit, non versabitur tantum Medicina in *Curationum cordibus*; nec Medicis ipsi propter *Necessitatem solunimo do honora- buntur*, sed utique propter donum mortali- bus, ex terrenis, quasi maximum, ejus poten- tia.



ritus esse, secundum Deum, Dilapsatores, Administri. Licet enim *Mandaei* homini Christiano, ad terram promissionem contendenti, tanquam *Erebus* sit, tamen in *Erebo* ipsa proficisciens, calceos & vestes (*Corpus* scilicet nostrum, quod anima loco Tegminis est) minus atteri, Gratia divina Munus quoddam astimandum. Hae de se, quia est ex optimis, eamque inter *Desiderata* possumus, ex more nostro, & monita dabimus, & indicia, & Precepta.

*Tertio momentu*, ex Scriptoribus, cetera hoc Argumentum, neminem esse, qui aliquid magni, ne dicamus aliquid sani, reperiret. Aristotle certe *Commentarium* de hoc edidit perpallium, in quo noram inest acutus: quod ipsum omnia esse vult, ut solerit. At Recentiores tam officianter, & superstitione de hoc scripserunt, ut Argumentum ipsum ob eorum vanitatem, tanquam vanum & vecors haberi coepit.

*Secondo momentu*, ipsas intentiones, que hunc spectant, medicorum, res nihil esse, & cogitationes hominum à re potius abducere, quam versus eam dirigere. Sermocinatur enim, mortem in desstitutione calidi & humidii confidere: Debet itaque calorem naturalem confortari, humorem autem radicalem soveri: Perinde ac si hæc res iuseculis, aut lactulis & malvis, aut amydo, aut jujubis, aut rufus aromatibus, aut vino generolo, aut etiam spiritu vini, & oleis Chymicis, confici posset. Quæ omnia obsunt potus, quam prolixe.

*Tertio momentu*, ut homines nugari desinent,

sunt, nec tam faciles sint, ut credant, grande illud opus, quale est *Natura*, cursum remontari & retrovertere, posse haustu aliquo matutino, aut usi alicuius precepsæ medicinae ad existum perdi: non auro potabili, non marginariorum efficiens, & similibus nugis: sed ut pro certo habeant, *Prolongationem Vitæ* esse rem operofam, & quæ ex compluribus remediis, atque eorum inter se connexione idonea, constet. Neque enim quisquam ita stupidus esse debet, ut credat, quod nunquam factum est adhuc, id fieri jam posse, nisi per modos etiam nunquam tentatos.

*Quarto momentu*, ut homines tite animadveriant & distinguant, circa ea, quæ ad *vivam sanam*, & ea, quæ ad *vitam longam*, conferre possint. Sunt enim nonnulla, quæ ad spissitudinem alacritatem, & functionum Robur, & Morbos ascendens, profundit: quæ tamen de summa vita detrahunt, & Atrophiam senilem absque. Morbis accelerant: Sunt & alia, quæ ad *Prolongationem Vitæ*, & Atrophiam senilem longius luminosendant juvare: sed tamen non usurpantur absque periculo Valetudinis. Ad eo ut qui sis utentur ad *Prolongationem Vitæ*, debent simul incommode occurtere, quæ aliquin ex eorum usi supervenire possint. Atque *Admita* hæc tenus dedimus.

Quod ad *bubas* attrinet, tale hujus rei (quam Animo metitur) plasma est. Conservantur res & durant duobus modis: Aut in *Identitate*: Aut per *Reparationem*. In *Identitate*

*fus,*



sua, ut *mufca* aut *formica* in *succino*: *Flos*, aut *Pomum*, aut *Lignum* in *Conservatorio* *Nivalibus*: *Cadaver* inter *balsama*. Per *Reparacionem*, ut in *Flamma* & in *Mechanice*. *Operarii* ad *Prolongationem Vita*, utroque genere utendum est, [disjuncta minus pollunt] corpore humano conservandam, quemadmodum *Inanimata* conservantur: Ac rufus quemadmodum *Flamma* conservatur: Ac denique quadtenuis ut *Mechanica* conservantur. Tres igitur sunt ad prolongandam vitam intentiones: *Retardatio Consumptio*: *Probitas Reparacionis*, & *Renovatio* ejus, quod caput vererascere. *Consumptio* fit in dubius *depravationibus*: *Depradationis* *Spiritus innati*; & *Depradationis Aëris ambientis*. *Prohibitio* utriusque duplex: Aut si *Agentia* illa sicut minus *Predatoria*, aut si *Patientia* (*Sucei* scilicet corporis) redduntur minus *Deprasabilis*. *Spiritus* fit minus *Predatorius*, si aut *substantia* densior, ut in ufa *Opiaterum* & *Nitratiorum*, & in *Centrifugationibus*: Aut *Quantitate* minuerat, ut in *Distis Pythagoricki* & *Monasticis*: Aut *Motu* leniorum, ut in *Oto* & *Tranquillitate*. *Aëris* ambiens fit minus *Predatorius*, si aut minus incalescat à *Radis Soli*, ut in *Regionibus* *frigidioribus*, in *Speluncis*, in *Montibus*, & in *Columnis Anachoretarum*: Aut summoveatur à *Corpo*, ut in *Cute densa*, & in *plumis Avium*, & in *ufo Olei* & *Voguentorum* absque *Aromaticis*. *Sucei Corporis* redduntur minus *depravabiles*, si aut *Duri* facti sunt, aut *Rofidi* sine oleo.

*Duri,*

*Duri*, ut in *Vidu* afferro, *vita* in *Frigido*: *Excitationibus robustis*: *Balsis* quibusdam *Mineralibus*. *Rofidi*, ut in *ufo Dulcium*, & *afflentia* à *Salfis* & *Acidis*, & maxime omnium in tali *Missione Potus*, quae fit *Pattium* valde *tenueum* & *subtilium*, ab quo tamen omni *Aeromonia* aut *Accidere*. *Reparatio* fit per *Alimenta*: *Alimentatio* autem promovetur quatuor Modis: Per *Conciliacionem Viscerum* ad *Erruptionem Alimenti*, ut in *confortantibus viscera* *principiis*: Per *excitationem partium extensorum* ad *attractionem alimenti*, ut in *exercitationibus* & *frictionibus* debitis, atque *unditionibus* quibusdam & *Balneis* *appropriate*: Per *preparationem* *alimenti* *iphus*, ut facilius se infiniet, & *digestiones* ipsa quadam tenus anticipet, ut in *vatis* & *artificio* modis eis condendi, potus *ascendi*, *pans* fermentandi, & horum trium virtutes in unum redigendi: Per *confortationem* *iphus* ultimi *altis affumigationis*, ut in *fummo* *tempellivio*, & *applicationibus* quibusdam *exterioribus*. *Renovatio* ejus, quod caput vererascere, fit duobus modis: Vel per *Intenerationem* *habitus corporis* *iphus*, ut in *ufo Malacificationum* ex *Balneis*, *Emplastris*, & *Vunctionibus*: quae talia sunt ut *imprimant*, non *extrahant*: Vel per *expurgationem* *succi vesteris*, & *substitutionem* *succi novi*, ut in *tempellivis* & *repetitis* *purgationibus*, *sanguinis Missionibus*, & *Dianis attenuantibus*, & quae *florem corporis* restituunt. Atque de *Inducis* hactenus.

*Præcepta*, quanquam ex *iphs* *Inducis* pluri-  
ma



ma possim deduci; tria tamen veluti praeципna subiungere vilum est. *Principium* primo, ut Prolongatio vite expectetur potius à Dietis statis, quam à Regimine aliquo viitus familiaritati; aut etiam à medicamentorum particularium excellentia. Etenim, que tanta virtute polent, ut naturam retrovertire valeant; fortiora plerunque sunt & potentiora ad alterandum, quam ut simili in aliqua Medicina componi, multo minus in viitu familiaritatis interpergi possint. Superet itaque ut feriatim, & regulariter, & ad tempora certa, & vicibus certis recurrente, adhuc beantur.

Secundo *principium*, ut Prolongatio Vita, expectetur potius ab operatione in Spiritus, & à Malacificatione partium, quam à modis alimentandi. Etenim, cum Corpus humanum, ejusque Fabrica (missis extensis) à tribus patiatur, Spiritibus feliciter; Partibus; & Aliumentis; Vix prolongations vita per aliments, modos longa est; atque per multas ambages & circuitus: At vita per operationes super Spiritus, & super partes, multo breviores sunt, & quibus etiam ad finem desideratum pervenitur; Eo quod Spiritus subito patiantur, & à vaporibus, & ab affectibus, quæ miris modis in eos possunt: partes item, per Balœas, aut Unguentum, aut Emplastrum, quæ subitas etiam impetiones faciunt.

Tertio *principium*, quod Malacifacatio partium per Exterius, sicut deber per *Confusionalia*, *Imprimentia*, & *Occludentia*. *Confusionalia*

*flantialia*, *Imprimentia*, & *Occludentia*. *Confusionalia* enim benevolo partium amplexu libenter exsiliuntur, & proprie malacificant. *Imprimentia* autem, & virtutem Malacifacientium, tanquam vehicula, facilis & aleius deducunt, atque ipsa partes nonnulla expandunt. *Occludentia* autem, virtutem utrumque retinent, & paulisper figurant, & perspirationem, que est res Malacificationis opposita, (quia humidum emitit), cohibent. Itaque per haec tria (sed potius ordine disposita, & succedentia, quam commixta) res absolvitur. Interim in hac parte monemus, non eam esse intentionem Malacificationis, ut nutrit partes per exterius; sed tantum ut eas reddat magis idoneas ad nutrendum. Quicquid enim magis aridum est, minus est activum ad assimilandum. Atque de *Prolongatione Vita*, que est pars tercia *Medicina*, noviter a scripta, hæc dicta sunt.

Veniamus ad *Cosmeticanam*, quæ certe partes habet civiles, partes rursum effeminatas. Corporis enim munditia, & decor honestus, recte exultum promanare à modestia quadam motum, & à reverentia; imprimit erga Deum, cuius creatura sumus; tum erga societatem, in qua degimas; tum etiam erga nosmet ipsos, quos non minus, imo magis, quam alios revereri debemus. Verum adulterina illa decoratio, quæ fuscos & pigmenta adhibet, digna certe est illis defectibus, qui eam semper continxunt, cum non sit, aut ad fallendum latissima ingeniosa, aut ad utendam latissima commoda, aut



ad salubritatem satis tuta & innocua. Miserrim autem, pravam hanc consuetudinem fundandi leges eccloriarum, tam Ecclesiasticas, quam Civilis, quae alias in luxuriam circa velles, aut culus capillorum effeminatos, admiodum fuerint severae, ita diu fugisse. Legimus certe de *terribile*, quod pigmentis faciem obliterare, verum de *Ethica*, & *Iudicia*, nil tale perlubetur.

Pergamus ad *Athleticam*. Eam sensu intelligentiam paulo largiori, quam accipi consuevit. Huc enim referimus, quicquid versum circa conciliandam qualiterunque (quam corpus humanum inscripsit) *Habitudinem*, sive sit *Agilitas*, sive *Tolerantia*. Quorum *Agilitas* duas habet partes, *Robus* & *Velocitas*: Ac *Tolerantia* idem duas, vel *Indigentiarum Naturalium patientiam*, vel in *Circumstibus Fortitudinem*. Quorum omnium videntur expenitudo exempla insignia, in practica funambulorum, in dure vita hominum querundam Barbarorum, in superbris viribus Maniacorum, & in constans nonnullorum inter exquisita Torturam. Inso si aliqua alia reperiatur facultas, que in priore patutionem non cadit, (quales in *Prinitoribus* sape consuevunt, qui misericordie Anhelitum colabent posse) ad hanc ipsam Artem aggregari volumus. Atque quod talia fieri quandoque possint, manifestissimum est: At Philosophia & inquisitione causarum circa eadem fere neglecta jacet: hanc arbitramur obs causam, quod hominibus perlungatum sit,

sit, hujusmodi Magisteria Naturae, solummodo vel ex peculiari ceterorum hominum indole, (que sub disciplinam non cadit,) vel à diutina, ab annis usque pueribus, consuetudine, (que potius imperati, quam doceri solet) obtinere. Quod etsi verum protius non sit, tamen *dilectus* hujusmodi rerum quid attritus notate? Ceteramina enim Olympica jam diu cessarunt: Tum etiam in ejusmodi rebus mediocritas sufficit ad ultimam: Excellencia autem mercenariae cuidam ostentationi fere inservit.

Postremo accedimus ad *artes voluptarias*. Ex secundum sensu ipsos dispergit fuit: oculos oblectat præcipue *Pictura*, cum aliis attributis innumeris, quæ ad magnificentiam spectant, circa zelifica, hortos, vestes, vasæ, calices, gemmas, & similia. Aures demulcit *Musica*, quæ tanta voenæ, spiritus, chordarum, varietate, & apparatu intrat. Olii etiam *Hydraulica*, pro Coryphaeis quibusdam Antis ejus habita sunt, quæ nunc prope obsoleverunt. Atque Artes, quæ ad Vism, aut Auditum spectant, præ aliis præcipue *Libertates* habita sunt: Sensu hi duo magis casti: Scientiae magis eruditæ, quippe qui etiam *Mathematicam*, veluti *Ancillam*, in Familia suis habent: Eciam altera ad memoriam & demonstrationes, altera ad motes & affectus animi nonnihil despiciunt. Reliquorum sensuum oblationes, atque artes circa ipsos, minus in honore sunt: veluti Luxuriaz, quam Magnificentie proprieates, unguita, odoramenta, Deliciae &



Cupediz Menstruum , maxime autem Incitamenta Libidinis , rectius censore , quum Doctore indigent . Optime sane à qui buldum annotatum est , nacentibus & crescentibus Rebus pubes , artes Militares florere , in statu & culmine positis Liberales ; at ad declinationem & decalum vergentibus Voluptarias . Hac vero artas notitia , viceror ne tanquam in decalu felicitatis , in Artes voluptarias inelinet . Quare ista missa faciamus . Cum Artibus Polypatris Ioculares copulo . Deceptiones siquidem Sensuum , inter Declarationes Sensuum reponendas sunt .

Jam vero transcurrit Doctrina illis , circa corporis humanum , (Medicina , Cosmetica , Athletica , Voluptaria ) illud obiter monemus ; Cum in corpore humano tot Res in considerat onem veniant , partes , humoros , functiones , facultates , accidentia : cumque ( si nobis integrum esset ) constitutus oportueret corpus unicum Doctrina de corpore humano , que illa omnia completeretur , ( simile illi Doctrina de anima , de qua mox dicemus ) : tamen , ne artes nimis multiplicantur , neve veteres artium limites , plusquam necesse fuerit , transponantur Doctrinae de partibus corporis humani , de functionibus , de humoribus , de respiratione , de somno , de generatione , de factu & gestatione in utero , de Augmentis , de pubertate , de canicie , de iniquitate , & similibus , in Corpus Medicina recipimus ; licet ad officia illa tria non proprie pertineant ; sed quia corpus ipsum hominum , sit per omniam Medicina Subjectum . Motum autem ve-

lunta-

Iantariorum , & sensum , ad Doctrinam de anima rejiciamus , siquidem Anima partes in his duobus sunt posteriores . Atque sic Doctrinam , que circa corpus hominum versatur , quod Animae pro tabernaculo ducasat est , claudimus .

## C A P . III .

Partis Philosophiae humanæ circa animam , in Doctrinam de spiritu ; & doctrinam de anima sensibili sive producta . Partis secunda ejusdem Philosophiae in Doctrinam de subtilitate & facultatibus animalibus , & doctrinam de usâ & objectis facultatum . Appendice duas doctrinas de facultatibus animæ ; Doctrina de divisione naturali , & doctrina de formatione . Distributio facultatum animæ sensibilis in motum & sensum .

**V**eniamus ad doctrinam de anima humana , è cuius thesauris , omnes exercitæ doctrinae depromptæ sunt . Ejus duæ sunt partes ; Altera tractat de anima rationali , quæ Divina est ; Altera de irrationali , quæ communis est cum Brutorum . Notavimus autem paulo superius ( ubi de formis loquebamur ) differentes illas duas animarum emanationes , que in prima utriusque creatione sicut dant conspicendas . Nam in primis altera otium habuerunt à spiraculo Dei , saceræta è matribus Elementorum . Nam de anima rationali generatione primitiva , ita ait Scriptura , Formavit hominem de limo terra . & spiravit in faciem spiraculum vita . At generatione animæ irrationali , sive Brutorum , latra est per verba illa , Producat aqua , producat



*est terra*. Hec autem anima (qualis est in homine) anima rationalis organum unum est, atque originem habet & ipsa quoque, quemadmodum in *Biusis*, è luna terzè: Neque enim dictum est, *Formavis corpus hominis de luna terra*, sed *Formavis hominem i integrum scilicet hominem*, excepto spiraculo. Quamobrem partem primam doctrina generalis circa animam humanam, doctrinam de spiraculo appellabimus; Secundam vero, doctrinam de anima sensibili sive producta. Neque tamen cum haec tenus Philosophiam solam tractemus, (quippe Sacram Theologiam in fine operis collacavimus) partitionem istam à Theologia mutuaremus, nisi etiam cum principiis Philosophia convenient. Parvissima enim & maxime sunt anima humana prececcentiae super animas Brutorum, etiam Philosophantibus secundum sensum manifesta. Ubi cunque autem rot & tantarum inventus Excellentiarum Symbolum, ibi merito semper confitentur debet differentia specifica. Itaque nobis non minimum placet confusa illa & piominea philosophorum de anima functionibus tractatio; ac si anima humana, grada potius, quam specie, discriminata esset ab anima Brutorum: Non aliter, quam Sol inter Astra, aut Aurum inter Metalla.

Subjungenda est etiam particio alia doctrina generalis circa animam humanam, antequam de speciebus suis loquamur. Etenim, quae de speciebus postea dicemus, utrunque

tramque partitionem, tunc illas, quam jā modo possumus, tum istam, quam nunc proponemus, simul tractabunt. Secunda igitur particio fit, in doctrinam de substantia & facultatibus anima, & doctrinam de usu & objectu facultatum.

Præmissis itaque his partitionibus geminis, ad species accedamus. *Doctrina de spiraculo*, eademque de substantia anima rationali, complectiū inquisitiones illas de Natura ejus; Utrum nativa sit illa, an adventitia; separabilis, an inseparabilis; mortalis, an immortalis; quatenus legibus materia aliq[ua]ta, quatenus minima: & simila. Quae vero hujus sunt generis, licet etiam in Philosophia, & diligentiorē & altiore inquisitione subire possint, quam adhuc habent, unctione tamen in fine, Religioni determinanda & diffundienda rectius transmitti censemus: Alter enim, erroribus hanc pacis, & fendi illusionibus omnino exponentur. Etenim, cum *Substantia anima*, in creatione sua, non fuisset extracta, aut deduceta ex massa Cœli & terræ, sed immediate inspirata à Deo, cumque leges Cœli & terræ, sot propria subiecta Philosophia; quomodo possit cognitio de *substantia anima rationalis* ex philosophia peti & haberi? Quinimo ab eadem inspiratione Divina hauriatur, à qua substantia anima primo emanavit.

*Doctrina vero de anima sensibili, sive producta*, etiam quatenus ad substantiam ejus, vere inquiritur: At ea inquisitio nobis quali datur?

derari videtur. Quid enim ad doctrinam de substantia anima faciunt, Adhuc ultimus, & forma corporis, & huiusmodi nuge Logica? *Anima* siquidem sensibilis, sive Brutorum plane substantia corporeta confenda est, à calore attenuata, & facta invisibilis; *Aura* ( inquam ) ex natura flammes & aërea consuta, alitis mollicie ad impressionem recipiebat, ipsius vigore ad actionem vibrandam dota; partim ex oleofis, partim ex aquae nutrita; Corpore obducta, atque in animalibus perfectis in capite precipite locata; in nervis percurrens, & sanguine spirituoso arteriam refecta & reparata, quemadmodum Bernardinus Telesius, & Discipulus ejus Augustinus Donius, aliqua ex parte, non omnino inutiliter, assertuerunt. Itaque de hac doctrina, diligentissimi fisi inquisitio: Eo magis, quod hoc res non bene intellecta, opiniones superfluousas, & plane contaminatas, & dignitatem anima humana pessime conculeantes, de Metempsychose, & Infringentibus animarum per periodos annorum, denique de nimis propinqua anima humana erga animas Brutorum per omnia cognitione, peperit. Est autem haec anima in Brutis anima principali, cuius corpus Brutorum organum; In homine autem, organum tantum & ipsa anima rationalis, & spiritus, potius appellatione quam anima indigitari possit. Atque de substantia anima haec enus.

Facultates autem anima notissime sunt; Intellectus, Ratio, Phantasia, Memoria, Apper-  
titus,

titus, Voluntas, denique universæ ille circa quas versantur Scientiae Logicae, & Ethicae: Sed in doctrina de anima, origines ipsarum tractari debent, idque physice, prout animæ innate sint, & adhærent: *naturæ* tantum ipsarum, & Objecta, illis alteris artibus deputantur. Atque in hac parte nihil egregii ( ut nobis videatur ) adhuc repertum est; quanquam desiderari eam haud lane dixerimus. Habet etiam pars ista de facultatibus anima appendices duas, que & ipsæ quemadmodum tractantur, positus famosus nobis exhibuerunt, quam flammam aliquam lucidam veritatis: Altera harum est doctrina de divinatione naturali, Altera de fæcinatione.

Divinationem ab Antiquis, nec male, in duas partes divisam habemus; Artificialis, & Naturalis. Artificialis ratiocinando, ex indicacione signorum, praedictionem colligit. Naturalis, ex ipsa animi præfensione intesa, absque signorum adminiculis, præfigit. Artificialis duplex: Altera argumentatur ex causis; Altera ex experimentis tantum, cœca quadam auctoritate. Quæ posterior, ut plurimum, superstitionis est. Quales erant Ethnicorum Discipline, circa infestationem exterorum, volatum avium, & familia. Etiam Chaldaeorum Astrologia solenior, non multo melior. At artificialis Divinatio utraque, inter diversias Scientias spargitur. Habet Astrologus predictions suas ex situ astrovum. Habet etiam Medicina suas; de morte insigne, de convalescentia; de symptomis

matibus morborum supervenientis; ex utinis, pulibus, aspectu ægrotum, & similibus. Habet & Politicus suas; O nrbem venalem & cito perituram, si Emporem invenerit! Cujus Vaticini fides non diu morata est; impleta primum in Sylla, postea in Cæsare. Hujusmodi igitur predictiones, praesentes non sunt infirmæ, verum ad artes proprias remitti debent. *Natura* autem *Divinatio*, ex vi scilicet interna animorum habens, ea deinceps est, de qua nunc agitur. Hæc duplex est; Altera *nativa*: altera per *influxum*. *Nativa* hoc nimirū suppositionis fundamento: Quod anima in se redieta, atque collecta, nec in corporis organa diffusa, habeat ex vi propria essentia sua, aliquam prænotiem rerum futurorum: Illa vero optime censetur in formis, ecclæsiis, confusis mortis, rariis inter virginianum, aut cum corpus sanum sit ac validum. Hujusmodi vero status animi, procuratur fere, aut adjuvatur ex abstinentiis, atque illis rebus, quæ animam à munerialibus corporis exercendis maxime levocant, ut sua natura absque impeditionibus exteriorum paudere possit. *Divinatio* vero per *influxum*, hoc altero suppositionis fundamento nascitur; Quod anima, veluti speculum, illuminatiōnem quandam secundariam, à Praescientia Dei & Spirituū excipiat; Cui etiam idem, qui priori, status & regimen corporis conseruit. Eadem enim anima sevacio efficit, ut & sua natura impensis utatur, & Divinorum Influxuum sit magis susceptiva: Nisi quod in *Divinationibus*

L T T R IV. 279  
tionibus per *influxum* anima fervore quadam, atque tanquam Numinis praesencis Impatiens, ( que apud Priscos Sacri Furois nomine vocabatur ) corripiat: in *Divinatione* autem *Nativa*, quieti potius & vacationi proposita.

Fascinatio autem, est vis & actus imaginatōnis intensivus in corpus alterius: ( vim enī imaginatōnia super Corpus, propter ipsum intensius & peritissimum.) In hoc genere schola Paracelſi, & ementitæ *naturalis Magia* cultores, tam fuerint immodihi, ut imaginatōnis impetus & apprehensionem mirabiliter patrunt, sed tamē non exquirant. Atli ad similitudinem veri propriis accedentes; cum occultas rerum energias & impressiones, sensuum irradiationes, contagionum de corpore in corpus transmissio[n]es, virtutum magnetiarum delationes acutius intuerentur; in eam opinione devenierunt, quod multo magis a Spiritu in Spiritum ( cum Spiritus per rebus omnibus sit, & ad agendum frenatus, & ad patiendum tener & molitus) impressiones, & delationes, & communicationes fieri posuerint. Uade incredibilium opiniones, factæ quasi populares, De Genio superiori, De hominibus quibusdam infaustis & ominosis, De iubibus amoris & invidie, & alie his similes. Atque huic conjuncta est disquisitio, quomodo *Imaginatio* intendi & fortificari possit: Quæ ppe si *Imaginatio* fortis tantarum sit virtus, operæ præsumptum fuisse no[n], quibus mo-

dis eam exaltati, & se ipsa maiorem fieri de-  
tur? Atque hic oblique, nec minus periculose,  
se infinitat palliatio quadam & defensio maxi-  
miae partis *Magia ceremonialis*. Speciosus em-  
fuerit praetextus, ceremonias, characteres, in-  
cantationes, gesticulationes, amuleta, & si-  
milia, non ex aliquo tacito aut sacramentali  
cum multis spiritibus contractu vires nancisci;  
sed eo pertinere taedium, ut *Imaginatio illius*,  
qui his uitur, roboretur & exalteatur: Quem-  
admodum etiam in Religione, usus imagi-  
natum, ad mentes hominum in rerum contem-  
platione desigendas, & devotionem Precan-  
tium excitandam, invaluit. Attamen mea talis  
est Scientia; Etiam si decur, iam imaginatio-  
nis esse utique potenter, atque insuper Cere-  
monias vim illam intendere & robore; pos-  
to denique, quod adhibeantur Ceremonias  
ad hanc intentionem sincere, atque tanquam  
remedium *Physeum*, absque aliqua vel minima  
cogitatione de invitandis per ipsas auxiliis  
spirituum: huberi nihilominus debent pro il-  
licitis, propterea quod sententia illi *Divine*, ad-  
versus hominem propter Peccatum latre, repu-  
gnent & recalcident; *In fudore vultus exme-  
det pavem tuum*. Siquidem Magia ejus gene-  
ris, egregios illos fructus, quibus Deus Pre-  
mium Laborem constituit, adipiscendos pro-  
ponit, per paucas, easque faciles, & minime  
operiosas observantias.

Superficiis *Doctrina* dux, quae ad facul-  
tates anima inferioris, sive sensibili; prae-  
pue

pue spectant, utpote que cum organis corpo-  
reis maxime communicant. Altera de *moto*  
*voluntario*: Altera de *sensu* & *sensibili*. In priori  
si harum, etiam alias fatis jejune inquisita, u-  
nica pars fere integra defit. Etenim de officio  
& fabrica commoda netvorum & musculo-  
rum, & aliorum que ad hunc motum requiri-  
runtur; queque pars corporis quietear, dum  
alia moveantur; tum quod hujusmodi motus re-  
ctor & quasi auriga sit *imaginatio*; adeo ut di-  
missa imagine, ad quam motus fetur, statim  
intercipiant & fistatur motus ipse, [ut cum  
deambulamus, si alia subeat cogitatio actris &  
defixa, continuo confundimus]; & alia nonnullae  
subtilitates non male, in observationem &  
inquisitionem jam pridem venerunt. Quo-  
modo vero coimpelliones, & dilataiones, &  
agitationes Spiritus, (qui procul dubio stetos-  
fons est) corpoream & crassam partium mo-  
lem flexat, exstet, aut pellat, adhuc diligenter  
inquisitum & tractatum non est. Neque mihi  
cum anima ipsa sensibili haec tenus potius  
pro entelechia & functione quadam habita sit,  
quam pro subtilitate. At quando jam innote-  
nit, ipsam esse substantiam corpoream & ma-  
teriam, necesse est etiam, ut, quibus nixi-  
bus aura, tam pusilla & tenera, corpora tam  
crassa & dura in motu ponere possit, inquiratur.  
De hac parte igitur, cum desideretur, fiat  
inquisitio.

At de *sensu* & *sensibili* longe uberior & dili-  
genter adhibita est inquisitio, tam in Tractati-  
bus



bis circa ea generalibus , quam in artibus specialibus ; utpote *Periphilosophia* , *Musica* , quam vere nihil ad institutum : quandoquidem illa tanquam *desiderata* ponere non licet . Sunt tamen duas partes nobiles & infirmes , quas in has doctrina *desiderari* statuimus : Altera de *differentia perceptionis & sensus* : Altera de *forma lucis* .

Atque differentiationem inter *perceptionem & sensum* , bene emulatam , debuerant Philosopha Tractatibus suis de *sensu & sensibili* primitere , ut rem maxime fundamentalem . Videlicet enim , quasi omnibus corporibus naturalibus inesse vim manifestam percipiendi : etiam electionem quandam amica amplectendi , inimica & aliena fugiendi . Neque nos de subtillioribus *perceptionibus* tantum loquimur , veluti cum Magnes ferrum allicit : Flamma ad naphtham afficit . Bulla bullae approximatam coit : Radiatio ab objecto albo difficit . Corpus animalis utilia assimilat , inimici excitant : Spongia pars ( etiam super aquam elevata ) aquam atrahit , aeren expellit . Et huiusmodi . Etenim quid attinet talia enumerare ? Nullum siquidem corpus ad aliud admotum illud immutat , aut ab illo immutatur , nisi operationem praecebat *perceptionis* reciproca . *Percepit* corpus meatus , quibus se inlinuat : *Percepit* imperium alterius corporis , cui cedit : *Percepit* actionem alterius corporis , a quo desinebatur , cum se recipit : *Percepit* divisionem sui continuu , cui ad tempus resiliuit . Ubique de-

neque est *Perceptionis* . Nec vero calidum & frigidum tam acute percipit , ut ejus *Perceptionis* sit longe subtilior , quam tractus humani , qui tam pro calidi & frigidi norma habetur . Duplex igitur deprehenditur circa hanc *doctrinam* hominum culpa : Alia , quod eam intactam & intratam ( cum tamen sit res nobilissima ) plenunque reliquerunt : Alia , quod qui huic contemplationi forte animum adcederunt , longius , quam pat est , proiecti sunt , & *Sensus* corporibus omnibus tribuerunt : ut piaculum fere fit , ramum arboris avellere , ne forte instar Polydori ingemiscat . At debuerant illi *differentiam Perceptionis & Sensus* , non tantum in comparatione sensibilium ad insensibilia , secundum corpus integrum , explorare , (veluti plantarum & animalium ,) verum etiam in corpore ipso sensibili animadvertisse , quid in causa sit , cur tot actiones expediantur , absque omni tamen *Sensu* ! Cur alimenta digerantur , egerantur . Humores & Succi , fuscum , decorsum , ferantur ; Cor & Pollii vibrant , Visceris , sua quaque opifia , sicut officinae , producant . Et tamen haec omnia , & compluta alia , absque *Sensu* hant ? Verum homines non latit acute , qualis sit actio *Sensus* , videntur , atque quod genus corporis , quae mota , quae conduccit impulsionis ad hoc requirantur , ut dolor vel voluptas sequuntur ? Denique *differentiam* inter *Perceptionem* & *Sensum* , nullo modo nosse videntur ; nec quatenus facit possit *Perceptionis* absque *Sensu* . Neque enim



caim hæc verborum tantum controversia est, sed de re magni prius momenti. De hac igitur doctrina (ut in primis utili, & ad plutissimam spectante) melius inquiratur: Quandoquidem etiam circa hanc rem infinita tantum apud nos nullos ex Antiquis Philosophis potuerit, ut omnibus sine discrimine corporibus animam infundi putaverint: Neque enim videbant, quomodo *Motus* cum discretione fieri ponuerit absque *Sensu*; aut *Sensu* adesse absque *Anima*.

De *Forma Lucei* quod debita non facta fuerit inquisito, (præfertim cum in *Perfectiva* strenue elaborarunt homines) stupenda quedam negligentia censi posuit. Etenim, nec in *Perfectiva*, nec alias, aliquid de *Luce*, quod valeat, inquisitum est. Radiationes ejus tractantur, origines minime. Sed collocatio demum *Perfectiva* inter *Mathematicas*, hanc ipsum defectum, & alios similes peperit; quia à *Physicis* præmature difcessum est. Tractatio autem de *Luce*, & causis ejus, in *Physicis* rufius superfluo fere est, tanquam de re inter *Divina* & *Naturalia* media; adeo ut quidam ex *Platonicis*, eam materia ipsa antiquorem introducerint. Cum enim spacium esset difflatum, id primum latum, postea vero corpore impletum fuisse, vanissimo commento affluerunt: quando tamen Scriptura Sacra, massim Cœli & Terræ, tenebrosum, ante *Lucem* creatam, differte posuerint. Quæ vero *physice* & secundum sensum de ea tractantur, ea statim ad Radia-

Radiationes descendunt, ut patum *Physice* inquisitionis circa hanc rem extet. Debuerant sicutem homines contemplationes suas submittente paulisper, & quid sit *Corporibus* omnibus *Lucis* commune inquirere, tanquam de *Forma Lucis*. Etenim quam immensa est corporis dulcentia (si ex dignitate consideren-  
tur) inter Solē & Lignum purissimū, aut squamas etiam pīcīmū purissimās? Inquirete etiam debuerant, quid tandem in caula sit, cur aliqua ignescat, & *Lucem* ex se jacient calefacta, alia minime? Fætrum, metallū, lapides, vitrum, ligna, oleum, sevum, ab igne vel flammam vibrant, vel latem subfequent: At aqua, aer, acetum, & tanquam furenti calote ferrefacta, nihil tamen *Lucis* adipiscuntur, nec splendent. Quod si quis hoc eo fieri putet, quod propterum sic Ignis *Lucere*, Aqua autem & Aer Igni omnino inimica sunt, is fane nunquam per obscuram Noctis in aqua salta, tempestate calida, remigavit, cum guttulas aquæ ex remorata concussione subtilientes, micare & lucescere videre possint. Quid etiam sit in spuma matis feruentiore, quam *Palmonem marinum* vocant. Quid denique habeat communem cum flamma & ignitis Cicendiale & Luciole, & Mafca Indica, que Cameram totam illustrat, & oculi quorundam Animalium in tenebris; & Saccharum inter radendum, aut frangendum; & sudor equi nocte resuosa festinantis; & alia nonnulla? Quin & homines tam patum in hac re videtur, ut plerique scintillas è silice

alium



aerem aurum patent. Atamen quando æt  
calote non ignescat, & Lucem manifesto con-  
cipiat, quomodo tandem sit, ut nocturne, &  
feles, & alia nomina animalia, noctu cernant.  
Adeo ut ipse ætæ (quando visio ablique Luce  
non transfigatur) necesse sit inesse Lucem ali-  
quam nacivam & genuinam, quamvis tenuem  
admodum & infirmam, quæ tamen sit radiis  
vibris hujusmodi animalium proportionata,  
iisque ad videndum sufficiat. Verum hujusce-  
mali (ut plurimorum) causa est, quod homi-  
nes ex Iustitiis particularibus *Formas Naturarum*  
*Consumere* non elicentur; Id quod nos  
tanquam subiectum proprium *Metaphysicæ* po-  
sumus: Quæ & ipsa *Physicæ*, sive *Doctrina de*  
*Natura*, pass est. Itaque de *Terma* & *Origenibz* Luce sunt Inquisitio, eaque interim in-  
ter *Desiderata* ponatur. Atque de *Doctrina cir-*  
*ca substantiam animæ*, tam *Rationalis* quam  
*Sensibilis*, cum *Facultatiis* sive, atque de ejus-  
dem *Doctrina Appendicibus*, hæc dicta sunt.



## FRANCISCI BACONIS

DE VERULAMIO.

Vice-Comitis sancti Albani,

*De dignitate & augmentis  
scientiarum,*

LIBER QUINTUS.

*Ad Regem suum.*

## C A P. I.

*Partitio* ducentæ circa usum & objecta facultatum a-  
nimæ humanæ, in Logicam, & Ethicam, *Partitio*  
Logicæ, in Actes Intellectu, Iudicandi, & Tra-  
dendi.

**D**icitur circa intellectum, [Rex  
optime] arque illa altera circa Pa-  
luitatem humanæ, in natalibus suis  
tanquam Gemella sunt. Etenim  
illuminationis puritas, & arbitrii libertas, si-  
mul incepunt, simul corrueant. Neque da-  
tur in Universitate Rerum, tam intima Sympa-  
thia, quam illa Veti & Boni. Quo magis  
rubori fuerit Viris doctris, si Scientia sunt tan-  
quam Angeli alas, Cupiditatibus vero tan-  
quam Serpentes qui humi reptant; circumge-  
rentes animas, insta speculi fane, sed men-  
struari.

Venimus jam ad doctrinam circa usum & ob-  
jecta facultatum animæ humanæ. Illa duas ha-  
bet partes, eaque notissimas, & consensu re-  
ceptas



ceptas; *Logican & Ethicam*: Nisi quod dudicatum civilem, que vulgo ut pars *Ethicae* colloquatur, iam ante emancipaverimus, & in integrum doctrinam de humana congregato, sive in societate, constituerimas; hic tantum de homine segregato tractantes. *Logica de Intellectu & Ratione*, *Ethica de Voluntate, appetitu, & affectibus* differunt: altera *decreta*, altera *alium* proponit. Verum quidem est, quod phantasia in utraque provincia, tam *Judiciali*, quam *Ministeriali*, Legui cuiusdam, aut *Intercurrenti*, aut *Procuratoriis reciprocis*, vices gerit. Nam sensus idola omnigena phantasie tradit, de quibus postea ratio judicat. At ratio vicissim idola electa & probata phantasie transmittit, prouisaq[ue] sit executo decreti. Si quidem motum voluntarium perpetuo praedit, eumque incitat phantasia: adeo ut phantasia sit utriusque rationi, quam voluntati, instrumentum commune: nisi quod Janus iste Bifrons sit, & duas obvertat facies: facies enim rationem aspiciens, veritatis habet effigiem; facies autem actionem aspiciens, effigiem Bonitatis: quae tunc sunt facies.

— Quales debet esse fororum.

Neque vero meritus & nudus Internunciis est phantasia; sed auctoritatem non exiguum, vel accipit, vel usurpat, prater delationem similem mandat. Rede enim Aristoteles: *Imperii habet anima in corpore, quod Dominus in mancipium*: Ratio vero in phantasiam,

quod

*quod in libera Civitate Magistratus in Civem:* Ad quem poslit sua vice redire Dominatio. Videamus enim quod in iis, que sunt fidei & religionis, phantasia supra ipsam rationem scandat & evahatur: Non quod illuminatio Divina locum habeat in phantasie, (qui potius in ipsa arce mentis & intellectus:) verum quemadmodum gratia Divina in virtutibus, uitior motibus voluntatis; ita similiter Grana Divina in illuminationibus, uitior motibus phantasie; unde fit ut Religio semper aditum sibi a viam ad animum quæsiest, per similitudines, typos, parabolæ, visiones, insomnia. Rarissima haud humile est regnum phantasie in persuasib[us], à vi eloquentiae intinuatis. Nam ubi per orationes artificia hominum Animi de malecentur, inflammantur, & in quamcunque partem petrabitur; totum illud fit per exultationem phantasie, que impotetas jam facta, non solum rationi inducat, verum eidem vim quodammodo facit, partim occaecando, partim extimulando. Neque tamen causa videatur, cur à partitione priore discedamus. Nam phantasia scientias vte non patit: Si quidem Poëtis) que à principio phantasie attributa est) pro luto potius ingenii, quam pro scientia, habenda. Potestatem autem phantasie in naturalibus, doctrinæ de anima paulo ante affignavimus. Eam vero, quam habet cum Rhetorica cognitionem, illi ipi arti (de qua infra tractabimus) remitti patet.

Parte ita humana Philosophia, quæ ad Logican



gicam spectat, ingeniorum plurimorum gusti ac palato minus grata est; & nihil aliud videtur, quam spinofæ subtilitatis laqueus ac tentacula. Nam sicut vere dicitur, Scientiam animi pabulum: ita in hoc pabulo appetendo, & diligendo, plerique palatum nocti sunt Italitarum simile in deferto: quos cupido incelli redeundi ad illas carnibus, Mansuæ autem falsidium cepit: Quæ, licet cibus fuerit coelestis, minus tamen fentiebatur almus & sapidus. Eodem modo (ut plurimum) illæ Scientia placent, quæ habent infusionem nonnullam carnium magis esculentiarum. Quales sunt Historia Civilis, Mores, Prudentia Politica, circa quas minimum cupiditates, laudes, fortune vertuntur, & occupata sunt. At illud lumen secundum plurimorum molia & madida ingenia offendit, & torret. Ceterum unamque rem propria si placet dignitate metiri, Rationes Scientia reliquarum omnino claves sunt. Atque quemadmodum Manus instrumentum instrumentorum, Anima forma formarum, ita & illæ, Artes artium ponendæ sunt. Neque solum dignior, sed & robustior, sicut sagittandi uetus & habitus, non tantum facit, ut melius quis collimat, sed ut arcum tendat fortioriem.

Artes Logicas quatuor numeros sunt; dividit ex finibus suis, in quos tendunt. Id enim agit homo in Rationalibus: Aut ut inventiat, quod queverat: Aut judicet, quod inventerit: Aut retineat, quod judicaverit: Aut tradat, quod retinuerit. Necesse igitur est, ut totidem sint

Arte

Artes Rationales. Ars Inquisitoris, seu inveneritionis: Ars Examinitis, seu Iudicii: Ars Conclusio, seu Memoria: & Ars Electionis seu Traditionis. De quibus jam sigillatim dicemus.

## C A P . II

Partis inventivæ, <sup>1</sup> in inventivam artium, & argumentorum: quæcumque pars horum (qua minor) desideratur, Partis inventivæ artium in experientiam literarum, & organum nostrum. Elementum experientiae litteræ.

Inventionis dare sunt species, valde profecto inter se discepentes, Una artuum & scientiarum; altera argumentorum & sermonum. Priorum harum desiderari prossimus, pronuncio. Qui quidem talis mihi videtur esse defectus; at hi quis in inventario conficiendo bonorum aliquicujus Defuncti ha refert: Numerata pecunia nihil. Ut enim ciuita omnia pecunia parantur; ita & per hanc artem reliquæ acquirentur. Atque sicut India Occidentalis namquam nobis inventa fuisse, nisi præcessisset Acus Nauticus Inventio: licet Regiones illæ immenses, Verterat Motus pusillus sit: Ita non est, cur inservit quipiam, in Artibus perflustrandis, & promovendis amphiores progressus factos non esse; quandoquidem Ars inventandi, & perflustrandi scientias hactenus ignoratur.

Hanc scientiam desiderari partem, plane in consilio est. Primo enim Diabolus nihil proficeret, imo ne cogitat quidem, de invencionibus artibus, sive Mechanicis, sive (quas vocant).

Labe-

*Liberilibus*, aut etiam de illarum operibus, his-  
rum vero axiomatibus elicendi; sed quasi  
prateriens homines alloquitur, & dimittit, edi-  
cens, ut *Cuique in sua arte credant*, *Celsus*, vir  
prudens, non solum Medicus, (licet moris sit  
omnibus, in laudes Artis proprii effundi) gra-  
viter & ingens, de Empiricis & Dogmaticis  
Medicorum sc̄ētis loquens, factetur, *Medicamenta*  
*& remedia prīmū fuisse inventata*, de cassio ve-  
ro & rationibus posterius disceptatum; non ordi-  
ne converso, causas ex natura rerum primo er-  
ogas fuisse, easque inventioni remediorum præla-  
tissime. At Plato non semel innuit, *Particularia*  
*infinita esse maxime rursum generalia minus cer-*  
*ta documenta exhibere*: *Medullam igitur sci-  
entiarum*, *qua artifex ab imperio distinguitur*, *in*  
*medis propositionibus confidere*, *quas per singulas*  
*scientias tradidit & docuit experientia*. *Quia*  
& illi, qui de primis Rerum Inventoribus,  
aut Scientiarum Originibus, verba fecerunt,  
calum potius, quam atem celebrantur; At-  
que animalia Bruta, Quadrupedes, Aves,  
Pisces, Serpentes, amplius quam Homines,  
tanquam Scientiarum Doctores, introduxe-  
runt.

*Dilectionum Generis Dilecta carpit ab  
Illa,*

*Puberibus candem felis, & flore comantes*

*Purpuras, non illa feris incognita capris*

*Gramina, cum tergo volucres hafere fa-*

*gitta.*

Adeo ut minime mirum sit, (cum in more ap-

ud Antiquos fuerit, rerum usulum invento-  
res consecrare) apud *Ægyptios*, gentem pti-  
fcam, (cui plurime *Artes* initia sua debent,) templa plena fuisse simulacris Brutorum, ho-  
minum vero simulachris prope vacua;

*Omnigenumque Deum monitra, & Larvator*

*Anubis,*

*Centra Neptunum, & Venerem, contraque*

*Minervam, &c.*

Quod si malis, ex traditione Graecorum, artes  
potius hominibus, ut inventoribus, tribu-  
te: haudquaque tamen dixeris, Prometheus  
ad ipsius inventionem contemplationes adhi-  
buisse: aut cum Silicem primo percanceret,  
feminas expectasse: sed cara in illud incidi-  
fe, atque (ut ajunte) *Furcum levi fecisse*. Ita  
ut, ad atrium inventionem quod attinet, ea-  
pae hylester pro emplastis, philomelæ pro  
modulationibus Muicis, ibidi lavationibus  
intestinorum, operculo ollæ, quod diffinit,  
pro re tormentaria, denique (ut verbo dicimus)  
*Cafsi*, aut cavis aleti rei, plus debe-  
amus, quam Dialecticæ. Nec vero multo alter  
se habet modus ille inveniendi, quem reæ  
describit Virgilus,

*¶ variis usus meditando extenderes Ar-*

*tes*

*Paulatim.* —

Non enim alia hic proponitur inveniendi me-  
thodus, quam cuius Bruta ipsa sunt capa-  
cia, & quam crebro usurpat: nimisimum at-  
tentissima circa unam rem sollicitudo, ejusque

O

per-



294 perpetua exercitatio, quas sui conservandi necessarias huiusmodi animantibus imponit. Cetero enim vere admodum *Hoc una rei deditum*, & Naturam, & Artem sapientia vincit. Quare si prae-  
dictorum de hominibus,

*— Labor omnia vincit*

*Improbis, & duris se geni in rebus egestat:*  
Exiam de Bruni similiter quacutatur.

*Quis expederat pistracio suum Xanip?*  
Corvo quis auctor fuit, ut magna fecerit la-  
pillos amitteret arbori caue, ubi aquam forte  
confexerit, ut surgentem laticeum rostro pos-  
sunt attingere? Quis viam monstravit apibus,  
qui per alcent, tanquam vastum mare, agros  
fioritos, licet multum ab alvearibus distantes,  
solent petere, & favos suos denuo repetrere? Quis formicam docuit, ut grana in colliculo  
suo reponendam circumrodere prius, ne repor-  
taginemantur, & spem suam illud teneat? Quod  
si in versu illo Virgiliano quis notet verbum il-  
lud *Extundere*, quod difficultatem rei, & ver-  
bum illud *Pularim*, quod tarditatem innuit,  
redibimus, unde profecti sumus, ad Aegyptio-  
rum illos Deos, cum haecceus homines modi-  
ce rationis facultate, acutissimam vero officio ar-  
tis usi sint, ad inventa detegenda.

Secundo hoc ipsum quod assertimus, ( si ad-  
vertatur paulo diligenter) demonstrat *Indu-  
ctio* forma, quam proponit *Dialectica*; qua  
felices scientiarum principia inveniantur, &  
probentur; quae virtuosa plane est, & incompe-  
tens, & naturam tantum abeunt ut perficiant, ut  
etiam

etiam eam pervertat & detorquet. Qui etiam modum acute introplexerat, quo ros ille athe-  
reus Scientiarum, familiis illi, de quo loquitur  
Poeta,

*— Aerei mellis exalatia doma,*

colligatur; (cum & Scientie ipse ex exem-  
plis singulis, partim naturalibus, partim artifi-  
cialibus, tanquam prati floribus & horri, extra-  
hantur) reperiens profecto, animalium suapte Ipon-  
te, & nativa indeo, *inductivem* solerius con-  
ficere, quam que describunt à Dialecticis: Si-  
quidem ex nuda enumeratione particularium  
(ut Dialectici solent) ubi non inventur instantia  
contradictoria, virtuose conclusitur; neque  
aliquid aliud huiusmodi *Inductio* produceat,  
quan conjecturam probabilem. Quis enim in  
se recipiet, cum particularia, que quis novit,  
aut quorum meminit, ex una tantum parte  
comparante; non delitefecere aliquid, quod  
omino repurmari? Perinde ac si Samuel ac-  
quiescisset in illis Iisai filiis, quos coram adduc-  
ebos videbat in domo, & minime quæsivisset  
Davidem, qui in agro aberat. Atque haec *In-  
ductio* forma ( si verum omnino dicen-  
dum sit) tam pinguis est & crassa, ut incre-  
dibile videatur, tam acuta & subtilia ingenia  
(qualia in his rebus meditationes suas exer-  
cuerunt) potuisse eam mundo obrudeat:  
Nisi illud in causa fuisset, quod opera festi-  
nata ad Theorias & Dogmata contendissent:  
Particularia autem, ( praefertim moram in iis  
longiorum) ex fastu quoddam & elatione animi,

O 2 dñepe-

delspicient. Illi enim exempla , five instantias particulates , vice lictorum , aut viatorum adhibuerunt ad summovendam turbam , ut dogmatis suis viam aperirent ; neutquam autem ea inde ab initio in consilium advocarunt , ut legitima fieret & natura de rerum veritate delibera-  
ratio . Cetera perculerunt animos pia & religiosa quedam admiratione , cum videamus , eadem cal-  
cata & refugia , ad erroris ducentia , in Divinis & hu-  
manis . Quemadmodum enim in Divina Verita-  
te percipienda agere quis in animum inducat , quod  
fieri tamquam patvulus ; ita in Humana perdis-  
cenda proiectos , utq[ue] poerorū more , prima in-  
ductionis elementa adhuc legere & retrahere  
res humilis exquiratur , & quasi contemnda-

Tertio , si concedatur , principia Scientiarum ex *Inductione* , qua utuntur , vel sensu & ex-  
periencia , recte posse constitui , certissimum est  
tamen , axioma infectoria ab his per Syllogis-  
mum non posse ( in rebus Naturalibus , que  
participant ex Materiali ) recte & tuto deduci . In  
*Syllogismo* enim sit *reductio propositionum ad  
principia* per propositiones medias . Haec au-  
tem five *Inveniendi* five *Probandi* Forma in  
Scientia Popularibus ( veluti Ethicae , Politieae , Le-  
gitibus , & hujusmodi ) locum habet : Imo & in  
Theologia ; quandoquidem Deo pro bonitate  
sua placuerit capui humano se accommodare :  
At in *Physicis* , ubi natura opera , non adver-  
fariu[m] argumento constringendum est , elab-  
itur plane veritas ex manibus ; propter longe  
majorem naturalium operationum , quam

ver-

verborum subtilitatem : Adeo ut succumbente  
*Syllogismo* , *Inductione* ( vera scilicet & evan-  
date ) officio ubique opus sit , tan ad Principia magis generalia , quam ad propositiones infectorias . Nam Syllogismi ex propositionibus constiunt ; Propositiones ex verbis ; Verba Notionum tessere sunt . Quare si notiones ipsie ( que Verborum anima sunt ) male & varie à rebus abstrahantur , tota Fabrica corruit . Neque laboriosa vel consequentiarum argumentorum , vel veritatis propositionum examina-  
tio , rem in integrum unquam resiliunt ; cum error sit ( ut loquuntur Medici ) in *Digestione primæ* ; quia à functionibus sequentibus non reflectunt . Non igitur absque Magna & evi-  
denti causa evenit , ut complices ex Philosophis ( aliqui autem corum maxime insignes ) Academici fuerint & Sceptici , qui Scientia humanae & Sylleptum certitudinem sustine-  
runt , ultra verisimilitudinem aut probabilitatem negantes , eam pertinere . Infiebat non  
iverum , vixit esse nonnullis , Socrate ,  
cum Scientia certitudinem à se amoveret ,  
per frontem tantum hoc fecisse ; & Scientiam  
demonstrando simulasse . Renunciando scilicet  
is , que manifeste scriebat , ut eo modo , etiam  
quae negebat , forte putaretur . Neque etiam in recentiore Academia ( quam amplexus est  
Ciceru ) illa Opinio Academica admodum  
finitate culta fuit . Etenim qui Eloquacia floruerunt , hanc fere festam sibi defun-  
pient , ut in utramque partem copiose dislo-

O 3

rendi



rendi gloriam allequerentur: unde à via illa recta, per quam ad Veritatem pergeret debuissent, tanquam ad deambulationes quædam amoenas, animi causa institutas, delexum est. Constat tamen, nonnullos sparsim in utraque Academia (veteri & nova) multo magis intet Scepticos, Acatalepsiam tamen simpliciter & integre tenuisse. Verum in hoc maxime ab illo peccatum est; quod sensuum perceptiones calumniantur; unde *Scientias* radicibus cœlrebant. Sensus vero, licet sirenumero homines aut fallant, aut defundunt, possum tamen multa adjici industria ad *Scientias* sufficere; Idque non tam ope instrumentorum, (licet & haec quoque aliqua ex parte profint) quam Experimentorum ejus generis, que Objecta subtiles, quam pro sensu facultate ad objecta sensu comprehensibilia, producere queant. De boerane autem potius deficiuntur hac in parte impetrare mentis tum erroribus, tum contumaciam, que rebus ipsis morigerata esse recular, & pravis demonstrationibus, & modis ratiocinandi, & concludendi, ex perceptione sensuum, perperam institutis. Hoc autem loquimus, non quo intellectui detrahatur, aut negotium totum deficiatur, sed quo intellectui auxilia commoda comparantur & subministrantur, quibus rerum ardua & naturæ obscuritatem vincere possit. Ne mo enim tanta pollet manus constans, aut etiam habitu, ut rectam lineam ducere, aut perfectum circulum circumferre, manus libera possit; quod tamen ope regulæ, aut circini,

L I B R V. 299  
cini, facere in promptu est. Hæc igitur res ipsa est, quam paramus, & ingenti conatu molimur; ut scilicet mens per artein fiat rebus par; utique inventiatur *ars* quædam *indicti* & *directionis*, quæ cæteræ artes, eatumque axiomata atque opera detegat, & in compendio det. Hanc enim meo desiderari poluisse.

*Ars* illa *indicti* (ita enim eam appellabimus) duas habet Partes. Aut enim deficitur *tradicionis* ab *experimentis ad experimenta*: Aut ab *experimentis ad axiomata*, que & ipsa *nova experimenta* designant. Priorum haum *Experimentam Literatam* nominabimus, posteriorem vero *interpretationem naturæ*, sive *novum organum*. Puer quidem (ut alibi atriogimus) vix pro *Arte* habenda est, aut *Parte Philosophia*, sed pro *magistrato* quædam; unde etiam *cavationem Panis* (hoc nomine ex fabula mutant) quædamque appellamus: Atamen quemadmodum possit quis, in via sua, tripli modo progressus aut cum palpau ipse in tenebris: aut cum alterius manu ducatur, ipse parum videns: aut denique cum veilligia lucis adhibito regat: similius cum quis *experimenta omnigena* ab illo foris aut methodo tentet: ea deinceps meta est palpatio: Cum vero non nulla stet in *experimentando directione*, & ordine, petenda est ac si manus ducatur. Atque hoc illud est, quod per *Experimentum Literatum* intelligimus. Nam *lumen ipsum*, quod tertium fuit, ab *interpretatione naturæ*, sive *novo Organo*, petendum est.



*Litterata experientia, sive venatio Panis, modos experimentandi tractat: Eam (cum defensari posuerimus, neque res sit plane perspicua) promote & instituo nostro aliquatenus adumbrabilimus. Modus Experimentandi praecipue procedit: aut per variationem experimenti: Aut per productionem experimenti: Aut per translationem experimenti: Aut per inversionem experimenti: Aut per compunctionem experimenti: Aut per applicationem experimenti: Aut per expulsonem experimenti: Aut quod per fortis experimenti. Universa vero ista exhibita sunt, circa terminos axiomatis aliquas inveniendi. Illa enim altera pars de novo Organo, omnem translationem experimentorum in axiomatica, aut axiomatum in experimenta, sibi vindicat.*

*Variatio experimenti fit primo in materia; scilicet, quando experimentum in iam cognitis, certe materie fere adhaesit; nunc vero in illis, que similes sunt speciei, tentatur: Veluti *confectio papyri*, in panis linteis tantum probata est, in ferros minime, [nisi forte apud Chinenses:] Neque rufus in filaceis, compositis ex leatis & pilis, ex quibus conficitur (quod vocamus) camelorum; Neque denique in laneis, gossypio, & pellicibus; quamquam hæc tria potissimum magis esse videntur heterogenea. Itaque admeeteri possunt potius, quam per se utilia esse. Item *infusio in arboribus fructiferis* in usu est: In arboribus sylvestribus tare tentata; licet peshibetur, ultimum in ultimum infusitam-*

ras

ras producere foliorum umbras. Infusio etiam in floribus, rara admodum est, licet hoc jam ceperit fieri in rosis Muscatellis, quæ rosis communibus feliciter inoculantur. Etiam *variationem in parte rei*, inter *variations in materia ponimus*. Videmus enim, *savendum in trunco arboris inservi* felicius pallidate, quam si terra indicator. Cur non & fenum cepit, capiti alterius cepit viridis indutum, felicius germinet, quam si nudus terrena commissam fuerit? Atque hic radix pro trunco variatur, ut hac res infuso quadam in radice videri possit. *Variatio experimenti fit secundo in efficiente: Radii solis per specula comburentia, calore ita intenduntur, ut materialis, que ipsis facile concipiatur, accendere possint: Num & tadi lunæ, per eadem, ad lenitatem aliquem gradum teponit actuari possint, ut videamus, utrum corpora omnia cælestia sive potestatae calidae: Item calores radiosi, per specula scilicet, intenduntur: Num etiam calores opaci (quales sunt lapidum & metallorum, antequam candent) ident patientur; an potius sunt luminis in hac re partes nonnullæ, item *fuscum & gregates frecentia paleas trahunt: Num etiam & ad igitur perfectam? variatio experimenti fit tertio in quantis: circa quod diligenter admodum est adhibenda cura, cum hoc multi circumstent enotes. Creditum enim homines, aucta aut multiplicata quantitate, pro rata augesi aut multiplicari virtutem. Et hoc fere postulant & suspicuntur, tanquam res sit Mathematicæ cuiusdam**

O 5

dam



dam certitudinis: Quid omnino falsissimum est. *Globus plumbus unius liber à terti de-*  
*missus (puta) decem pulsuum spatio, ad terram*  
*descendit: Num Globus duarum Librasum*  
*(in quo Impetus iste, Motus quem vocant Na-*  
*turalis, duplicari debet) spatio quinque pul-*  
*suum terram feret? At ille exuali fere tem-*  
*pore descendet, neque accelerabitur juxta ra-*  
*tionem Quantii. Item sulphuris (puta) drach-*  
*ma una familiaribz chalybis admixta, eam flue-*  
*re faciet & colliquati: Num igitur uncia sul-*  
*phuris, quatuor libris chalybis, ad colligatio-*  
*nem sufficiet? At illud non sequitur. Ceterum*  
*enim est, abstinentiam materie in paciente, per*  
*quantitatem, augeri amplius, quam alterata-*  
*tem virtutem in agente. Potio nimium, que*  
*fallit ac parum. Etenim in excutionibus, & de-*  
*parationibus metallorum, error est familiaris,*  
*ut ad excutionem promovendam, aut calo-*  
*rem formacis, aut additamente quod injiciens,*  
*molem augeant. At illa supra modum aucta*  
*operationes impudent; propterea quod vi &*  
*actinomonia sua multum ex metallo puto in fu-*  
*mous vertant & aportent; ut & jactura fiat; &*  
*massa quae remanet, magis sit obstinata &*  
*dura. Debet igitur homines iudiciorum illud mul-*  
*lieris Æsopi cogitare, que spectaret, ex dupli-*  
*cata mensura hordei gallinam suam duo ova*  
*quotidie parturam: At illa impinguata nul-*  
*lam peperit. Proflus non tuum fuerit alius*  
*experimento naturali confidere, nisi facta*  
*fuerit probatio, & in minore, & in majore*

Quas-

Quanto. Atque de variatione experimenti ha-

ceras.

*Productio experimenti duplex: Reptitio, &*  
*Extenso: Nimirum, cum aut experimentum i-*  
*teratur: aut ad subtilius quiddam urgetur. Re-*  
*petitorum exemplum tale sit. Spiritus vini sit ex*  
*vino per destillationem unicam: estque vino ipso*  
*multo actor & fortior: Num etiam spiritu-*  
*stus vini ipse desyllatus, sive sublimatus, se i-*  
*plum fortitudine & que superabat? At Reptitio*  
*quoque non absque fallacia est: Etenim, cum*  
*secunda exaltatio, prioris excessum non sequat-*  
*ur: etiam sapienter per iterationem experi-*  
*menti, post itatum, sive Acrem quandam op-*  
*erationes, tantum absit ut progredatur natu-*  
*ra, ut potius relabatur. Judicium igitur in hac*  
*re adhibendum. Argentum vivum, in linteo,*  
*aut alias in medio plumbi liquefacti, cum re-*  
*frigescere cuperit, incertum, stupet: nec am-*  
*plus fluit. Nam & idem argentum vivum, si*  
*expōs immobilem fūgit, ita fugetur, ut sit mal-*  
*leable? Extenso exemplum tale sit: Aqua*  
*in immo posita, & penitus facta, & per rostrum*  
*viti oblongum in vino dilutum immerita, se-*  
*parabat aquam a vino: vino in luminari le pa-*  
*latum recipiente, aqua in imo subducente:*  

Num etiam, quemadmodum vinum & aqua (corpora feliciter diversa) hec ingenio separantur, possint quoque potius vini (corporis nimis integrum) subtiliores a crassioribus se-  
parari, ut fiat tanquam destillatio per pon-  
dus, & in humano reperatur aliqui spiritus



vini proximum, sed forte delicatius? Item *magnes ferrum integrum trahit*: Num etiam frumentum magnetis in dissolutione ferri immersum, ferrum ad se allicieret, & se ferro obduceret? Item, *versorium Actus Nominis* se ad populos mundi applicat: Num etiam eadem via & consecutione, qua Cœlestia? Videlicet, ut si quis acum in contrario situ, hoc est, in puncto Australi ponat, & paulisper teneat, ac deinceps vim omittat: num forte acus ad Septentrio-nes se conferet, eligendo potius rotare per Occidentem in Situm desideratum, quam per Orientem? Item, *Aurum, Argentum, uruum* juxta possum, imbibit. Num vero aurum recipit illud argentum vivum intra se, sine extensione molis sive, ut fiat massa quedam ipso auro ponderosior? Item, *homines memoria servinunt, collocando imagines personarum in locis*. Num etiam idem allequentur miliis locis, & affigendo actiones aut habitus personis? Atque de *Produbione Experimenti ha-temus*.

*Translatio experimenti triplex*: Aut à *Natura velcaſu in artem*: Aut ab arte vel *practicis* alias in alias: Aut à parte alicuius artis in partem diversam cysdem. *Translatio* à *natura aut caſu in artem* innumeram sunt exempla: adeo ut omnes ferri artes mechanicas, à tenibus initis, natura aut caſu prebitis, ortum habuerint. Adagio receptum erat, *betrunc contra boarem citius matureferre*: Id quod de mutuis amicizie operis & officiis increbuit. At noluit

nocti, *Cydræ* (vini scilicet ex pomis) conſectores, hoc optime imitantur. Carent enim poma rindantur, aut exprimantur, antequam nonnullo tempore in acervos conjecta mutuo contactu maturuerint; unde nimis potus aciditas emendetur. Item, *Iridum artificosarum ini-mitatio ex asperitione spissæ guttularium*, ab itidibus naturalibus ex nube roſida, faciliter ducta translata est. Item *modus destillandi*, vel ex alto peti, ex imbris scilicet, aut toro; vel ex humili ex labore guttularum, in patinis, ollis aquæ bullientis superimpositis, adhaerentium, delami portat. *Tonitrus zatem & fulgura* imitari veritus quis effet, nisi operculum Monachi illius Clymici, magno impetu & fragore, subito in sublime iactum, submonuisse. Verum quo hoc res magis exemplis abundat, eo pauciora adducere opus fuerit. Debuerant autem homines, si illis utilia inquirere vacaret, naturalia opificia & operationes singulas, attente, & minutissim, & ex compoſito inueni; & secum perpetuo & actibus cogitare, quenam ex ipsis ad artes transſerti possint. Speculum enim artis natura. Nec pauciora sunt experimenta, quiz ab arte in artem, seu à practica in practicam transſerti possunt; licet hoc ratione in uero fit. Natura enim ubique omnibus occurrit; at artes singulæ artificibus tantum propriis cognitæ sunt. *Specilla ocularia* ad vīsum debilem javandū inventa sunt. Num & communisci quis queat aliquod instrumentum quod auribus appellum, furdastis ad au-dientiū



diendum juvet? Item *imbalsamatores*, & *mel cadavers conservant*; Annon possit aliquid ex his, in medicinam translati, quod etiam vivis corporibus proficit? Item *figillorum praediles in cera, camentis, & plumbis*, antiqua fuit: At hinc etiam impressionis in chartis, sive arti typographicae, viam monstravit. Item *sal in equinaria carnes condit*, idque melius hincime, quam astatae. Annon hoc ad Baloeum utiliter transferri possit, eorumque temperamentum, quando opus fuerit, vel imprimentium, vel extrahendum. Item *Sal*, in nupero *Experimento*, de *Conglaciacionibus Artificialibus*, magnas vires ad condensandum obtinere reperitur: Annon possit hoc transferri ad *Condensaciones metallorum*: cum jumptidem nonnullum sit, aquas fortes, ex nonnullis salibus compositas, dejicere & precipitare aerenas Auri, ex metallis aliquibus, auto ipso mines deusis? Item *Pictoria, Imogene Memorizans* rei renovat: Annon hoc traducendum et in *artem eam*, quam vocant, *Memoria?* De his in genere monitionis sit: Quod nihil ad imbreu quendam inventorum utilem, eorundemque nororum, veluti colitus deducendum, tantum valeat possit, quantum, si experimenta complurium artium mechanicarum, uni homini, aut paucis, qui se in iucem colloquiis accere possint, in notitiam venerint: ut per hanc, quam diciunt, *experimentorum translationem*, artes lemnatio fore, & veluti communione radiorum, ascendere possint. Quanvis enim usi-

L I B R V. 307  
rationalium per organum longe majora sponte dicat: atamen hanc sagacitatem, per experientiam literatam, plurima interire ex iis, que in proximo sunt, in genus humanum, tanequam missilia apud Antiquos Donativa, projectet & spargeret. Superet illa *translatio de parte artis in partem diversam*; que parum differt a translatione de arte in artem: Venum quia artes nonnullae spatia magna occupant, ut etiam *translationem experimentorum ferre* intra se ipsis possint, hanc etiam speciem *translationis* subiungere vixum est. Principie, quia magni profusus est in nonnulla arte momenti. Plurimum enim ad *artem medicinae* amplificandam profuerit, si *experimenta partis* illius *medicinae de curationibus morborum* ad partes illas de *tuenda sanante*, & *prolongatione vita*, transferantur. Si enim opiatum aliquod *infusum*, ad spirituum, in motu pestilenti, turbidam incensionem reprimendam, sufficerent; non dubitet quicquam, quin simile aliud, debita dos familiariter reddat, etiam incensionem eam gliscenter, & obrepentem, que per zatem sit, aliqua ex parte frenare & retardare possit. Atque de *translatione experimenti* hactenus.

*Inverso experimentum* fit, cum contrarium ejus quod *experimentum constat*, probatur. Exempli gratia: *Calidum per specula intunditur*: Num etiam frigidum? Item *calidum se diffundendo, fertur tamen potius in sursum*: Num etiam frigidum se diffundendo, fertur magis in deorsum?



deorsum? Exempli gratia, accipias *bacillum ferreum*, illudque in uno fine calefacias, & deinde erigas ferum, parte calefacta subus locata; in superiori parte manu apposita, acturum manum adutet: parte autem calefacta supra locata, & manu subus, multo tardius adutet. Num etiam, si totum bacillum calefiat, & finis alter nive, vel spongea, in aqua frigida tancta, madefiat. Si nix aut spongea superioris locetur, num {inquam} frigus deorsum mittere citius, quam inferius locata, furius? Item, *Radix solis supra album* difficit, supra nigrum congregantur: Num etiam umbra super nigrum dilisperguntur, super album congregantur? Id quod in loco tenebore, luce per foramen exiguum tantum immissa, fieri videamus, ubi imagines rerum, que foras sunt, super papyrus, que alba est, excipiuntur, super nigram minime. Item, *venae frentis ad dexterem hemiencanum* incidunt: Num etiam hemiencanum fractificatur ad fodam? Atque de *Inversione experimentis* haec tenuis.

*Campis experimenti* fit, ubi urgetur & productur *experimentum*, ad annulationem, vel privationem virtutis: In reliquo enim generationibus, sera capitur tantum: At in ista, occiditur. Exemplum *Campis* tale est. *Magnes ferrum trahit*: Uige ergo ferum, aut urge magnetem, ut amplius non fiat attractio: Veluti, num forte, si magnes usus fuerit, aut in aqua fortibus maceratus, virtutem suam deponeat, aut saltem remittet? Contra, si chalybs,

lybs, aut ferum in crocum martis redigantur, vel in chalybem, quem vocant *præparatum*, vel etiam in aqua forti solvantur, num adhuc ea alliciat magnes? Rursus, *Magnes ferrum trahit per aurum*, quæ novimus, media, nempe si interponatur aurum, argentum, vitrum. Uige igitur aliquod medium, si fieri possit, quod virtutem intercipias; Proberis argentum vivum: Proberunt oleum, gummi, carbognitus, & alia, quæ adhuc probata non sunt. Item, *introducta sunt super Periscilla*, quæ visibilia minuta miris modis multiplicentur. Urge usum eorum, vel ad species tam pusillas, ut amplius non valeant; vel ita grandulæ, ut confundantur. Scilicet, Num poterunt illa in umbræ clare detegere ea, quæ alias non perspicerentur? Num poterunt in gemmis, ex omni parte paris, & nitidis, grana aut nubeculas consciencia date? Num & pulvricula in sole {quæ Democrito pro Atomis suis, & principiis rerum, falsissime obiecierantur} tanquam corpora grandulæ monstrarunt? Num pulvrem crassifulum, ex cinnabari, & cerussi, ita offendere distinguitur, ut appareat hic granula rubra, illæ alba? Num tarsus, imagines majores {puna faciem, oculum, &c.} in tantum multiplicatas offendere, in quantum palicem, aut vermiculum? Num byssum, aut hujusmodi textile linteum delictius, & paulo apertius, ita foraminatum offendere, ac si esset rete? Verum in *comprobacionibus experimentorum* minus moratur, quia sere extra



extra limites experientia literata cadunt, &c ad causas, & axiomata, & nostrum organum potius speckans. Ubicunque enim sit negativa, aut privativa, aut exclusiva; exigit jam praebeti huius nominis ad inventivum formarum. Atque de compositione experimenti haec tenus.

*Applicatio experimenti* nihil aliud est, quam ingeniosa traductio ejus, ad experimentum aliud aliquid utile. Exemplum tale sit: *Corpora quecumque suis habent dimensiones, sua pondera: Aurum plus pondet, minus dimensionis, quam argenteum: Aqua, quam Vinum.* Ab hoc traducitur experimentum utile, ut ex mensura impleta, & pondere excepto, possit dignoscere quantum argenti fuerit ad maximum auro, vel aquae vino; quod fuit *Ergo illud Archimedis.* Item, *Carnes in communis cellis etiis putrefiant, quam in aliis.* Utile fuerit, experimentum hoc traducere ad dignoscendos aures, magis aut minus salubres, ad habitationem; ubi icti, carnes diutius vindicentur a purgatione; possit idem applicari ad revealandas salubritates aut pestilentialiores tempestates anni. Verum innumera sunt eiusmodi. Vigilanti modo homines, & oculis perpetuo, alias ad naturam rerum, alias ac uis humanos vertant. Atque de applicatione experimenti haec tenus.

*Copulatio experimenti* est applicationum nexus & catena; cum, quae singula profutura non sufficiant ad usum aliquem, connexa valeant. Exempli gratia, *Rosas aut fructus feratim habere cuspis.* Hoc sicut, si gemmas præcociiores avel-

avelas; Idem sicut, si radices, usque ad ver adultum, denudes, & sciri exponas; At multo magis si copuletur utrumque. Item, *ad refrigerandum maxime faciunt glacies, & nitrum: utrumque communissimum multo magis.* Verum & hæc res per se perspicua est. Attamen fallacia ei sepe subeficit, (ut & omnibus, ubi defunt axiomatica) si copula fixa ex rebus, quæ diversis, & quasi pugnancibus modis, operantur. Atque de copulatione experimenti haec tenus.

Restant sortes experimenti. Hic vero experimentandi modus plane irrationalis est, & quasi fortiosus: cum aliquid experiri velle animum subit, non quia aut ratio, aut aliquod aliud experimentum, te ad illud deducat, sed prorsus, quia similis res adhuc nunquam tentata fuit. Haud tamen scio, quoniam in hac ipsa re, de qua nunquam agimus, non aliud magnum lateat: si inquam omnem lapidem in natura moveas. Magnalia enim nature fere extra vias tritias & orbitas nostras jacent, ut etiam absurditas rei aliquando jaceat. At si ratio simili comiterit, id est, ut & manifestum sit, simile experimentum nonquam testatum fusile, & tamen causa subit magna, cui tentari, tam vero haec res ex optimis est, & plane finis naturæ excutit. Exempli gratia: In operatione ignis super aliquod corpus naturale, alterum horum haec tenus semper evenit, ut aut aliiquid evolet, (veluti flamma, & fumus, in combustionē vulgati) aut faltem hæc separatio partium localis, & ad nonnullam distinquant, ut in destillatione, ubi feces sub-



subsident, vapores in receptacula, postquam iusserint, congregantur. At distillationem clausam [ita enim eam vocare possumus] nemo mortalium adhuc tentavit: Versimile autem videtur, vim caloris, si intra claustra corporis sua in alterando edat facinorū; cum nec jactura fiat corporis, nec etiam liberatio, tum denum hunc materia Proteum, veluti manus derentum, ad complures transformationes adstauram, si modo calor ita temperetur & alternetur, ut non sit vasorum contrahit. Est enim hac res matrix similis Naturali, ubi calor operatur, nihil corporis aut emittitur, aut separatur: Niisi quid in matrice coniungatur alimentatio: verum quatenus adversio- nem, eadem res videatur. Tales igitur sunt fortes experimenti.

Illiud interius, circa hujusmodi experimen- ta, monemus; ut nemo animo concidat, aut quasi confundatur, si experimenta, quibus incombit, expectationi sua non respondeant, Etiamen quod succedit, magis complacet; at quod non succedit, saperemono non minus informas. Atque illud semper in animo tenendum, (quod perpetuo incutimus) ex- perientia lucifera etiam adhuc magis, quam fructifera ambienda esse. Atque de literata Experiencia haec dicta sint; quae (ut jam ante diximus) sagittas potius est, & odorato quendam venaticas, quam sciektias. De novo Organo autem silentius, neque de eo quicquam praelibamus; Quoniam de eo (cum fit

sic res omnium maxima) opus integrum (an- niente favore divino) confidere nobis in ani- mo est.

## CAP. III.

*Partis Inventiarum Argumentorum, in Prompu- tatione & Topicam. Partis Topicarum in Generalem, & Particularē. Exemplum Topicarum Particulariarum, in Inquisitione. De Graue & Levi.*

Inventio Argumentarum, Inventio proprie- tatis non est. Inventio enim est ignota detegere, non ante cognita recipere, aut revocare. Hu- jaude autem Inventio eius atque officium non aliud videtur, quam ex molla Scientiae, qua in animo congefta & recondita est, ea qua ad rem aut questionem influitam faciunt, dextre depromere. Nam enim parum, aut nihil, de subiecto quod proponatur, ignorat, ei Loci Inventio non prolunt; Contra, cui domi paratum est, quod ad rem adduci possit, is etiam abique arte, & Loci Inventio, argumen- tatione tandem (licet non ita expedite & com- mode) reperiet & producet. Adeo ut hoc genus Inventio (sicut diximus) Inventio proprie- tatis non sit; sed reducio tantum in me- moriam, sive suggestio cum applicatione. At- tamen, quoniam vocabulum invalidit, & rece- ptum est, vocetur sane Inventio; Si quidem etiam fere alieius venatio, & Inventio, non mi- nus, cum intra vivariotū lepta indagatur, quam cum in saltibus apertis, dici possit. Missis vero

ver.



verborum scrupulis, illud confit, scopum & finem huiusce rei, esse promptitudinem quan-dam, & expeditum ulrum cognitionis nostrae, potius quam ejusdem amplificationem, aut incrementum.

Atque ut parata sit ad differendum copia, da-  
plex ratio ini potest. Aut ut designetur, &  
quasi indice monstretur, ad quas partes rem  
indagare exponatur; atque hinc est ea, quam  
vocabimus *Topicam*. Aut ut jam ante compo-  
sita sint, & in ulrum reposita argumenta, circa  
eas res, que frequentius incident, & in dis-  
cussionem veniunt: atque hanc *Premptuarium*  
nominabimus. Hac autem posterior tanquam  
*Scientia pars* vix dici metetur, cum in diligen-  
tia potius confusat, quam in eruditione aliqua  
artificiosa. Veruntamen hac in parte Aristote-  
les, ingeniose quidem, sed tamen damafoe,  
sophistis sui temporis deridet, inquiens: *Per-  
inde illos facere, ac si quis calciorum profici-  
rationem calcei conficiendi non doceret, sed exhibe-  
ret tantum calcios complurimos, diversa tan-  
formes, quam magnitudinis.* Attamen hic rege-  
rete licet; *Calceatum*, si in officina nil cal-  
ceorum haberet, neque eos confluaret nisi ro-  
ganus; egenum protius manifutum, & perpa-  
cos inventarum emپores. Sed longe aliud  
*Salvator* noster, de *Divina Scientia* verba fa-  
cens, inquit, *Omnis Scriba doctus in Regno  
Caelorum, finitus est homini Patri familiars, qui  
profert de Thesauro suo Nova & Vetera. Vide-  
mus etiam, priscos Rhetores orationibus pre-  
cepisse,*

cepisse, ut p̄ se habent locos Communis  
varios, iam pridem adomat, & in utram-  
que partem tractatos & illustratos: Exempli  
gratia, pro sententia Legi aduersus Verba Le-  
gi, & è contra: Pro Fide Argumentorum ad-  
versus Testimonia, & è contra. Cicero autem  
ipse, longa doctus experientia, plane afferit,  
posse Oratorem diligentem, & sedulum iam  
præmeditata & elaborata habere, quæcumque  
in disputationem vident: Adeo ut in cause  
ipsius actione, nihil novum, aut subitum inscri-  
necesse fuerit, p̄ixer nomine nova, & cir-  
cumstantias aliquas speciales. At Democritus  
diligenter, & sollicitudo eo usque procel-  
lit, ut quoniam primum ad causam additus, & in-  
gressus, ad animos auditorum præparandos,  
plurimum varium haberet, operæ pretium pu-  
taret, complura concionum & orationum ex-  
ordia componere, & in promptu habere. At-  
que hæc exempla, & auctoritates merito Ari-  
stotelis opinioni præponderante posunt, qui nobis  
Auctor fore, ut *Velliarium* cum *Forfice*  
committantur. Itaque non sicut omittenda  
hæc pars doctrina circa *Premptuarium*. De qua-  
hoc loco fati. Cum enim sit utrique, tam Logi-  
ca, quam Rhetorica, communis; viuum est  
eam hic inter Logica cursum tantum pertin-  
gere; pleniorum ejus tractationem ad Rheto-  
ricam rejecientibus.

Partem alteram *Invenientia* {nimis Topi-  
cam} partem in *Generalem & Particularēm*.  
*Generalis* illa est, quæ in *Dialectica* diligenter  
& ab-



& abunde tractata est; ut in ejus explicatione morati non sit opus. Illud tamen obiter monendum videatur , Topicam istam non tantum in Argumentationibus , ubi cum aliis mandatis conferimus ; verum & in meditationibus , cum quid nobiscum ipsi commentenamur , aut revolvimus , valere. Imo , neque solumente in hoc faciam esse , ut inde fiat suggestio , aut admonitio , quid affirmare , aut afferre ; verum etiam quid inquirere , aut interrogare debeamus. At prudens interrogatio , quasi dimidium scientie. Rechte siquidem Plato , Quod aliquid querit , id ipsum , quod querit , generali quadam notione comprehendit : abierit , qui per se potest , ut illud , cum fuerit inventum , agnoscat ? Idcirco quo amplius & certior fuerit anticipatio nostra ; eo magis dñeckia , & compendiosa erit investigatio. Idem igitur illi loci , qui ad intellectus nostris finis intrat nos excutendos , & congestant illuc Scientiam deponendam , condant , etiam ad Scientiam extrinsecus haunendam jurabunt : Ita ut si praesto haerit quis gnat & peritus , commode & prudenter ea interrogati a nobis possit , & similiiter auctores , & libri , & partes librorum , qui nos de istis , quae querimus , edoceant & informent , utiliter diligi & evolvi.

At Topicam particularium , ad ea , que dicimus , Jonge confess magis , & pro re fruictuofissima habenda est. Illius certe mentio levius a nonnullis Scriptoribus facta est , sed integre , & pro re dignitate , minime tractata. Verum mislim

missum facientes vitium illud & fastidum , que nimium diu regnauit in Scholis : videlicet , ut que praesto sunt , infinita subtilitate persequeantur quae paulo remota , ne attingant quidem : nos fane Topicam Particulararem , tanquam rem apprime uilem , amplectimur , hoc est , locos inquisitionis & inventionis , particularibus subiectis & Scientias appropriatis. Illi autem , mixtura quadam sunt ex Logica & Materia ipsa , propria singularium Scientiarum. Futiliter enim esse confit , & anguli enigmata animi , qui existimet , Artem de Scientiis inventiis perfectam jam à principio excogitari & proponi posse , eandemque postea in opere ponere & exerceti debere. At certo sciunt homines , Artes inventiis solidas & veras adolefcere & incrementa suuere cum ipsi inventis : Adeo ut cum quis primum ad perfectionem scientia alicuius accesserit , posse habere Praecipua inventiva nonnulla utilia : postquam autem ampliores in ipsa Scientia progressus fecerit , posse etiam & beat a nova inventiva Praecipua excogitare , quae ad ulteriora cum filicium dedicant. Sanitis est sane hac res via inita in planitate : postquam enim via partem aliquam fuerint ementi , non tantum hoc lucrat fumus , ut ad exitum Iunioris proprias accesserimus ; verum etiam ut , quod sellat via , clarius prospiciamus : Eodem modo , in Scientiis , gradus Lineis quaque ea , que à tergo reliquit , pratervectus , etiam illa , quae superficiant , proprias dat in conspectum. Hujus autem Topicis Exemplum , quoniam eam inter



inter Difiderata reponimus, subiungere vides  
est.

*Topicus particularis, sive Articuli Inqui-  
sitionis de Gravi & Levi.*

1. Inquiratur, qualia sunt Corpora, que Mo-  
tus gravitatis sunt suscep[t]ib[il]ia, qualia que le-  
vitatis; & si quis sunt Media, sive Adiaphoriz  
Nature?

2. Post inquisitionem de Gravitate & Levi-  
tate simplicem, procedatur ad inquisitionem  
comparatam; Quoniam rurum ex Gravibus plus,  
qua minus ponderent in eadem Dimensione? Es-  
tam, que ex Levibus celerius iterant in aliis,  
qua tardius?

3. Inquiratur de eo, quid possit & operetur  
Quantum Corporis ad Motum Gravitatis? At-  
que videatur hoc primo effectu quae superver-  
cium, quia rationes Moris debent sequi Ra-  
tiones Quantitatis. Sed res aliter se habet. Nam h[ab]et  
in lanceis, Quantitas Gravitatem Corporis  
ijsius compenget, (viribus corporis undique) in can-  
tibus per repercussionem, sive refractionem lan-  
ciuum vel trahit) tamen ubi parvadat resilien-  
tia (veluti in Decau[m] corporum per aeron) Quantum Corporis parum valer ad inquisi-  
tionem Defensus; Cum virginis pondo planula, &  
libra una, eodem seriatatio endant.

4. Inquiratur, utrum Quantum corporis  
ita augeri possit, ut Motus Gravitatis preclus de-  
ponatur? ut sit in globo terra, qui persimiles illi,  
non cadit. Virium igitur possint esse alia massa tam  
gravi-

grandes, ut se ipsi sufficiant? Nam latio ad cen-  
trum terra, resistititia est: Atque omnis massa  
grandis metu laetioris quemcumque exbarret,  
nisi ab alio appetitu fortiori vincatur.

5. Inquiratur de quo[rum] possit & operetur resi-  
stentia corporis medi, vel occurrentia ad regi-  
men motus gravitatis. Corpus vero descendens,  
aut penetrat & fecat corpus occurrentem: Aut ab eo  
filitur. Si penetraret, si penetratio: Aut cum lev[er]a  
resistenter, ut in terra: Aut cum fortiori, ut in  
aqua. Si filitur, filitur, aut resistentia diffari,  
ut si praegravatio, ut si lignum superponatur ce-  
re. Aut aqua, veluti si aqua superponatur aqua;  
aut lignum, sicutdem generis lego. Id quid appellat  
Schola (apprehensione quadam immam) Non pon-  
derare corpus nisi extra locum suum. Atque hac  
omnia motus gravitatis variant: Alter enim  
moventur gravis in lanceis, alter in decau[m]:  
Etiam alter (quod mirum videri possit) in lanceis  
pendentibus in aere, alter in lanceis im-  
mersis in aqua: alter in decau[m] per aquam, ali-  
ter in naturis, sive levius super Aquam.

6. Inquiratur de eo, quid possit & operetur  
Figura Corporis descendenti, ad regendum  
modum gravitatis veluti figura late cum tenui-  
tate, cubica, oblonga, rotunda, pyramidalis: &  
quando se vertant corpora, quando eadem, qua-  
dimituntur, positura permaneant?

7. Inquiratur de eo, quid possit, & operetur  
Continuatio, & progreffio ipsius Calus sive  
Defensus, ad hoc, ut majori incitatione & im-  
petu feratur? & qua proportione, & quoniamque  
P. 2 inva-

invenies eas illa incitatio? siquidem veteres levi contemplatione opinati sunt, (cum motus natura-  
li sit ille) cum perferri augeri & intenda.

8. Inquiratur de eo, quid possit & operetur  
Distantia, aut proximitas Corporis descenden-  
tis à Terra, ad hanc, ut celerius cadat, aut tardius  
aut etiam non emittat, (si modo fuerit extra orbem  
aliquantum globi terra, qua Gilberti opinio-  
fuit.) Atque simili de eo, quid operetar Imma-  
terio Corporis Descendentis magis in profundum  
terra, aut Collocatio ejusdem proprius ad lupe-  
ficiem terre? Etiamen hac res etiam motum varia-  
rat, ut operari in Mineris peribulum est?

9. Inquiratur de eo, quid possit & operetur  
Differentiæ Corporum, per quæ motus gravi-  
tatis diffunduntur & communicantur: arg, utrum  
aque communiceat per corpora molliæ & porosa-  
re, per dura & solidâ: veluti siccâ Lancea sit  
ex altera parte Lingula lignea, ex altera argen-  
tea, licet fuerint reducta ad idem pondus, utrum  
non prospicat variationem in lanceis? Simili-  
ter, utrum Metalum Lance, aut Velica inflato,  
superimpositum, idem ponderis, quod in Fundo  
Lancis?

10. Inquiratur de eo, quid possit & operetur,  
in communicatione Motus Gravitatis Distantia  
corporis à Librâmine: Hoc est, cito & sora per-  
cepio incubitus, sive depressionis: Veluti in la-  
cibus, ubi altera pars trahit eum longior, (licet re-  
ducta ad idem pondus) an melius hoc ipsum  
lancem? Aut in tubo arcuatis, ubi longior  
pars certe trahit aquam; licet brevior pars, fa-

qua

ta sedicet capacior, magis contineat pondus  
aqua.

11. Inquiratur de eo, quid possit Internistio,  
sive Copulatio Corporis Levis cum Corpore  
Gravi, ad elevandam corporis gravitatem in  
pondere animalium vivorum & mortuorum?

12. Inquiratur de secretis Ascensibus, &  
Descensibus partium leviorum, & graviorum in  
uno corpore integro: unde sicut sapientia accurata  
separatio? ut in separatione vini & aquæ:  
in ascensione floræ, lacticæ, & similibus.

13. Inquiratur, quæ sit Linea & Directio  
motus Gravitatis, & quatenus sequatur velocitas  
centrum terre, id est, massam terræ, vel centrum  
corpis ipsius, id est, Nexus partium ejus. Cen-  
trum enim illa ad demonstrationes apta sunt, in  
Natura nihil valent.

14. Inquiratur de Comparatione Motus Gravi-  
tatis cum Motibus aliis: quæ sedicet vincat,  
quibus cedat? Veluti in Motu (quem appellant)  
violento, motus gravitatis competit ad tem-  
pore: Etiamen, cum pondus longe magius ferri ab  
exiguo magnæ attollatur, cedit motus gravita-  
tis motui sympathia.

15. Inquiratur de Motu Aeris, utrum fer-  
atur sibi suum, an sit tanquam adiaphorum? Quod  
difficile est inventu, nisi per experimenta aliqua  
exquisita. Nam emicatio aeris in fando aquæ, sit  
potius per plagam aquæ, quam per motum aeris,  
cum idem etiam sit in ligno. Aer autem aeris  
communius nihil prodit, cum non minus levitas  
tem exhibeat aer in aere, quam gravitatem aquæ



in aqua: in builla autem, excisi obducta pellientia,  
ad tempus flat.

16. Inquiratur, quis sit Terminus Levitatis?  
Neque enim, quemadmodum centrum terra po-  
suissent centrum gravitatis, volunt [credo] ut  
ultima convexitas Cœli sit terminus levitatis.  
An potius, velut in gravitate videntur eo usque ferri-  
us decubuant, & tangunt ad immobile, ita le-  
vita eo usque ferantur, ut vestri incipiunt, &  
tangunt ad motum fine termino?

17. Inquiratur, quid in eau/a/sa, car Vapo-  
res & Halitus eo usque in alium, ac sita est Regio  
(quem vocant) media aerae, ferantur? cum &  
craffuscula sunt Materie, & Radix solis per vicces  
(nostra scilicet) efficiant.

18. Inquiratur de Reginâ Motu Flammæ  
in sursum. Quod eo aberrans est, quia singulis  
momentis flamma perit, nisi forte in medio Flam-  
marum majorum: Etenim flamma abrupta à  
continuitate sua, parum durat.

19. Inquiratur de Motu in sursum ipsius  
Activitas Calidi: velut cum calor in ferro  
candente estius gliscit in sursum, quam in deor-  
sum.

Exemplum igitur Topicæ particularis tale sit:  
Illud interim, quod moxere occepimus, sicutum  
monemus. Nempe ut homines debeat Topicæ  
particularis suas alternare, ita ut post majores  
progressus aliquos, in inquisitione factos, aliam  
& subinde aliam instituans Topicam; si modo  
Scientiarum fastigia condescendere cupiant. Nos  
autem Topicæ particularibus tantum tribuimus,  
ut

ut proprium opus de ipsis, in subjectis natura-  
libus dignioribus, & obscurioribus, confidere  
in animo habeamus. Domini enim qualicio-  
num sumus, resum non item. Atque de Inter-  
triva hactenus.

## CAP. I V.

Partitio artis Iudicandi, in Iudicium per Inductionem,  
& per Sylogismum. Quoniam primum aggregatur Or-  
gano Novo. Partitio prima Iudicij per Sylo-  
gium, in Reductiōnem Reclam, & Inversam. Par-  
titio secundaria in Analyticam, & Doctrinam de  
Elenchis. Parisii Doctrinæ de Elenchis, in Elen-  
chos Sophistes, Elenchos Elementorum, & Elen-  
chos Imaginum, sive Idolorum. Partitio Idolorum,  
in idola Tellius, Idola Speciæ, & Idola Fort. Appen-  
dix Artis Iudicandi, videlicet de Analogia Deseun-  
tiationum pro Natura subjecti.

**T**ranseamus nunc ad Iudicium, sive Artem  
Iudicandi, in qua agitur de natura proba-  
tionum, sive demonstrationum. In arte autem  
ista iudicandi (ut etiam vulgo receperam est)  
aut per Inductionem, aut per Sylogismum con-  
cludatur. Num Entypemata, & Exempla,  
illorum ducentur. Compedit attingunt luctu. At  
quatenus ad Iudicium, quod sit per Induc-  
tionem, nihil est, quod nos decinere debet:  
Uno signum eodemque mentis opere illud,  
quod queritur, & inventus, & iudicari.  
Neque enim per medium aliquid res transfigur-  
tur, sed immediate, eodem sece modo, quo sit  
in sensu. Quippe sensus in Objectis suis pri-  
mariis sensu & objecti speciem arripit, & ejus  
veri-



veritatis coquuntur. Alter autem sit in *Syllogismos*, cuius probatio immediata non est, sed per medium perficitur. Itaque alia res est *Invenientia Methodi*, alia *Judicium de Consequentiis Argumenti*. Nam primo discurrevit mens, postea acquiescit. At *Inductionis* formam vitiosam proflus valere jubemus; legitimam ad *Novum Organum* remittimus. Itaque de *Judicio per inductionem* hoc loco satius.

De illo altero per *Syllogismum* quid attinet dices? cum subtilissimi ingeniorum limis haec res fere atrita sit, & in multis minutias redacta. Nec mirum, cum sit res, quæ cum intellectu humano magnam habeat sympathiam. Nam animus humanus miris modis ad hoc contendit, & amplexat, ut non penitus sit, sed nanciscatur aliquid fixum & immobile, cui tanquam firmamento in transcurribus & disquisitionibus suis innitatur. Sane quemadmodum Aristoteles probare conatur, inveniri in omni motu corporum aliquid quod quiescit, & fabulans antiquum de Atlante, qui ipse erectus Caelum humens sustinuit, pereleganter ad Polos Mundi traducit, circa quos conversiones expediuntur: Similiter magno studio appetunt homines, aliquem habere intra se cognitionum Atlantem, aut Polos, qui intellebas fluctuationes & vertigines aliquatenus tegant, Timentes scilicet ne Caelum ipsorum ruit. Itaque ad Principia Scientiarum constituenta præpropere festinavimus, circa quæ omnis disputationum varietas vetteretur, sine periculo ruine & casus: Nefientes

entes profecto, eum, qui certa nimis propere captaverit, & in dubiis finiturum: qui autem Judicium tempestive cohibuerit, ad certa preventurum.

Manifestum est igitur, Artem hanc *Indican-*  
di per *Syllogismum*, nihil aliud esse, quam reduc-  
tionem propositionum ad principia per me-  
dios sermones. Principia autem confitit rece-  
pta intelliguntur, atque à quæstione eximun-  
tur. At terminorum mediorum inventio libero  
ingeniorum acuminis & investigationi permit-  
titur. Est autem *reductio* illa duplex, *directa* scilicet, & *inversa*. *Directa* est, cum ipsa pro-  
positio ad ipsum principium reducatur: Id quod  
probatio *offensiva* vocatur. *Inversa* est, cum  
contradicторia propositionis reducatur ad con-  
tradictorium principii; quod vocant *probatio-*  
*nem per incommodeum*. Numerus vero termi-  
norum mediiorum, sive scala eorum minatur  
aut augetur, pro remotione propositionis à  
principio.

His positis, patiemur *Artem iudicii* [sicut  
vulgo fate solet] in *Analyticam*, & *Doctrinam*  
*de Elenchis*: Altera indicat, altera cavit: *Ana-*  
*lytica* enim veras formas instituit, de conse-  
quentiis argumentorum; quibus si varietur,  
sive deflectatur, vitiosa deprehenduntur esse con-  
clusio. Atque hoc ipsum in se elenchum quen-  
dam, sive redargutionem continet. *Reductio*  
*enim* [ut dicitur] *& sui index est, & obliga*. Tu-  
tissimum nihilominus est, *Elenchos*, veluti mo-  
nitores adiubatores, quo facilius deteguntur falla-



316 DE A U G M . S C I E N T .  
cix, Judicium aliquoquin illaqueatur. In *Analytica* vero nihil desiderari reperimus. quin potius oneratur superfluis, quam indiget accessiōnibus.

*Doctrinam de Elenchis*, in tres partes dividete placet: *Elenchos Sophistinatum*, *Elenchos Hermenias*, & *Elenchos Imaginatum* live *I dolorum*. *Doctrina de Elenchis Sophistinatum* aptime utilis est: Quamvis enim pianguius fallaciarum genos, à Seneca, non inscite comparetur cum praefigitorum technis: in quibus qua pacto res regeneratur nescimus; aliter autem se habere rem quam videris, fatis novimus: Subtiliora tamen *Sophistinata* non solum id praestant, ut non habeas quis, quod respondeat, sed & Judicium ipsum serio confundunt.

Hac Pars de *Elenchis Sophistinatum*, praeclare tractata est ab Aristotele, quoad Precepta: Etiam à Platone adhuc melius, quo ad Exempla: Neque illud tamquam in persona Sophistarum Antiquorum, (*Gorgia*, *Hippis*, *Protagora*, *Euthydemus*, & reliquorum) verum etiam in Persona ipsius Socratis, qui cum illud semper agat, ut nihil affirmet, sed à ceteris in medium adducta informet, ingeniosissime Objectionum, Fallaciarum, & Redarguentum Modos exprimit. Itaque in hac parte nihil habemus quod *desideremus*. Illud interim notandum, quamvis usum hujus doctrinae probum, & pricipiūm, in hoc possumus, ut redarguantur sophistinæ, liquido nihilominus patere, usum ejus degenerem & corruptum, ad captones, & contradicitiones

L I B R . V . 327  
dictiones per illa ipsa sophistinata scriuendas, & concionandas spectare. Quod genus facultatis etiam pro extremo habetur, & haud parvas afferit utilitates. Licet eleganter introducta sit à quopiam illa differentia inter oratorem & sophistam, quod alter tanquam Lepotarius Curſu præfet, alter tanquam Lepus ipse Flexu.

Sequuntur *Elenchi Hermenias*: ita enim (vocabulatu potius, quam sensum ab Aristotele mutuantes) eos appellabimus. Redigamus igitur hominibus in memoriam, ea quæ à nobis de *transcedentibus* & de *adventiis existim condicione*, sive *adjunctis*, (cum de *Philosophia prima ageremus*) superius dicta sunt. Ea sunt, *majus*, *minus*; *multum*, *paucum*; *prīus*, *posterior*; *idem*, *diversum*; *potentia*, *actus*; *habitus*, *privatio*; *totum*, *partes*; *agens*, *patiens*; *motus*, *quiet*; *en*, *nouens*; & *familia*. Imprimis autem meminerint & notent, differentes eas, quas diximus, hiūrum rerum contemplationes: videlicet quod possint inequit vel *Physica*, vel *Logica*: *Physicam* autem circa eas traditionem, *Philosophia prima* assignavimus. Superēt *Logica*: Ea vero ipsa est res, quam in praesenti *Doctrinam de Elenchis Hermenias* nominamus. Portio certe est hæc doctrina bona & bona. Hoc enim habent notiones illæ generales & communes, ut in omnibus d' operationibus ubique intercurant; adeo ut nisi acutate, & ansio cum judicio, bene jam ab initio distinguantur, universo distinctionum lumini caliginem minus modis obliuiscantur.

P 6 & 20

328 DE AUGM. SCIENT.  
& eo tempore deductur, ut definit disputa-  
tiones in pugnas verborum. Etenim & equivoca-  
tiones, & male acceptiones verborum, (pre-  
fatum hujus generis) sunt *Sophismata Sophismata*  
*Quae etiam melius utsim est*, istarum  
tractationem fecit confutare, quam eam,  
vel in *Philosophiam primam* sive *Metaphysicam*  
recipere, vel ex parte *Analyticis* subjecere, ut  
Aristoteles satis confuse fecit. Dedamus autem  
ei nomen ex utsi, quia verus ejus utsi est plane  
redargit, & cauto circa utsim verborum.  
Quoniam pattern illam de *Pradicamentis*, si re-  
cite institutus, circa cautiones de non confun-  
denda aut transponendis definitionum & divi-  
sionum terminis, pricipuum utsim fortius ex-  
flimus, & hoc etiam referri malumus. Atque  
de *Elenchis Hermenei* haec tenus.

Ad *Elenchos vero Imaginarii* sive *Idolorum*  
quod actinet, fuit quidem *Idola*, profundissime  
mentis humana fallacia. Neque enim fallunt  
ia particularibus, ut ceterae, *Judicia caliginem*  
ossundendo, & tendiculas struendo: sed plane  
ex prædispositione mentis prava, & perperam  
constituta, que tanquam omnes intellectus ant-  
icipations detorquet, & inficit. Nam *Mens*  
*humana* (corpoce obducta & obfuscata) tan-  
cum abest, ut speculo piano, aquali, & claro  
similis sit, quod terum radios sincere excipiat,  
& reflectat, ut posse sit in istar speculi aliquius  
incantari, pleni superstitionibus & spectris. Im-  
potentius autem intellectui *Idols*, aut per *natura-*  
*lis* *genere* *humani generalis*: aut per

LIBER V. 329  
*naturam cuiusque individualis*: aut per *ver-  
ba* *sive naturam communicativam*. Primum  
genus *idola tribus*, Secundum *idola species*, Ter-  
tium *idola fori* vocare confuevimus. Est &  
quartum genus, quod *idola theatri* appellamus,  
atque superinductum est à *praxis Theorici*, sive  
*Philosophie*, & per *versus Logibus Demonstratio-  
num*: Verum hoc genus abnegari potest, &  
deponi: Itaque illud in *presencia* omittimus.  
At reliqua plane obsidem mentem, neque pro-  
fus evelli possunt. Igitur non est, quod quis in  
illis *Analyticis* aliquam expectet: sed *Doctrina*  
*de Elenchis* est, circa ipsa *Idola*, *Doctrina* pri-  
maria. Neque (si verum omnino dicendum  
sit) *Doctrina de Idolis* in artem redigi possit: sed  
tantum adhibenda est, ad ea cavenda, pruden-  
tia quadam contemplativa. Horum autem  
Tractationem plenam, & subtilem ad *Novum*  
*Organum* amandamus: pauca generaliter tan-  
tam de his hoc dictum.

*Idolorum Tribus* exemplum tale sit. *Natura*  
*intellectus* *humani magis* affectus *affirmativi*,  
*& alitr*, *quam negativi*, *& privativi*, cum  
rite & ordine sequunt se utriusque de-  
beat. At ille, si res quæpiam aliquando existat,  
& tencat, fortiori recipit de ea impreffio-  
nem, quam si eadem longe plures fallat, aut  
in contrarium eveniat. Id quod omnis super-  
stitionis, & vanæ credulitatis quasi radix est.  
Itaque recte respondit ille, qui, cum suspensa  
tubula in templo monstraret eorum, qui vo-  
ta solerant, quod naufragii periculum effu-  
gisset;



gissent; atque interrogando ppteretur, annontum demum Neptuni Numeus agnoscetur? quælibet vicissim, *At ubi sunt illi deputi, qui post vota novacata perierant?* Arque eadem est ratio superstitionum similius, sicut in Astrologia, Informis, Ominibus, & reliquis. Alterum Exemplum est hujusmodi: *Anionis humanae* (cum sit ipsæ substantia æqualis & uniformis) majorem præsupponit, & affigit in natura rerum equalitatem, & uniformitatem, quam revera est. Hinc commentum Mathematicorum, In cœloibus omnia moveri per Circulos perfectos, recipiendo lineas spirales: Fine etiam fui, quod cum multa sint in Natura Monodica, & plena imparitatis; affigat tamen semper cogitatio humana, Relativa, Parallelæ, & Conjugata: Ab hoc enim fonte elementum ignis cum orbe suo introductum est, ad constitendum quaternionem cum reliquis tribus, Terra, AQUA, AIRE. Chymie autem fanaticam infraferunt rerum universarum Phalangem, inanissimo commento inventi siogentes, in quatuor illis suis elementis, {Cælo, Aire, Aqua, & Terra,} species singulis parallelæ invicem & conformatæ. Tertium Exemplum est superiori finitimum; quod homo fiat quasi norma, & speculum Naturæ: Neque enim credibile est, (h si erga percuterantur & notentur) quantum agmen Idætum Philosophie incertis naturalium operationum ad similitudinem actionum humanarum redactio: Hoc ipsum, inquam, quod pueratur, talia naturam facere, qualia homo facit.

Neque

Neque multo meliora sunt ista, quam hæc estis *Anthropomorphiarum*, in cellis ac solitudine stupidotum Monachorum oita: Aut tentatio Epicuri huic ipsi in paganismo respondens, qui Diis humanam figuram tribuebat. At non opus fuit Vellejo Epicureo interrogare, *Cur Deus Calum Stellarum & Luminibus, tanquam Ædilis, ornasset?* Nam si summus ille Opifex ad modum Ædilis se gessisset, in pulchrum aliquem & eleganter ordinem stellas digerere debuisset, operosis Palatiorum Laqueis consumi-lem; cum è conera ægri quis ostendat, in tam infinito Stellarum numero figuram aliquam vel quadratam, vel triangularem, vel rectilineam. Tanta est Harmonia discrepantia; inter spiritum hominis, & spiritum mundi.

Quod ad tabula Specus attinet, illa ortum habent ex proprio cuiusque natura, & animo & corpori; atque etiam ex educatione & consuetudine, & fortuisse rebus, quæ singulis hominibus accident. Pulcherrimum enim Emblemæ est illud de Specu Platonis. Siquidem si quis (missa illa exquisita Parabolæ subtilitate) à prima infantia, in astro, aut caverna obscura & subterranea, ad matutinæ usq[ue] æstatem degrebet, & tunc dercepente in aperta prodiret, & hunc coeli & rerum apparatum contineatur; dubium non est, quin animum ejus subirent, & perfiserent quæ plurimæ miræ, & absurdissime phantasie. Nos vero feliciter sub aperi-cti coeli degimus, interea tamen animi in cavernis corporum nostrorum condundur, ut infini-

123



332 DE AUGM. SCIENT.  
tas errorum, & falsitatum imagines haurire nesceret, si è specu sua rato tantum & ad breve aliquod tempus prodeant, & non in contemplatione naturae perpetuo, tanquam sub diu morentur. Emblemata siquidem illi de *Specu Platoni* optime convenit Parabola illa Heracliti; Quod homines scientias in Mundi propriis, & non in Mondo maiore querant.

At *Idola Fori* molestissima sunt, quæ ex seculare tacito inter homines, de verbis & nominibus impedit, sc̄ in intellectu insinuantur. Verba autem plerunque ex capti vulgi induntur; atque per differentias, quatum vulgus capax est, res fecam. Cum autem intellectus accutus, aut observatio diligenter res melius distinguere solet, verba oblitus repunt. Quod vero hojus remedium est, {definitiones scilicet} in plurimis huic malo incedere nequit, quoniam & ipse definitiones ex verbis constant, & verbis significantur. Esi autem potemus, verbis nostris nos imperare, & illud facile dictu sit, Loquendum esse, ut vulgus, sentiendum, ut sapientes. Quinetiam vocabula attirum {quæ apud peritos lolum valent} huic rei satisfacere videri possunt; & definitiones {de quibus diximus} artibus premissa, {secundum prudentiam Mathematicorum} vocabulorum pravas acceptiones corrigerem videntur, atamen hæc omnia non sufficiunt, quo minus verborum præstigia, & incantationes plurimis modis seducant, & vim quandam intellectui faciant, & impetum suum (more Tartarorum sagittationis) retro

L I B R E R V . 333  
in Intellectum (unde profecta sunt) restorquent. Quare altiore, & novo quadam remedio, ad hoc Malum opus est. Verum hæc jam cursim perstringamus, interim desiderari pronunciantes hanc doctrinam, quam *Elenchos magnum*, sive de *Idolis Animæ humani nativæ, & adventus*, appellabimus. Ejus autem Tractationē legitimā ab Organum novum referimus.

Supereft *Artia ludicra* Appendix quædam insignis, quam etiam desiderari statuimus. Si quidem Aristoteles rem notavit, modum rei nullibi perfecutus est. Ea tractat, quales demonstrationes ad quales materias, sive subjecta, applicare debent: ut hæc doctrina tanquam iudicationes iudicacionem contineat. Optime enim Aristoteles, Negat demonstrationes ab oratoribus, negat sūstiances à Mathematicis requiri debere moneret. Ut si in Probationis genere aberretur, iudicatio ipsa non absolvatur. Quando vero sunt quatuor demonstrationum genera, vel per *conjunctionem immediatum & rationis*, vel per *inductionem*, vel per *Syllogismum*, vel per eam (quam recte vocat Aristoteles) *demonstratiōnem in orbem*, (non à Notionibus scilicet, sed tanquam de Plano,) habent hæc demonstrationes lingue certa subjecta, & metatis scientiarum in quibus pollent, alia, à quibus excluduntur. Et enim rigor & curiositas, poscendo probations nimis severas, in aliquibus, multo magis facilitas, & remissio in acquiescendo probations levioribus in aliis, inter ea sunt numeranda, que detrimenti plurimum, & impiementi



334 DE AUGM. SCIENT.  
damenti scientiarum attulerunt. Atque de Arte En-  
sleinandi hæc dicta sunt.

C A P. V.

*Partis* Artis Retinendi, sive Retentivæ, ò doctrinam  
de admīnistris memoriarum, & doctrinam de Memo-  
riis ipsa. *Partis* doctrinæ de Memoria ipsa, in Piz-  
nociosem & Emblemata.

**A**rtium Retinendi, sive Coddicendi in duas  
doctrinas partiemur: *Doctrinam scilicet*  
*de Admiranda Memoriâ: & Doctrinam de Memoriis ipsa.* *Admīnistris Memoriae*  
plane *Scriptio* est: Atque enim monendum  
quod *Memoria* sine hoc admīnistratore, rebus  
prolixioribus & accuratioribus, impat fit; ne-  
que illo modo, nisi de *Scripto*, recipi de-  
beat. Quod etiam in *Philosophia Inductiva,*  
& *interpretatione Naturæ,* præcipue obinetur.  
Tam enim possit quis calculationes Ephemeridi,  
Memoria nuda, absque scripto absolvere,  
quam interpretationi Naturæ per Medianiones,  
& vires memoriae nativas & modas suffice-  
re; nisi eidem memorie per *Tabulas ordinariae*  
ministretur. Verum missa *interpretatione Na-  
turæ,* quæ Doctrina nova est, etiam ad Veteres  
& Populares Scientias haud quicquam fere uni-  
uersum esse possit, quam Memoriae admīnistracionis  
solidum & bonum; hoc est, *Digellum pro-  
bonum;* & eruditum *Locorum Communiorum.* Ne-  
que tamen me fugit; quod telatio eorum,  
que legimus, aut discimus, in *Loci communio-*  
nes,

**L**I**B**R. V. 335  
nos, damno eruditioñis ab aliquibus imputetur,  
ut quæ lectioñis cursum removere, & *Memo-  
riam* ad feriandam invitent. Attamen quoniam  
adulterina res est, scientiæ præcōcem esse &  
prostuprum, nisi etiam solidus sis, & multipli-  
citer intructus; diligentiam & laborem in locis  
communiorum congregandi magni profus rem  
esse usus, & firmitudinis, in studiis, judicamus;  
veluti quæ *Inventioni* copiam submittunt; &  
aciem *Iudicii* in unum contrahat. Verum est  
tamen, inter methodos & synaxes *Locorum  
communiorum*, quas nobis adhuc videte contigit,  
nullam reperi, quæ alieijus sit pretius; quam-  
doquidem in titulo suis faciem protius exhibe-  
ant magis scholæ, quam Mundi, vulgares &  
pedagogicas adhibentes divisiones, non autem  
eas, quæ ad terum medallas, & interiora quo-  
vis modo penetrerent.

Circa *Memoriam* autem ipsam fatus signiter,  
& languide viderunt adhuc inquisitum. Extant  
certe de ea *Arte* quæpiam: Verum nobis con-  
stat, tum meliora præcepta de *Memoria* confir-  
mando habeti posse, quam illa ars complectitur  
tum Prædictam illius ipsius artis meliorem insi-  
titui posse, quam quæ recepta est. Neque tamen  
ambigimus, (si cui placet haec arte ad ostenta-  
tionem abutit) quia possit præstari per eam  
nonnulla mirabilia, & portentosa. Sed nihil quan-  
tas res quasi steriles est, (eo quo adhibetur mo-  
do) ad usus humanos. At illud interim ei non  
importamus, quod *Naturalum memoriam* de-  
fuerat, & supereret, (ut vulgo objicitur,) sed  
quod




quod non dextre infiltrata sit, ad auxilia memorie commodanda, in negotiis & rebus seruis. Nos vero hoc habemus, ( fortasse ex genere vite nostrae Politice ) ut, qua artem jaçant, usum non præbent, parvi faciamus. Nam ingentem numerum nominum, aut verborum semel recitatorum, eodem ordine statim repetere, aut versus complures de quovis argumento ex tempore conficeret, aut quicquid occurrit, Satyrica aliqua similitudine peritringere, aut seria quaque in jocum veire, aut contradictione & cavillatione quidvis eludere, & similia, ( quorum in facultatibus animi haud exigua est copia, quæque ingenio, & exercitatione ad miraculum usque extollit posunt,) hac certe omnia & his similia nos non majoris facimus, quam funambulorum, & mimorum agilitates, & ludicia. Etenim eadem ferme res sunt: cum haec corporis illa animi virtutibus abutantur, & admirationis fortisan aliquid habeant, dignitatis patrum.

Ars autem Memoria, duplici nitoritur intentio-ne; Prænotione, & Emblematice. Prænotionem vocamus abscissionem quandam investigationis infinitæ. Cum enim quis aliquid revocare in memoriam conatur; si nullam prænotionem habeat, aut perceptionem ejus quod querit; querit certe, & molitus, & haec illac dilectus, tanquam in Infinito. Quod si certam aliquam prænotionem habeat; statim absconditur Infinitum, & fit discursus memoriae magis in vicinio. Ut venatio damae, intra septa. Itaque & or-

do

do manifesto juvat Memoriam. Subest enim *Prænotio*, id, quod queritur, tale esse debere, ut conveniat cum ordine. Similiter carmina faciliter dilecuntur memoriter, quam prosa. Si enim hæretur in aliquo verbo, libet *Prænotio*, tale debere esse verbum, quod conveniat cum versu. Atque ita *Prænotio* est. *Artificialis Memoria pars prima*. Nam in *Artificiali Memoria Locis* habemus jam ante digestos, & paratos: *Imagi-nes extempore*, pto ut res possint, conficiamus. At libet *Prænotio*, talem esse debere *Imaginem*, qualis aliquatenus convenienter cum *Loco*. Id quod vellet Memoriam, & aliquo modo muniri ad rem, quam querimus. *Emblema* vero deducit intellectuale ad sensibile: Sensibile autem semper fortius percuit Memoriam, atque in ea facilius imprimitur, quam intellectuale. Adeo ut etiam Beatorum memoria per sensibile excitetur; per intellectuale, minime. Itaque facilius retinetas imaginem venatotis leporum persequuntur, aut pharmacocepti pyxides ordinantis, aut pedantii orationem habentis, aut pueri verius memoriter recitantis, aut mimi in feena agentes; quam ipsas Notiones Inventionis, Dispositionis, Elocutionis, Memoriae, Actionis. Sunt & alia, quæ pertinent ad *Memoriam* juvandam ( ut modo dicimus;) sed *ars*, quæ jam habetur, ex his duobus jam præmissis consiliit. Particulares autem artuum defectus persequi, fuerit ab instituto nostro recedere. Igitur de *Arte Reti-nendæ*,



338 DE AUGM. SCIENT.  
nenti, sive Cuffodia, hęc dicta sunt. Jam ve-  
ro ad quartum membrum Logica, quod Tra-  
ditionem & Elocutionem tractat, ordine per-  
venimus.



F R A N-

339

FRANCISCI BACONIS  
DE VERULAMIO,

Vice-Comitis sancti Albani,

De dignitate & augmentis  
scientiarum,

L I B E R S E X T U S.

Ad Regem suum.

C A P. I.

*Partis Tractivæ, in Doctrinam de Organis Sermonis: Doctrinam de Methodo Sermonis: & Doctrinam de Illustratione sermonis. Partis Doctrina de Organis sermonis, in Doctrinam de Notis Re-  
num: De Locutione: & De Scriptione. Quarum  
dua posteriora Grammaticam confinxerunt, rufisque  
Parvioribus sunt Partis Doctrina de Notis Reenum,  
in Historiographia, & Characteres Reales. Partis  
seunda Grammatica, in Literatam, & Philoso-  
phiam. Aggregatis Politico, quoad Meritum, ad  
Doctrinam de Locutione. Aggregatis Doctrina de  
Opere ad Doctrinam Scriptiose.*

Onceditur enim cuivis (Rex optimus) Se ipse, & Sua ridere, & ludere.  
Quis igitur novit, num forte opus  
illud nolitrum, non descripsi fuerit  
ex libro quodam veteri, reperto inter libros fa-  
miosissime illius Bibliothecæ Sancti Villoris;  
quorum Catalogum except Magister Francisus  
Rabelius? Hic enim invenitur liber, cui Titulus  
est,



est, Formicarium Attium. Nos sine pusilliam  
acecum pulvrisculi congerimus, & sub eo  
complura Scientiarum, & Attium grana con-  
didimus, quo formice reptare possint, & paula-  
tim conquiescere, & subinde ad novos se labo-  
res accingere. At Regum sapientissimus pigres  
quoscunq[ue] remuit ad formicas: Nos autem pi-  
gros eos homines prouinciamus, quibus, ac-  
quisitis uti tantum, cordi sit, neque subinde no-  
vas Scientiarum Seminae, & Messeas facere.

Accedamus nunc ad *Artem Tradendi*, five  
*Proferendi*, & *Enunciandi* ea, que *Inventa*, Ju-  
dicata, ac in Memoria repolita sunt; quam no-  
mine generali *Traditivam* appellabimus. Ea  
omnes artes circa verba, & sermones comple-  
tatur. Quamvis enim ratio, sermonis veluti  
anima sit, tamen in tractando disjungi debent  
ratio, & sermo; non minus, quam anima, &  
corpus. *Traditivam* in tres partes dividimus,  
*Doctrinam*, circa *Organum Sermonis*; *Doctrinam*  
circa *Methodum Sermonis*; & *Doctrinam*  
circa *Sermonis Illustrationem*, five *Ornatum*.

*Doctrina de Organio Sermonis* vulgo recepta,  
que & *Grammatica* dicitur, duplex est: Altera  
de *Locutione*, Altera de *Scriptione*. Recte enim  
Aristoteles, *Cogitationum Tissa verba, Verbo-  
rum litera*. Utrumque *Grammatica* affigimbi-  
mus. Verum ut rem altius repetamus, ante-  
quam ad *Grammaticam*, & partes ejus jam di-  
tas veniamus, in genere de *Organio Traditiva*  
discendum est. Videntur enim esse proles que-  
dam *Traditiva* aliae, praeter *Verba & Literas*.

Hoc

Hoc igitur plane statendum est: Quicquid  
scindi possit in differentias fatis numerotas, ad  
notiorum varietatem explicandam, (modo dif-  
ferentia illae sensu perceptibiles sint) fieri posse  
vehiculum cogitationum de homine in homi-  
nem. Nam videmus, Nationes *Linguis* diffe-  
rentes Commercea nos male per *Gestus* exer-  
cere. At in *Practica nonnullorum*, qui sordi &  
muti usque à Nativitate fuerant, & alias erant  
ingeniosi, miris vidimus haberi inter eos, & a-  
micos suos, qui eorum *glori* perdiderant, Dia-  
logos. Quinetiam notissimum fieri jam cecipit,  
quod in *China*, & *Provinciis* ultimi Orientis, in  
usa hodie sunt *Charakteres* quidam *Reales*, non  
*Nominales*, qui feliciter nec literas, nec rebus, sed  
res & notiones exprimunt. Adeo ut Gentes com-  
plutes, linguis prius discrepantes, fed hujus-  
modi *Characteribus* (qui apud illos latius re-  
cepti sunt) consentientes, scriptis communicent:  
Eo usque, ut librum aliquem hujusmodi cha-  
racteribus conscriptum, queque *Gens*, patria  
lingua legere, & reddere possit.

*Nota* igitur *Rerum*, quæ abesse ope, aut  
medio *Verborum*, Res significans, duplices  
generis sunt: Qvirum prius genus ex *con-  
gruo*; Alterum ad *placatum* significat. Prioris  
genetis sunt, *Hieroglyphica* & *Gestus*: Po-  
terioris vero ii, quos diximus, *Charakteres*  
*Reales*. *Hieroglyphicorum* usus vetustus ad-  
modum, & in veneratione quadam habitus:  
Principiis apud *Ægyptios* Gentem valde an-  
tiquam: Adeo ut videamus *Hieroglyphica*  
iussæ

Q



fulli Scriptis quædam ante nata, & seniori ipsius  
Elementis Literarum, nisi forte apud Hebreos.  
Gelius autem, tanquam Hieroglyphica transla-  
toria sunt. Quemadmodum eam verba pro-  
lata volant, scripta manent, ita & Hieroglyphi-  
ca, Gelibus expressa, transiunt, depicta durant.  
Cum enim Petiander, consultus de conservan-  
da Tyrannide, Legatum afflare jubet; atque  
ipse in horto deambulans, lumenites florum  
eminientiorum carperet, ad cædem Procerum  
innuens; non minus ulus est Hieroglyphico,  
quam si id in charta depinxisset. Illud interim  
patet, Hieroglyphica & Gelius, semper cum se  
significata aliquid similitudinē habere, & Em-  
blematum quædam esse; unde eas Notas Rerum  
ex congruo nominavimus. At Charæcteres rea-  
lē nihil habent ex Emblemate, sed plane furi-  
sunt, non minus, quam ipsa elementa literarum,  
& ad placitum tantum effici, confundendine au-  
tem, tanquam pœco tacto, recepti. Illud inter-  
im liquet, valta ipsorum multitudine ad scri-  
bendum opus esse: tot enim esse debent, quod  
sunt vocabula radicalia. Hæc igitur portio De-  
drius de Organo Sermonis, que est de Notis Re-  
rum, nobis ponitur pro Defensorato. Et si autem  
tenuis possit videri esse ejus usus, cum verba &  
scriptio per literas sint Organæ Traditrix, longe  
commodeissima; visum est tamen nobis, veluti  
rei non ignobilis, aliquam hoc loco mentio-  
nem ejus facere. Tractamus enim hic, veluti  
numenata resum intellectualium. Nec abs te-  
fuerit nosse, quod, sicut nummi possint confici

ex

ex alia materia præter aurum & argentum, ita  
& Notæ Rerum aliz possint codi, præter Verba &  
Literas.

Pergamus igitur ad Grammaticam. Ea vero,  
veluti viatoris locum erga ceteras sciencias ob-  
tinet, non nobilem illum quidem, sed imprimis  
tamen necessarium, presertim cum scientia,  
nostris seculis, ex linguis eruditis, non vernacu-  
lis, potissimum hanuantur. Neque tamca  
dignitas ejus parva censenda est, quandoquidem  
antidoti ejusdem vicibus fungatur contra  
maleditionem illam confusione linguarum. Sane hoc agit industria humana, ut se re-  
ficiat, & redintegret in benedictionibus illis,  
quibus culpa sua excidit. Atque contra male-  
ditionem primam generalem de sterilitate  
terra, *Comedendo panem suum in sudore vultus  
sui*, reliquis artibus omnibus se muniri, & in-  
struiri. At contra secundam illam de confusione  
linguarum, advocat in auxilium Grammati-  
cam: Eius, in linguis quibuscum vernacula, exiguus  
certus natus est: In externis perdiscen-  
dis, latior: Amplissimus vero in illis linguis,  
qua vulgates esse deferunt, & in libris tantum  
perseverant.

Grammaticam etiam bipartitam ponemus,  
ut alia sit literaria, alia philosophica. Altera ad-  
hibetur simpliciter ad linguis, nempe ut eas  
quis, aut celerius perdiscat, aut emendat, &  
pusius loquatur: Altera vero aliquatenus Phi-  
losophiae ministrat: Quia in parte occurrunt no-  
bis, Cesarei libros de *Analogia conscripsisse*:

Q. 2

aque



atque dubitatio subiit, utrum illi hanc, quam dicimus, Grammaticam Philosphicam tractaret? Suspiciamur tamen, nil admundum in illis fuisse subtilius, aut sublimius, sed tantum preceptiones tradidisse de oratione casta, & integra, neque à confuetudine loquendi prava, neque ab affectatione aliquotum vitata, & polluta, in quo genere ipse excelluit. Verum tamen hac ipsa te moniti, cogitatione complexi sumus Grammaticam quandam, que non analogiam verbum ad invicem, sed analogiam inter verba, & reg, sive rationem, sedulo inquiratis: circa tamen eam, quae Logica subseruit, Hermeniam. Vestigia certe rationis verba sunt: Itaque vestigia certam aliiquid de corpore indicant. Hujus igitur rei admirationem quandam tenuem dabimus. Primo autem minime probamus curiosam illam inquisitionem, quam tamen Plato Vir eximius non contempsit, nimisrum de impositione, & Originali Erymologio nominibus, impo-ponendo, ac si illa jam à principio ad placitum indita minime fuissent, sed ratione quadam, & significanter derivatis & deducatis. Materiali certe elegantem, & quasi ceream, quae apte fingi & flecti possit, quoniam vero antiquitatem penetratia perscrutari videtur, etiam quodam modo venerabilem, sed nihilominus parce vetam, & fructu castam. Illa demum, ut arbitriamur, foret nobilissima Grammatica species, si quis in linguis plurimis, tam eruditis, quam vulgaribus, eximie doctos, de variis linguarum proprietatis tractaret; in quibus quicunque excellat, in

qui-

345 quibus deficiat, ostendens. Ita enim & lingua mutuo commercio locupletari possunt, & fieri ex iis, quae in singulis Linguis pulchra sunt, (tanquam Venus Apollinis) Orationis ipsius quedam formosissima imago, & exemplar quoddam insigne, ad sensus animi rite exprimendos. Atque una etiam hoc pacte capientur signa haud levia, sed observata digna, (quod fortasse quis pauci non putaret) de origines & motibus populorum, & nationum, ex linguis ipsorum. Evidenter audiri Ciceronem, notantem, quod apud Graecos deit, verbum, quod latium illud (Ineptum) reddat; Propterea (inquit) quod Graecia hoc verbum tam familiariter fuit, ut illud in se ne agnoscerent quidem: Digna certe gravitate Romana Censura. Quod illud quod Graci in compositionibus verborum tanta litera ut sunt, Romanis contra magnam in hac re severitatem adhibuerunt. Plante colligat quis, Graecos suffe attibus, Romanos rebus gerendis magis idoneos. Attium enim definitiones, verborum compositionem fere exigunt: Artes & negotia, simpliciora verba possunt. Quia Hebrei tantum compositiones illas refugiunt, ut malum Metaphora absit, quam compositionem introducere: Quin etiam verbi tim paucis & minime communis utuntur, ut plene ex lingua ipsa quis perscribet, Gentem huius illam Nazaream, & à reliquis gentibus separatam. Annon & illud observatione dignum, (licet nobis modernis Spiritus non nihil redundat) antiquas linguas plenas declinationum, ca-

Q. 3

faam,



suum, conjugationum, temporum, & funilium fuisse: modernas, his fere destitutas, platica per prepositiones, & verba auxiliaria legniter expedire. Sane facile quis conjiciat, [utrumque nobis ipsi placeamus] ingenia priuatum seculorum nostris fuisse multo acutiora, & subtiliora. Innumeris fuit ejusmodi, quae iustum volumen complete possint. Non abs te igitur fuerit, Grammaticam Philosophamatem à Simplici, & Utteraria distinguere, & differendam ponere.

Ad Grammaticam etiam pertinere judicamus omnia illa, que verbis quoque modo accidunt, qualia sunt *fons*, *mensura*, *accentus*. At prima illa litterarum simplicius cunabula (nempe quae percussione lingue, qua apertura oris, qua adiustione laborum, quo nasu guttatis, singularium litterarum sonus generetur) ad Grammaticam non pertinent, sed portio sunt doctrina de sonis, sub *fons* & *sonib[us]* tractanda. Sonus, de quo loquimur, Grammaticae, ad Euphonias tantum pertinet, & Diphonias. Illarum quzedam communes sunt: Nulla enim est Lingua, quin vocalium concurrencem habens, aut consonantiam concurrentem alperites aliquatenus refugias. Sunt & alia respectiva, que scilicet diverlorum populorum auribus gratae, aut ingratiae accident. *Graca Lingua* Diphonis scilicet: *Latina* longe pacius. *Lingua Hispanica* literas Tenues osti, easque statim vertit in medias. *Lingua que est Gothic fluxere*, aspiratis gaudent: Multa fuit ejusmodi. Verum hæc ipsa fortasse plus fatus.

At

At *Mensura verborum* ingens nobis corpus artis peperit, *Poësim* sicut et, non quatenus ad materiam, de qua supra, sed quatenus ad stylum & figuram verborum, Versus nimirum, sive *Carmina*. Circa que ars habeatur quasi pafilia, exempla accedunt grandia & infinita. Nec que tamen ars illa ( quam *Profosidiam Grammatica* appellant ) ad carminum genera, & mensuras edocendas tantum restringi debet: Adiencia enim sunt præcepta, quod carminum genus, cuique materia, sive subiecto, optime conveniat. Antiqui heroicæ carmina historiis, & encomiis applicaverunt: Elegos quæsimoniis, jambos inventivis, lyricos odis, & hymnis. Neque hæc prudenter recentioribus Poësis in *Linguis propriis* defuit: illud reprehendendum, quod quidam Antiquitatis nimium studioſi, *Linguis Modernis*, ad mensuras antiquas ( Heroicas, Elegiacas, Sapphicas, &c.) traducere conati sunt, quas ipsam *Linguarum* fabrica respuit, nec minus aures eshortear. In hujusmodi rebus, sensus judicium, artis præceptis proponendum, ut ait ille,

— *Cetera sereula nostra*.

*Mallon convivis quatuor placuisse Cœcis.*  
Neque vero ars est, sed artis abusus, cum illa maturam non perficiat, sed pervertat. Venum quod ad Poësim attinet: sive de *Fabulis*, sive de *Metra* loquamur, est illa, ut superius diximus, tanquam herba luxurians, sive feminine nata, ex vigore iplus terra germinans. Quare ubique ferpit, & latissime diffusa est, ut supervacuum

foret

Q. 4.

foret de defectibus ejus sollicitum esse. De illa igitur cura est abjicienda. Quod vero ad *Accentum verborum*, nil opus est de re tam pufila dicere: nisi forte illud quis notatum dignum patet; quod *Accentus Verborum* exquisitus, *Accentus autem Sententiarum* neutiquam in oblationem veniat. Attamen illud sive universo genere humano commune est, ut vocem in fine periodi submittant, in interrogatione elevent, & alia hujusmodi non paucæ. Atque de *Grammatica* parte, que ad *Locutionem spectat*, haec lemus.

Quod ad *Scriptio* attinet, ea cum *Alphabete vulgaris* perficiatur, (quod ubique recipitur,) aut *œculo & privato*, de quo inter singulos convenient, quod *Cyphras* vocant. At *Orthographia vulgaris* etiam controversiam & questionem nobis peperit: Utrum scilicet eodem verba scribere oporteat, quo pronunciantur modo, an potius ex more conducio? At illa *Scriptio* quæ formata videri possit, / ut scilicet *Scriptio pronuntiatione consoluta sit*, / ex genere inutilium substitutum. Nam & ipsa *Pronunciatione* quotidie gliscit, nec constans est: & derivations verborum, praefixum ex linguis extraneis, protinus obliterantur: denique cum ex more recepto scripta, morem pronunciandi nullo modo impediant, sed liberum relinquant, quorum sum attinet illa novatio?

Ad *Cyphras* igitur venientium. Eatur genera haud pauca luna: *Cyphra simplex*; *Cyphra non significantibus Charakteribus intermixta*; *Cyphra duplex Literas uno Charaktere comple-*

xiiij

*xiiij Cyphras*, *Cyphra clavis*, *Cyphra verborum*, aliae. Virtutes autem in *Cyphra* requiri tende tres sunt: Ut sint expeditæ, non nimis operosæ ad scribendum: Ut sint fideæ, & nullo modo pateant ad Decipherandum: Addo denique, ut si fieri possit, suspicioce vacent. Si enim epistole in Manus eorum devenient, qui in eos, qui scribunt, aut ad quos scribuntur, potestem habeant, tametsi Cyphra ipsa fida sit, & deciphriata impossibilis, tamen subjicitur hinc Res Examini & Questioni, nisi Cyphra sit ejusmodi, qui aut suspicioce vacet, aut examinationem eludat. Quod vero ad elusionem examinis attinet, suspectus inventum ad hoc novum atque utile, quod cum in promptu habemus, quorū attinet illud inter desiderata referre, nec potius id ipsum proponere? Hoc huiusmodi est; ut habeat quis duo Alphabeta: unum literatum verarum, alterum non significantium: Et simul das Epistolas involvat; unam quæ secreter deferat: alteram, quamlibet versuſiæ fuerit scribentem missarum suffit, aliquo perculo tamen. Quod si quis de cyphra severè interrogetur, porrigit ille Alphabetum non significantium, pro veris literis, Alphabetum autem veterum literarum pro Non-significantibus: hoc modo incidet examiner in Epistola illam exterioriem, quam cum probabilius inventer, de interiori Epistola nihil suscipietur. Ut vero suspicio omnis abit, aliud inventum subjiciamus: quod certe, cum adolescentiæ eis annus Parisis, excogitavimus,

Q.5

100



nec etiam adhuc visa nobis res digna est, quae pereat. Habet enim gradum cibitz altissimum: nimirum ut *omnia per omnia significari possint*: ita tamen, ut scriptio que involvatur, quintuplo minor sit, quam ea cui involvatur: Alia nulla omnia requirunt conditio, aut restringio. Id hoc modo fit. Primo, universe literae *Alphabeti* in duas tantummodo litteras solvantur, per transpositionem earum. Nam transpositio duarum litterarum, per locos quinque, differentias triginta duabus, multo magis viginti quatuor, (qui est numerus *Alphabeti* apud nos) sufficiet. Hujus *Alphabeti* exemplum tale est.

A	B	C	D	E
aaaa.	aaab.	aaab.	aaab.	aaab.
F	G	H	I	K
aabab.	aabb.	aabb.	aaba.	
L	M	N	O	P
ababa.	ababb.	abbaa.	abbab.	abba.
Q	R	S	T	V
abbab.	baaaa.	baab.	baabe.	baabb.
VV	X	Y	Z	
babaa.	babab.	babba.	babbb.	

Nequa lege quiddam obiter hoc modo perfectum est. Etenim ex hoc ipso patet modus, quo ad omnes loci distantiam, per objecta, que vel vissu, vel auditui subjici possunt, sensu animi proferte, & significare licet: si modo objecta illa duplois tantum differentias capaces sint, velut per campanas, per buccinas, per flaminicos, per sonitus tormentorum, & alia quaque.

LIBER VI. 351  
tanque. Verum ut incepimus persequamur, cum ad scribendum accingeris, Epistolam interiorem in *Alphabetum hoc Biliterarium* solves. Sit epistola interior,

#### Exemplum *Solutionis*.

F	V	G	E
aabab.	baabb.	aabba.	aaaba.

Practo sumus fit aliud *Alphabetum biforme*, nimirum, quod singulas *Alphabeti* componentes literas, tam capitales, quam minores, duplii forma, prout cuique communum fit, exhibeat.

#### Exemplum *Alphabeti biformis*.

F	V	G	E
aabab.	baabb.	aabba.	aaaba.

#### Manere te vole donec venero.

Tum denum epistole interiori, iam facta *biliterata*, epistolam exteriorem *biformem* literazim accommodabis, & postea describes. Sit epistola exterior;

#### Manere te vole, donec venero.

#### Exemplum *Accommodationis*.

N	O	P	Q
abbaa.	abbab.	abbba.	abbbb.
R	S	T	V
baaaa.	baaab.	baaba.	baabb.
W	X	Y	Z
babaa.	babab.	babba.	babbb.

Apposuitum etiam exemplum aliud largius ejusdem ciphera, scribendi *omnia per omnia*.

Epistola interior, ad quam delegimus Epistolam *Spartanam*, missam olim in Scytle.

Q. 6 Per-

*Perdite res. Mindarus cecidit. Milites effus-  
runt. Neque hinc nos extricemus, neque hic diu-  
tius manere possumus.*

a. b. a. b. a. b. a. b. a. b. a. b.  
A. A. a. a. B. B. b. b. C. C. c. c. D. D. d. d.  
a. b.  
E. E. c. e. F. F. f. f. G. G. g. g. H. H. h. h.  
a. b.  
I. I. i. i. K. K. k. k. L. L. l. M. M. m. m.  
a. b.  
N. N. n. n. O. O. o. o. P. P. p. Q. Q. q. q.  
a. b.  
R. R. r. r. S. S. s. s. T. T. t. t. V. V. v. v.  
a. b.  
T. Y. y. y. Z. Z. z. z.

*Epistola exterior, sumpta ex epistola prima  
Ciceronis, in qua epistola Spartana involvi-  
tum.*

*Ego enim efficio, ac potius pietate ergoate, cate-  
ris satisfacio omnibus. Milibus nequam sati-  
ficio. Tanta est enim magnitudo inorum ergo  
memoritorum, ut quoniama tu, nisi perfecta re, de  
me non conquefies, ego quia non idem in tua ex-  
sa efficio, vitam nabi esse acerbam putem. In  
exsa hec sunt. Amoenissim Regis Legatus aperte  
pecunia nos oppingat. Res agitur per eosdem cre-  
dentes, per quos, cum tu aderis, regebatur. Re-  
gio causa, se qui sunt qui volunt, qui parati sunt,  
comes ad Pompejanum rem deferrit volunt. Senatus  
Religionis calumniam pro religione, sed malevo-  
lentia,*

*lentia, & illius Regis Largitionis inuidia, com-  
probatur, &c.*

*Doctrina autem de ciphris aliam secum traxit  
decifrare erga ipsam relativam. Illa est de De-  
ciphratione, sive resecuratione Ciphrarum: licet  
quis Alphabetum Ciphrae, an pacium de late-  
bra penitus ignoret. Res sane est illa, laboriosa  
suum & ingenio, & arcana Principum, veluti  
& illa prior, decata. Atamen precauzione fo-  
lenti fieri possit inutilis: eti quomodo Res nunc  
le habent, magis prorsus sit usus. Etenim si ci-  
phras introducuntur, est bonae & fideles, plurimae  
fuerint, que operam Decipratoris prorsus elu-  
derent, & excluderent; quia tamen sint satis  
commode, & expedite, ad legendum, aut scri-  
bendum. Verum imperita, & inculta Secreta-  
tiorum, & Amanuensium, in aulis Princeps  
tanta est, ut maxima plenimque negotia ciphris  
infirmis, & fatigibus committantur.*

*Interea fieri potest, ut suppetetur quis-  
piam, nos in enumeratione, & quasi censa-  
arium, id agere, ut scientiarum copiae (quas  
veluti in aciem adducimus) auctae & multi-  
pliicatae, magis sint adstantioni, cum tamen nu-  
merus earum forte ostentari, vires tam bre-  
vi. Tadatu vix explicari possint. Verum nos  
institutum nostrum, fideliter urgemos, ar-  
que, in hoc globo scientiarum conficiendo,  
enam insulas minores, non remotiores, omni-  
ti nolumus. Neque vero (ut arbitramur) per-  
functorie, licet cursim, eas artes attingamus;  
sed potius nucleos, & medallas ipsarum, ex  
multa*



multa materie massa , stylo acuto excipiimus . Cujus rei judicium ipsis illis , qui in hujusmodi attributis peritissimi sunt , permittendum . Cum enim plerique , qui multiscoli videri volunt , hoc fere habeant ; ut vocabula & exterioria artium palam jactantes , illarum ignoris admiratione . Magistris ludibrio sint ; spectamus , nostra contrarium prouis eventum habitura , ut peritissimi cuiusque in attributis singulis judicium maxime detineant , ceteris minoris sint . Quod vero ad attes illas , quae minorum quasi gentium videsi possunt ; si quis exsulet , nos nimium quid ipsis tribuere , circumspectat ille , & videbit , homines in provinciis suis , magnos lase & celebres , cum ad Metropolim aut sedem imperii forte migraverint , turbæ fete immisceri , & inferioris notæ esse familiariter mirare non eft , artes itas leviores . Juxta artes Principales , & supremas collocatas , dignitate minori ; cum tamen illis , qui operam illis praecipue impenderint , res videantur utique magna , & præclaræ . Atque de organo scutonis hæc dicta sunt .

C A P.

C A P. II.

*Doctrina de Methodo sermonis constituitur , ut pars traditiva substantiva , & principali : Nomus et in- diuersa Prudentia traditiva . Examensur Methodi Genera diversa ; & subjugantur error commoda , & incommoda .*

**V** Eniam ad doctrinam de methodo sermoris . Ea pars Dialectice tractari confuerit . Etiam locum in Rhetorica per nomen Dispositionis repetit . Verum colloccatio ejus in facultate aliarum artiarum , in causa fuit , ut plurima que ad ipsam spectant , cogniti utilia , pretermissa sint . Vismi igitur est nobis , *Doctrinam Substantivam , & Principalem de Methodo* confluere , quam nomine generali *Prudentiam Traditiva* appellamus . Itaque Methodi Genera (cum varia sint) enumerabimus potius , quam patiemus . Atque de unica *Methodo , & Dichotomis* perpetuis , nil attinet dicere : Fuit enim Nebeccula quedam Doctrina , que cito transiit : Res certe simili & levis , & scientias damnosissima . Etenim hujusmodi homines , cum Methodi lux Legibus res torqueant ; & quemque in Dichotomias illas non apte cadent , aut omitant , aut propter Naturam inflectant ; hoc efficiunt , ut quasi Nuclei , & Grana Scientiarum exiliant , ipsi artidas tantum , & defertas Silicras stringant . Itaque insania compendia parit hoc genus Methodi , solidam scientiarum destruit .

Con-



Constituatur igitur prima differentia *methodi*, ut sit aut *magnificalis*, aut *imitativa*. Neque vero verbum *imitativa* ita intelligimus, quasi hæc insit scientiarum tantum ita tradiceret, illa doctrinam integrum; Verum contra (vocabulum à facies mutuantes) eam dicimus *methodum imitativum*, quia ipsa scientiarum mysteria recludat, & denudet. *Magnificalis* siquidem docet utrūque, que dicuntur; *imitativa* vero potius, ut examen subeant: Altera scientias discentium vulgo; Altera tanquam filii scientiarum tuas: Denique, altera pro fine habet, scientiarum (quales jam sunt) usum; Altera carnudem continuationem, & ulteriorem progressum. Hæcum posterior, via videtur *dofaria*, & *interclusa*. Ita enim adhuc licet tradi consueverunt, quasi ex pæsto, tam docens quam dicens, errores affectores cupiant. Etiamen qui docet, eo docet modo, quo maxime dictis suis fides afficiatur, non quo illa commodissime examini subjiciantur: & qui dificit, sibi exemplo fieri, non legitimam diligentiam praefoliori expedit; ut magis sit ei cordi, *Non Dubitare, quam non Errare*. Ita ut & Magister, amore glorie, infirmitatem scientie suo prodere caveat, & Discipulis, laboris odio, vires proprias exerciri nolit. Scientia vero, quæ aliis tanquam tela pertexenda traditur, *Eadem Methodo* (si fieri possit) anno alterius est *instructio*, quia primus inventa est. Atque hoc ipsum fieri sane potest in scientia per inducitionem acquisita: Sed in anticipata, ista & premissa-

rum

tuta scientia (qua utimur) non facile dicat quis, quo itinere ad eam, quam nucleus est, scientiam pervenerit. Attamen sine secundum magis & minus, possit quis scientiam propriam revivere, & vestigia sua cognitionis, simul & consensus remenit, atque hoc pacto scientiam sic transplantare in animum alienum, sicut crevit in suo. Autibus enim idem utilis est quod plantis: si planta aliqua uti in animo habes, de radice quid sit nil refert: si vero transferre cupias in aliud solum, ratus est radicibus uti, quam furculis. Sic traditio, (quae nunc in usu est) exhibet plantam tanquam rursum (pulchros illos quidem) scientiarum, sed tamen absque radicibus, fabro lignario certe commodos, at plantatori inutiles. Quod si, Disciplina ut crescat, tibi cordi sit, de truncis minus sis follieatus; ad id curcum adhibe, ut radices illeget, etiam cum aliquantum terrena adhaerentis, extrahantur. Cujus quidem genetrix traditionis, *Methodus Mathematicorum*, in eo subiecto, similitudinem quandam habet; genetrix autem non video, quid aut in uia sit, aut quid quis inquisitione eius dederit operam; proinde eam inter defiderata numerabamus, eamque *Traditionem Lampadii*, hinc *Methodum ad filios* appellabimus.

Sequitur aliquid *Methodi* discrimen, priori intentioni affine, re ipsa fere contrarium. Hoc enim habet utraque *Methodus* communem, ut vulgus auditorum à selectis separet. Illud oppositum, quod prior iustificat in-

dum



dum Tradendi solito apertiorum; altera, de qua jam dicimus, occultiorum. Sit igitur discrimen tale, ut altera Methodus sit, *Exoterica*, altera *Aeromatica*. Etenim quam antiqui adhibuerunt praeceps in edendis liberis differentiam, eam nos transfereimus ad ipsum modum Tradendi. Quinetiam *Aeromatica* ipsa apud Veteres in uso fuit, atque prudenter, & cum judicio adhibita. At *Aeromaticum*, sive *Enigmatum* itud dicendi genus, posterioribus temporibus dehinc etiam est a pluriinis, qui co tanquam lumine ambiguo, & fallaci obusi sunt, ad merces suas adulterinas extrahendas. Intentio autem eius ex esse videtur, ut traditionis involucris vulgus ( profanum scilicet ) à Secretis Scientiarum humero securi; atque illi tantum admittantur, qui aut per manus Magistrorum, parabolari interpretationem nasci sunt, aut propriis ingenii scumine, & fabilitate intra verum penetrare possint.

Sequitur aliud Methodi discrimen, magni profitis ad Scientias momenti; cum scilicet Scientiae tradundent, aut per Aphorismos, aut Methodicos. Notandum enim imprimitis dignum est, in confluendinam plerunque veniente, ut homines ex pauculis axiomatis & observationibus, in quovis modo subiecto, attem constituant quasi completam, & solennem, eam ingeni quibusdam Commentationibus sufficiendo. Exemplis illustrando, & Methodo revinciendo. At illa altera Traditione per Aphorismos, plurima fecum fessi commoda, ad que tra-

ditio

*ditio methodica* non attingit. Primum enim de Scriptore specimen dat, utrum ille leviter, & perfunditorie Scientiam laulerit, an penitus imbibatur. Aphorismi enim, nisi prorsus forent ridiculi, necesse est, ut ex mediillis, & interiorebus Scientiarum conficiantur. Abscinditurem illustratio, & executio; Abscinditur varietas exemplorum. Abscinditur deductio, & connexiones. Abscinditur descriptio Prædictæ: ut ad matrem Aphorismorum nihil relinquatur. præter copiam oblationum bene amplam. Igitur ad Aphorismos non sufficiunt quicquam, immo de eis nec cogitabit sine, qui se nequitam copiose, & solidè instructum ad scribendum perspexit. At in *Methodis*

Tantum series, iuvaduraque pollet;

Tantum de medio sumptis accedit honoris;

ut speciem artis, nescio cuius, pteclarie, sepe numero reportent ea; quæ si solvantur, segregantur, & denudentur, ad nihilum fete recalcata forent. Secundo, *Traditio Methodica*, ad fidem & consensum valet. At indicationes de Praxi minus invenit. Si quidem demonstracionem quandam in orbe pte fert, partibus se invicem illuminantibus, idoque intellectui fastificat magis; quia vero actiones in vita communis sparguntur, non ordinis componuntur, ideo magis iidem conducunt etiam sparta documenta. Postremo, Aphorismi, cum Scientiarum portiones quasdam, & quasi fructa tantum exhibeant, invitant ut alii etiam aliquid adjungant



ciam & erogent, Traditio vero *Methodicus*, dum Scientiam integrum ostentat, securus illico homines reddit, quasi jam summa adeptos.

Sequitur alius *Methodus* discutens, magni & illud quoque momenti: cum feliciter Scientie tradantur, non per *affectiones adjectae probatio[nibus]*, aut per *questio[nes] una cum determinatio[nibus]*. Hanc autem posteriorē *Methodum* si ammoderatis quis persequatur, Scientiarum profectui non manus illa officit, quam fortioris, & progressib[us] exercitus cuiuslibet impeditamento, & damno fore, si in minutis quibusque castris, nec oppidis expugnandis subinde ligaret. Etenim si quis in acie sit superior, & summa bellī fidelio incumbat, minora illa locū ultro se submetit. Illud tamen inicias post ierim, urbem aliquam magnam, & insuntam à tergo resiliens, haudequaque semper tutum esse: Eodem modo, confusatioribus in Scientiarum traditione temperandum, nique parce utendum: & ait hoc tantum, ut maiores praecoccupaciones animorum, & praejudicia frangantur, minima: autem, ut leviores dubitationes excitentur, & provocentur.

Sequitur alius *Methodus* discutens, ut feliciter *Methodus* sit *subiecta materia*, que tractatur, accommodata. Alio enim modo traduntur *Mathematica*, (que sunt inter Scientias maxime abstracta & simplicia:) alio *Politica*, que maxime sunt immixta, & composita. Necque (ut jam diximus) *Methodus* uniformis in materia muluſtini commode se habere posse.

test. Equidem quemadmodum *Topicas particulares* ad inveniendū probavimus, ita *Methodos particulares* ad tradendum similiter aliquatenus adhiberi volumus.

Sequitur alius *Methodus* discutens, in tradendis Scientiis cum judicio adhibendum. Illud autem regitur per informaciones, & anticipations de Scientia (que tradenda est) in animis differentiis prius infusas, & impreßas. Alter enim tradi debet Scientia, que ad animos hominum nova, & peregrina protinus accedit; aliter est, que opinionebus jam pridem imbibitis, & recepitis, & affinis & familiaris. Ideoque Anteiores Democritum fuggillare cupiens, revera eum landat, si [inquit] ferre diffinire vellens, non scitari similitudines. Quod, ut virtute vertens Democritum, quod in comparationibus esset nimius. At illi, quoniam documenta in opinionibus popularibus jam sedes suas collocavunt, non aliud habent, quod agant, nisi ut disputent & probent. Illis contra, quoniam dogmata opiniones populares transcendunt, genimo labore opus est: primo ut intelligantur, que affectant, deinde ut probentur: Ita ut necessarium habeant configere ad auxilia similiundinum, & translationum, quo se captui hominum insinuant. Videamus igitur, sub infinita doctrinarum, scilicet ratiociniorum, cum Sylloges illae, que jam factae sunt vulgares, & triplex, novae fuerint & inaudita, omnia parabolis, & similitudinibus plena fusile. Alias evenissint, ut que proponebantur, aut absque nota,



nota, seu attentione debita transmisla; aut pro paradoxis rejecta fuissent. Etenim Regula quædam est Traditione, quod *Scientia omnis*, que *Anticipationibꝫ*, sive *præsuppositionibꝫ* non est *confusa*, a *similitudinibus*, & *comparacionibus* *sufficiat petere* debet.

Atque de *Methodorum* diversis generibus hec dicta sunt; iis videlicet, quæ antea ab aliis notata non fuerunt: Nam quantum ad ceteras illas *Methodos*, *Analyticam*, *Systaticam*, *Dialecticam*, etiam *Crypticam*, *Homericam*, & familiæ, recte sunt ex inventa, & distributæ. Neque causa videtur, cur illis immotemur.

At *Methodi Genera* hujusmodi sunt. *Partes* autem duxi; Altera de *distributione totius operis*, vel *argumento libri aliquip*; Altera de *limitatione propositionum*. Etenim ad *Architecturam* spectat, non solum fabrica totius adiuncti, sed etiam efformatio, & figura columnarum, trabeium, & simillimum. *Methodus vero*, veluti *Scientiarum Architectura* est. Atque hac in parte melius meruit Ramus, in optimis illis Regulis (νοῆσαι τετράν, καὶ τέτταν, καὶ οὐτι, &c.) renovandis, quam in unica sua *Methodo*, & *Discobolom* obtrudendis. Veruntamen nescio quo fato sit, ut humanis (sic ut sapij fingunt Poëtæ) rebus pretiosissimis semper adlobeatur pernicioſissimi quique cultores. Certe conatus Rami, circa illam propositionum limam, conjectar eum in epitomas illas, & *Scientiarum* vada. Auficatio enim, & felicis cuiusdam Genii ductu processerit oportet, qui *Axiomata Scientiarum*

tium convertibilia facere atenuaverit, & non simul ea reddidet *Circularis*, aut in semet reccurruia. Conatur nihil feci Rami in hac parte uilem fuisse non inficiamus.

Superficiem dax adhuc *Propositionum Limitationes* præter eam, ut fiant *Convertibilis*: Altera de *Extensione*; altera de *Productione ipsarum*. Sane habent *Scientias*, si quis recte advertat, præter profunditatem, alias duas dimensiones; Latitudinem scilicet, ac Longitudinem suam. Ac profunditas quidem ad ipsarum *Veritatem*, & *Realitatem* referitur: Hæc enim sunt, quæ soliditatem conferant. Quantum ad reliquas duas, Lætitudo accepi, & computari potest de *Scientia in Scientiam*; Longitudo vero sumitur à summa propositione ad imam in eadem *Scientia*. Altera fines & veros *Scientiarum terminos* compleclatur, ut propositiones proprie, non promiscue tractentur, & evitetur repetitio, exercitio, confusio omnis: Altera normam praefebit, quoisque & ad quem particuliariatis gradum propositiones *Scientiarum* sint deducenda. Sane dubium est, quin aliquid exercitationi, & Prædictæ sit relinquendum; Oportet siquidem Antonini Pii vitium evitari, ne sumus *Camuni Sectores in Scientiis*; neve divisiones ad infinita quæque multiplicemus. Itaque qualiter in hac parte nobis ipsi temperemus, inquisitio ne plane dignum est. Videmus enim minima Generalia (nisi deducantur) parum informare, quin potius hominum Prædictorum ludibrio *Scientias* expondere, cum nihil magis ad Prædictam



Citam faciat, quam Chorographia Oretii universalis, ad viam monstrandam, quæ Lou-dino ducit Eboracum. Cento Regulae optimæ spæculis ex Metallo non infeste affimilantur, in quibus cernuntur utique imagines, sed non antequam expolita fuerint; Sic juvans demum Regulas & Præcepta, postquam Exercitationis limam subierint. Quod si tamen, usque à principio, Regulæ illæ fieri possint nitidæ, & quasi crystallinæ, id optimum factu foret, quandoquidem exercitatione assidua minus indigebant. Atque de Scientia Methodi (quam Prudentiam Traditivæ nominavimus) hæc diæta sunt.

Neque tamen illud prætermitendum, quod nonnulli, viti magis tumidi, quam docti, infundatunt circa Methodum quandam, legitime Methodi nomine haud dignam, cum potius sit Methodus Impostura; que tamen quibusdam Ardelesiis accepitissima procul dubio fuerit. Hæc Methodus ita Scientie alicujus guttulas aspergit, ut quis sciolus specie nonnulla Eruditioris ad ostentationem possit abutri. Talis fuit Ars Lulli, talis Typosomia à nonnullis exarata, que nihil aliud fuerunt, quam vocabulorum artis cuiusque massa, & acervus, ad hoc, ut qui voces artis habeant in promptu, etiam artes ipsas perdidicisse existimarentur. Hujus generis Collectanea officinam refertur veteramentariam, ubi præsemina multa reperiuntur, sed nihil quo d alicujus sit pretium.

C A P.

## C A P. III.

*De Fundamentis, & Officio Rhetoricæ. Appendix  
tres Rhetoricæ, quæ ad Promptuarium tantummodo  
pertinent. Colores Boni & Mali, tam simpliciæ,  
quam Comparati: Antitheta Rerum: Formulæ mi-  
nores Orationis.*

V Enimus jam ad *Doftrinam de Illustratio-*  
*ne Sermonis*. Ea est, quæ Rhetorica dici-  
tur, sive *Oratoria*. Scientia certe & in se egregia,  
& egregie à Scriptoribus exculta. Eloquentia  
autem, si quis vere tenet affinet, Sapientia pro-  
cul dubio est inferior. Videntur enim, quanto  
intervallo hæc illam post se relinquat, in verbis  
quibus allocutus est Mosem Deus, cum ille  
munus sibi delatum propter defectum Elo-  
quentiæ reculat, *Habes Aaronem, ille erit tibi  
Vice Oratoris, tu vero ei Vice Dei*. At fructu, &  
populati existimatione, Sapientia Eloquentiæ  
cedit. Ita enim Salomon, *Sapiens corde appellabitur prudens, sed dulcis eloquio majora reparet*.  
Haud obscure innuens, Sapientiam famam  
quandam, & admirationem cuiquam concilia-  
re: at in rebus gerendis, & vita communis, Elo-  
quentiam præcipue esse efficacem. Ad *Artis*  
vero huius culturam quod attinet; Aristoteli  
erga Rethores sui temporis *Æmulationis*, atque  
Ciceronis studium acre & vehemens, illi nobilitando totis virtibus incumbens, cum longo  
uso conjunctum, in causa fuerunt, ut in  
libris suis de hac *Arte* conscriptis se iplos vi-  
cerint.



cerint. Dein *Exempla* illa lusculentissima laujusce *Aris*, quæ in *Orationibus Demosthenis & Ciceronis* habentur, Preceptorum acuminis & diligentie addita, profectus ipsius geminarunt. Quare, quæ in hac *Arte desiderari* invenimus, versabuntur potius in *Collectionibus* quibusdam, quæ tanquam *Pedisoleque* huic Atti profecto sint, quam in *Disciplinis*, & uia *Arts* ipsius. Nam etiam tum, cum *Promptuaria* cuiusdam inter *Logica* mentionem faceremus, ubertiora eis rei *Exempla* in *Rhetorica* polliciti sumus.

Vero umquam ut more nostro, circa radices bojar *Aris*, glebam panulum apertum, & subigamus; *Rhetorica* certe *Phantasia*, quemadmodum *Dialectica* intellexit subfervit. Et que, si quis aliud tem penetet, *Officium & manus Rhetoris* non aliud, quam ut rationis dictamina *phantasia applicet*, & commendet, ad exercituum appetitum, & voluntatem. Regimen enim rationis impeti, & perturbati videmus tribus modis: Vel per *dialeguationem sophismatum*, quod ad *Dialecticam* pertinet; vel per *præfigias verborum*, quod ad *Rheticam*; vel per *affectionem violentiam*, quod ad *Ethicam*. Quidammodum enim in negotiis, quæ cum alii contrahimus, vinci quis & perdere solet, vel *Astra*, vel *importunitate*, vel *Vehementia*; ita etiam in illa negotiatio interna, quam nobis cum exercitus, aut argumentorum fallacitis subtrauiimus; aut *impressionsum*, & *obversationum* affinitate lollizamur, & inquietamur; aut *affectionum impetu* concutimur,

qui

mut, & rapimur. Neque vero tam infelicitet agitur cum natura humana, ut ille artes, & facultates ad rationem denubandam valeant, nequitum vero ad eandem roborandam, & stabilendam: Verum ad hanc rem longe magis. Finis enim *Dialecticus* est, docere formam argumentorum, ad præsidia intellectus, non ad infidias. Finis itidem *Ethicus*, affectus ita componere, ut rationis militent, non autem eam invadant. Finis denique *Rhetorica*, *phantasiam* ample obversationibus & simulachris, quæ rationis suppetas ferant, non autem eam optiment. Abusus enim artis ex obliquo tantum interveniens, ad cavendum, non ad utendum.

Quapropter in Platone summa fuit iniqüitas ( licet ex non immerito erga *Rhetorem* sui temporis odio orta) cum *Rheticam* inter artes voluptarias colloccavit: eam sūndem esse dicens *Cogitationis*, quæ non minus cibos salubres corrumperet, quam insalubres gratiores rediceret, condimentorum varietate, & deliciis abutens. Absit autem, ut oratio non frequentius versetur in rebus honestis ornandas, quam in turpibus obliniendas: Hoc enim ubique præstio est: Siquidem nemo est, qui honestius loquatur, quam aut sentiat, aut faciat. Sane à Thucydide optime notarium est, tale quidpiam solitum fusile objici Cleoni; quod, cum semper detrectorem partem tueretur, in hoc malus esset, ut eloquentiam, & sermonis gratiam carpere. Probe quippe; cum seferet, de rebus scordidis, & indignis non posse quempiam pulchre lo-

R 2

qui



qui; at de rebus honestis, facilius. Eleganter Plato (licet jam in Trivio decantetur) *Virtus si confici daretur, ingentes sui amores concreveret*: At Rhetorica virtutem, & bonum depingit plane, & reddit quasi conspicuum. Cum enim corpora effigie, illa sensu monstrari nequeant, supereft ut per ornatum verborum, Phantasiam, representatione, quantum fieri potest, viva, etiam fitantur. Si quidem mos Stoicorum, merito desitus est à Cicerone; qui concilis & argumentis sententias, & conclusionibus, virtutem animis hominum imponere satigebant; queas res parvum habet cum phantasia, & voluntate consensu.

Potius, si affectus ipsi in ordinem compulsi, & rationi proflus motigeret; verum est, nullum magnopere suum fuium persuasionum, & insinuationum, que aditum ad mentem praebet, posuit, usum; sed latius fore, si res ipse nude, & simpliciter proponantur, & probentur. Verum affectus contra, tantas secessiones faciunt; quoniam tanta turba, & seditiones moveant, (secundum illud,

*Video meliora, prologue,*

*Deteriora sequar*)

ut ratio proflus in servitatem, & captivitatem abrepta foret, nisi Eloquenter sua efficieret, quo minus phantasiam a partibus affectuum flateret, sed potius opera ejus, fedius inenarrat rationem, & phantasiam, contra affectus. Nostandum est enim, affectus ipsos ad bonum appetitus semper ferti, atque hac ex parte aliquo habe-

habere cum ratione commune; verum illud intereft, quod *Affectus inveniuntur praeceps bonum, in praefatis, Ratio proficiens in longum, etiam futurum, & in summa. Ideoque cum quae in praefatis obferuentur, impleant Phantasiam fortius, succumbit plerunque ratio, & subjugatur. Sed postquam eloquentia, & fussionum vi effectum fit, ut futura & remota constituantur, & conficiantur tanquam praefatis, tum deinde absente in partes rationis phantasiam, ratio fit superior.*

Concludamus igitur non deberi magis viro vesti Rhetorica, quod deteriorem partem cohonestare fecit; quam Dialectica, quod Sophismata concinnare doceat. Quis enim nefit contrarium rationem esse, licet usi opponatur? Potius non eo tantum differt Dialectica Rhetorica, quod (ut vulgo dicitur) altera instar pugil, altera instar palme sit; (altera scilicet prefla, altera sufe tractat,) verum multo magis, quod Dialectica rationem in suis Naturalibus; Rhetorica, qualis in opinionibus vulgi sita est, consideret. Prudenter igitur Aristoteles Rhetoriam, inter Dialecticam, & Ethicam cum Pedicam, collocat, cum ex utriusque participe. Si quidem probationes, & demoustratio-nes Dialectica, universis hominibus sunt communes, et probationes & fussiones Rhetorica, pro ratione auditorum variari debent; ut quis tanquam Musicus, autibus diversis se accommodans, sit deum.

*Organeus in Sylvis, inter Delphinias Adiron.*



Quae quidem applicatio, & variatio orationis [si quis ejus perfectionem, & culnum desideret] eo usque extendi debet; ut si eadem ipsa apud diversos homines sine dicenda, apud fangulos tamen alii atque alii verbis sit utendum. Quanquam hac parte eloquentiae [Politica sci-  
licet & Negotiosa, in privatis sermonibus] maximos oratores plerunque deficit certum sit; dum ornatum, & formulas elegantes orationis captantes, volubili illa applicatione, & char-  
acteribus sermonum, quibus versus singulos uti consultius foret, excidunt. Certe, non abs re-  
fuerit, circa hoc ipsum, de quo nunc dicimus, novam instaurare inquisitionem, eamque no-  
mine *Prudentia sermonis privati indigata*, at-  
que inter Desiderata reponere. Rem certe, quam  
quo attentius quis recognoscet, eo plus faciet. Ut-  
rum vero haec inter Rhetorica, an Politica col-  
locentur, haud magni refert.

Descendamus modo ad *desiderata* in hac ar-  
te, quæ (ut ante diximus) ejus summa genetrix, ut  
pro *Appendicibus* potius conferri debant, quam  
pro *portionibus artis* ipsius, & pertinent omnia  
ad *Premptuariam*. Primo igitur non invenimus,  
qui prudentiam illam, simul & diligentiam Ari-  
stotelis, bene perfecuta sit, aut suppleverit. Hic  
nimirum coepit colligere, *signa popularia*, sive  
colores boni, ac mali apparentes, tam simplices,  
quam comparati, qui sunt vere *Sophismata Rhe-  
torica*. Sunt autem eximiis iusus, praesertim ad  
negotia, & prudentiam sermonis privati. Labo-  
res vero Aristotelis circa colores istos in tribus  
clau-

claudicant. Primo, quod cum multi fiat, paucos  
admodum recensent. Secundo, quod *Elenchos*  
firos non habeant adjunctos. Tertio, quod vi-  
deatur ille usum eorum ex parte ignorasse. Ulus  
enim eorum, non magis ad probandam, quam  
ad afficiendam, & commoneandam subletvit.  
Compleures siquidem loquendi formulae, que  
idem significant, varie tamen afficiunt. Nam  
longe fortius penetrat, quod acuminatum est,  
quam quod obtusum; licet in ipsa percussione  
vires æqualiter indantur. Nemo est certe, qui  
non magis afficiatur, sed ens, inimici tui de hoc  
modo triumphos agent;

*Hoc Ithacus velit, & magno mercentur A-  
tride;*

quam si simpliciter dicatur, *Hoc rebus tuis in-  
commodabit*. Itaque mucrones isti, & aculei  
sermonum, minime sunt negligendi. Cum vero  
hanc rem, ut *Desiderata*, proponamus, ex  
conscientiâ nostrâ illam *Exempli* fulcimur;  
*Præcepta* enim minus rem illustraverint.

*Exempla colorum boni & mali, tam sim-  
plicis, quam comparati.*  
Sophisma.

1. *Quod Laudant homines, & celebrant,*  
*Bonum; quod vituperant, & reprehendant,*  
*Malum.*

*Elenchus.*

Fallit Sophisma quantum modis, scilicet, Aut  
propter ignorantiam; Aut propter malam fa-  
dem; Aut propter studia, & factiones; Aut  
propter ingenia laudatorum, & vituperato-  
rum;

R. 4 rurum;



rum. Propter ignorantiam; Quid vulgi iudicium ad examen boni & mali? Melius phacion, qui, cum populari ei praeter solitum applauderer, quæsivit, *Num forte deliqueris?* Propter malam fidem; Laudantes enim & virtuoperantes suam rem siue agunt, neque loquuntur ut sentiantur.

*Laudat venales, qui vult extrudere, meritis.*

Item malum est, malum est, inquit Emptor, sed eum recesseris, tum gloriabitur. Propter faelium, Cuius enim patet, confuscent homines, eos qui suarum partium sunt, immodice effete laudibus, qui autem contraria rurum sunt, infra meritum deprimete. Propter ingenia; Alii enim natura facti sunt, & compositi ad adulacionem servilem; Alii contra monni & terticii; Ut landando & vituperando, suis *Ingenis* tantum obsecundent, parum de veritate solliciti.

Sophisma.

2. Quid etiam ab amicis laudatur, magnum bonum, quod vero etiam ab amicis reprehenditur, magnum malum.

Sophisma fundamento hoc nisi videtur, quod que ingratia & contra animi nostri affectum & propensionem loquimur, ea ipsa vim veritatis a nobis extortaque, facile creditur.

Elenchus.

Fallit Sophisma propter afflictum, tam interiorum, quam exteriorum. Iunuci enim laudes quandoque tribuant, non invite, nec à vi re-

vi veritatis coacti, sed eas tamen diligentes, quæ inimici suis invidiam & perticula confilare possint. Itaque apud Graecos supersticio quædam invaluit, ut crederent, si quis ab altero laudaretur, animo malevolo, & proposito nocendi, *narrabat eum puzulam annasce folere.* Fallit iterum, quia laudes interdum impertunt iniurias, tanquam prelatinunculas quadam, ut postea liberius & malitiosius calumniarentur. Ex altera parte, fallit etiam hoc Sophisma propter afflictum Amicorum. Solent enim & illi vita amicorum interdum agnoscere, & prædicare, non quod aliqua vis Veritatis eos cogat; sed ea eligentes, quæ minimum amicos suos laedere possunt, ac si cetera quidem viti optimi essent. Fallit iterum, quia Amici quoque repichenisibus siccis (sicut de Inimicis laudibus diximus) tanquam præfatiungulis quibusdam utinam, quo paulo post in laudes effusis excurrant.

Sophismæ,

3. Cujus Præiatio bona, id ipsum Malum: enijs Præiatio mala, id ipsum Bonum.

Elenchus.

Fallit Sophisma duobus modis: Aut propter comparationem boni & mali: Aut propter secundum boni ad bonum, aut mali ad malum. Propter comparationem: Si bonum fuerit generi humano, privati ehi glandium, non sequitur, quod malus ille erat; sed *Dolorosa bona, Ceres melior.* Neque si malum fuit Populo Syracusano, Dionysio Seniore priuari,

R. 3 sequi-



sequitur quod Dionysius ille bonus fuerit; sed minus malus, quam Junior. Propter *Successio-*  
*nem*: Etenim privatio boni alicujus non semper das locum malo, sed quandoque majori bono: ut cum flos decidit, fructus succedit. Nec privatio alicujus mali dat semper locum bono, sed interdum majori malo. Nam sublato inimico Clodio, Milo fusal & segetem gloria perdidit.

Sophisma.

4. Quod bono aut male vicinum est, id ipsum istud bonum, aut malum: quod vero remotum est à bono, malum; quod à male, bonum.

Habet hoc fere rerum natura, ut quæ natura sua convenient, etiam locis convenient; quæ vero contraria naturæ sunt, etiam intervallis distent: Cum singula, amica sibi afficiare, iniuria summovete gaudent.

Elenchus.

Sed fallit *Sophisma* tribus modis: Primo propter *definitionem*, secundo propter *obscurationem*, tertio propter *protectionem*. Propterea *defini-*  
*tionem*: Sit, ut quæ in suo genere amplissima sunt, & maxime excellunt, omnia, quantum fieri potest, ad se trahant & in vicino quaque posita destruant, ac quasi inedia conficiant. Itaque in propinquio arborum grandium virgulta nuncquam latae reperiuntur. Recte etiam ille, *Divitie servi maxime servi*. Nec male cavillatus est, qui inferius famulitum in Aulis Principis, *Festorum virgines comparavit*; quæ, Festa in proximo attingunt, ipsæ autem jejunis addi-

addicuntur. Propter *obscurationem*: Etenim & hoc habent quæque, in suo genere, præstantissima, ut licet proxima non extenuent, aut destruant, tamen obscurant, & obumbrant. Quod etiam de *Sole notam Altonomi*, quod sit feliciter aspectu bonus, conjunctione & aptoximata malus. Propter *protectionem*: Nam non solum res coiunt & congregantur propter conformatum, & naturæ similitudinem, sed etiam malum (*preferrimus in civilibus*) configit ad bonum, ut lateat, & protegatur. Itaque sclerati homines petunt *Alysia Divorum*, & vitium ipsum sic in virtutis umbra recipit;

Sepe latet virtus proximitate boni,

Contra & bonum se aggregat ad malum, non propter conformatum, sed ut illud converiat, & redimet in bonum. Itaque & medici magis accidunt ad ægrotos, quam ad sanos, & Sevatori nostro objectum est, quod *Convivescunt cum publicanis & peccatoribus*.

Sophisma.

5. Cui catena partis, vel sedis, secundas unani-  
miter deferunt, (cum singula Principatum sibi  
videntur) melior religio videtur: Nam primas  
quæque ex zelo videtur sumere, secundas autem  
ex vero & merito tribuere.

Ita Cicero argumentatur, sciam Academi-  
corum, quæ *Acatalepsiam* tenuit, Philosophiam  
suisse præstantissimam. Interrogata enim (inquit)  
*Stoicum*, quæ scela sit potius, ille *juvans catena* an-  
tropet: *Deinde quæ secundas teneant, Academi-  
cam faciebuntur. Age similiter cum Epicureo*; (qui



Stoici vix offendit toleraverit) postquam suam  
Sectam collocavit in summos, collocavit Academi-  
cam in proximo. Similiter, vacante dignitate a-  
liqua, Princeps si competitores singulos inter-  
rogaret, quem post se potissimum commendare  
vellet, veritabile est, secunda illorum vota,  
in eam qui praeceps dignus, & optime meritus  
fuerit, concursura.

## Elenchus.

Fallit Sophisma propter Invidiam. Solent e-  
nam homines, proxime post se, & factionem  
suum, in eos inclinare & propendere, qui reli-  
quorum maxime sunt enerves & imbellis, qui-  
que eis minimum molestie exhibuerunt, in o-  
dium illorum, qui illis plurimum insultarunt,  
aut incommodarunt.

## Sophisina.

6. Cuius excellentia vel exuperantia melior,  
in toto genere meum.

Huc pertinent formula illae usitatae; Ne per-  
rogemur in generalibus: Conferamus particu-  
larem aliquem cum particulari, &c.

## Elenchus.

Videtur hoc Sophisma latius nervosum; & ma-  
gis Dialetticam quiddam, quam Rhetoricum.  
Attamen interdum fallit. Primo, quia sicut res  
haud paucæ, periculo plurimum obnoxiae, qui-  
tam, si evadant, ceteris antecellant. Ita ut ge-  
nere sint deteriores, quia sivepius periclitantur &  
excidunt; Individuo autem nobiliores. In hoc  
numero est Gemma Martia, de qua Gallicum  
Adagium, Filius Parisiorum, & Gemma Monsis  
Martii,

Martii, si ex illis evadat unus, erit instar decem  
aliorum. Adeo ut in genere Gemma Maji Gem-  
ma Martii praefet, sed tamen in individuo op-  
tima Gemma Martii optima Gemmae Maji pra-  
feratur. Fallit secundo, propter naturam rerum,  
in aliquibus generibus aut speciebus magis aqua-  
lem, in aliisque magis in aqualem: Quemad-  
modum in observationem venit, clima cali-  
diora generaliter ingenia producere acutiora;  
at in frigidioribus ingenia illa, quæ eminent,  
etiam acutissimis calidatibus regionum praefata-  
re. Similiter, in exercitibus complutibus, si res  
duo inter singulos transfigeretur, fortasse ad  
unam partem accederet Victoria; si copias uni-  
versis, in alteram. Etenim excellentia, & exu-  
perantia easum recipiunt, at genera natura, aut  
disciplina reguntur. Quinetiam in genere me-  
taillium lapide pretiosius; Attamen Adamas pra-  
cellit auro.

## Sophisina.

7. Quod rem integrum servat, bonum; Quod  
sive receptio est, malum: Nam se recipere non  
potest, impotens genus est; Potentia autem bo-  
num.

Hinc confinxit Aësopus fabulam de duabus  
ratis, quæ in magna fuscitate, cum aqua ubique  
desicerent, deliberatus, quid sibi demum agen-  
dum esset. Prior auctor, Descendamus (inquit)  
in pectus profundum, neque cum versimile  
est obvia quam defuturam. Cui altera ita rege-  
nit: Quan si forte ibi quoque aqua deficeret,  
quomodo exinde ratis ascenderet poterimus?

Fir-



Firmamentum autem huius sophismatis est: Quod actiones humanae adeo sint incerte, & periculis expofite, ut illud optimum videatur, quod plutima habeat effugia. Huc spectante formula illae, quae in uero sunt, *Obligatum plane & obftrictum te reddes: Non tantum quantum uoles, sumes ex fortuna, &c.*

*Elenchus.*

Fallit *sophisma* primo, quia in *actionibus* humanis fortuna urget, ut aliquid demum decernatur. Etenim ut eleganter à quoipiam dictum est, *Etiam non flattery, est aliquid flattery: Adeo ut super numero confilii suspicio plusibus nos impliceat necessitatibus; quam si aliquid flatussemus.* Videatur autem iste morbus quidam animi, simili ei, qui repetuerit in *avaria*: Sed translatus à cupiditate retinendi opes, ad cupiditatem retinendi arbitrium & potestatem. Si quidem *avarus* frui non vult, ne quid destrahat de summa; Ita & hujusmodi scepticus nil exequi vult, ut omnia ei sint integra. Fallit secundo, quia necessitas, & illud (quod ajunt) *laetitia est ales, stimulos addit animis: sicut inquit ille: Ceteris pares, necessitate certe superiores esse.*

*Sophisma.*

3. *Quod quis culpa sua contraxit, maius malum; quod ab externis imponitur, minus malum.*

Hujus rei causa est, quod mortali conscientie aduersa conduplicet: Contra, conseruari sibi esse, quod culpa quis vacet, magnum præbet in calamitate solatium. Itaque Poëta ex pathe-

pathemata maxime exaggerant, tanquam desperationi propria, ubi quis se ipsum acculeret, & dericeret;

*Seque unum clamat cauſamque capi que malorum.*

Contra, calamitates virotum insignium elevat & diluit innocentis & meriti conscientia. Potto cum malum ab alijs intentatur, habet quivis, quod libere conqueri possit, unde dolores sui exhalent, neque cor suffocent: Etenim iis, quae ab *injuria hominum* profecta sunt, indignari solemus, aut ultiōrem meditari, aut denique Nemesis Divinam vel implorare, vel expellere: Quineriam, siā fortuna ipsa infiūctum quid sit, tamen datur quedam cum fatis ipsius expostulatio;

*Argue Deos, atque Astra vocat crudelia Mater,*

Contra, ubi quis malum aliquod sua culpa contraxerit, stimuli doloris intro vertuntur, animumque magis vulnerant, & confodunt.

*Elenchus.*

Fallit istud *Sophisma*, primo propter *item*, quae malorum magnum est Antidotum. Etenim culpe emendatio, sipe in nostra potestate sita est: Fortune vero minime. Itaque Demothenes non semel cives suos hujusmodi verbis affatus est: *Quod ad præterita peccatorum, id ad futura optimum est. Quid hoc tandem sit! Hoc ipsum felicit, quod vestra incuria & culpa res vestra male se habeant: Nam si vos officio vetero per omnia perficiunt effetti, & nihilominus*

*Statutus*



*Status vester, ut nunc, labor asper, ne flos quidem  
religia effet, cum futurum adquando melorem.  
Cum vero Erroris vestri in causa patrimonium  
fuerint, confidendum plane. Vos, illis emendari,  
primum statum vestrum recuperatores. Simili-  
liter Epictetus de gradibus tranquillitatis animi  
verba faciens; Infirmum locum illis attribuit,  
qui alios accusant: Superiorum illis, qui se ipsos;  
Supremum vero illis, qui nos alios, nec se ipsos.  
Fallit secundo, propter insitum animis humanis  
superbiā, qua argē adducuntur homines, ut  
enotis proprios agnoscant. Hoc vero ut evi-  
tent, patiemus adhibent longe majorē, in  
iis malis, quia culpa sua contraxerunt. Ete-  
niam, quemadmodum fieri videmas, ut cum  
culpa admissa sit, neque de Audore conser-  
vit, supra modum excandescant homines, &  
tumultuantur: quod si postea in noticiam per-  
venierit, culpam illam ad filium, aut uxorem,  
aut gravosum aliquem pertinere, statim fe-  
dantur turbis, & confusione: Eodem modo  
sit, cum res aliqua accidit, propter quam ne-  
cessitas incunbit, culpam in nos ipsos reci-  
piendi. Id quod in mulieribus siccissime con-  
spicitur, qua si quid infelicer egerant, con-  
tra condenū parentum, aut amicorum, qua-  
lecumque infortium sequatur, illud sedulo  
diffusimulabunt.*

## Sophisma.

9. *Gradus privationis major videtur,  
quam Gradus damnacionis: Ceteris, gra-  
duis*

*dus inceptionis major videtur quam gradus in-  
crements.*

Canon est in Mathematicis; nullae esse ra-  
tiones nihil ad aliiquid. Itaque gradus nulli-  
tatis, & quidditatis, maiores videntur gra-  
dibus incrementi, & decrementi. Sicut mono-  
culo durus est, unum perdere oculum, quam  
utrumque oculum habent. Similiter, compati-  
res liberos habent, gravios est, ultimum, qui  
superstes fuerit, filium amittere, quam reliquos  
piatos. Itaque & Sibylla, cum duos priores li-  
bros combusisset, primum tertii duplicavit: Si-  
quidem illus annilio *gradus* fusset *privationis*,  
non *damnacionis*.

## Elenchus.

Fallit Sophisma primo, propter eas res, qua-  
rum usus in sufficientia quadam, sive compe-  
tentia, hoc est. *Quoniam* tate determinata, con-  
sistit. Si quis enim obligetur penaliter ad solu-  
tionem certe pecuniae summae, ad diem certi-  
tum, gravius ei fuerit, summo unico autem ca-  
rare, quam si, posito quod ille unicus patari  
non potuerit, decelerat etiam decem alii. Simi-  
liter in decotionibus fortunatum, damnosior  
videtur gradus obsecrationis, qui primus forem  
minutus; quam extremus, qui ad egestatem re-  
digit. Hac spectante formulæ illæ uitata. *Sera in  
fundo parsimonia:* *Parum intereat, nrum  
nihil habens, an quod nihil juvet,* &c. Fallit se-  
cundo, propter illud Principium in natura;  
quod corruptio unius sit generatio alterius. Adeo  
ut gradus ipse privationis ultimus, minus inter-  
dum



dum incommodet; quoniam ansum & stimulatum  
præbet novæ alicui rationi incundere. Uade etiam  
Demosthenes siue conqueritur apud Ci-  
ves suos; *Conditiones minus utiles, & honoris-*  
*cas, quas à Philippo impedita subibant, nihil aliud*  
*esse, quam alimenta quadam ipsorum igna-*  
*viae & foecordia; ut multo ius fuisset factum illi*  
*omino careat, propterea quod hoc patro indu-*  
*stria illorum melius acni posse ad alia paranda*  
*remedias. Novimus certe Medicum quandam,*  
qui, mulieribus delicatis, querentibus se ma-  
le habete, sed tamen à medicamentis omni-  
bus abhorrete, solebat dicere, non minus  
facete, quam morose: *Nobis omnino opus est,*  
*ut deterius valeatis, quo medicamenta, etiam*  
*quibuslibet, libenter toleretis. Quinetiam ipse gra-*  
*duis privationis, sive indigentie ultimæ, fal-*taris* ell possit, non tantum ad excitandam in-  
dustriam, verum etiam ad imperandam pa-  
tientiam.*

Quod ad secundum membrum hujus So-  
phismatis, illud eodem, quo prius, fundamento  
( de gradibus quidditatis & nullitatis ) natus.  
Hinc tanta usurpanter, de initia negotiorum,  
præconia.

*Dumidium falti, qui bene capis, habet, &c.*  
Hinc Astrologorum superficio, qui judicium  
faciunt de dispositione aut fortuna hominis, ex  
momento sive articulo nativitatis, aut con-  
cepitus.

*Elenchus.*

Fallit sophisma primo, quoniam in nobis  
15

383

Jis primæ rerum inceptiones nihil aliud sunt,  
quam quæ Epicurus, in Philosophia sua, appelle-  
bat *tamenta*; id est, rudimenta quædam,  
qua nihil sunt, nisi itercentur, aut provehantur.  
Itaque in hoc casu, gradus secundus dignior vi-  
detur & potentior, quam primus: Quemadmo-  
dum in plaustris, equus qui penultimus est,  
plus confert ad motum plaustris, quam primus.  
Etiam non inepti dici solet; *Covnitum rego-*  
*sum, illud esse, quod pugna sit reum.* Prius enim  
fortasse prætervolaturnum fuisset. Itaque prius  
malo principium dedit, sed posterius modum ab-  
stulit. Fallit Sophisma secundo, propter digni-  
tatem perseverantie, quæ in progressu, non  
in aggrœtu sita est. Exenio casus aut natura,  
primum impetus progressu posuit; at affec-  
tus tantummodo instans, & judicium, con-  
stantiam. Pallit tertio in iis rebus, quarum na-  
tura, & cursus ordinarius in contrariam rei in-  
cepserunt. Ita ut prima incepio petreque ex-  
vactetur, nisi vires coöidentur. Quemadmo-  
dum in formulis illis utilitas dicitur: *Non pro-*  
*grederi, est regredi;* Et, *Qui non proficit, deficit;*  
Ut in curvo in adversum montis; Remigatio-  
ne in adversum gurgitis: At contra, si in decli-  
vi montis motus incipiatur, aut secundo Flumine  
remigatio fiat; tunc *gradus incepit* longe por-  
ties partes tenet. Potio iste color, non tantum  
extenditur ad gradum incepionis, qui sit à po-  
tentia ad actum, comparatur cum gradu, qui sit  
ab actu ad incrementum: Verum etiam ad gra-  
duum qui sit ab impotentia ad potentiam, compa-  
ratum



ratum cum gradu, qui sit à potentia ad actum.  
Etenim gradus ab impotentia ad potentiam, ma-  
ior videtur, quam à potentia ad actum.

Sophisma.

10. Quid ad veritatem refertur, magis est:  
quam quod ad opinionem. Modus autem, & pro-  
positio eius, quod ad opinionem pertinet, hacc est,  
quod quis, si clam putaret fore, factorum ne-  
ficiet.

Ita pronunciant Epicurei de felicitate Stoico-  
rum, in virtute collata, quod simili sit felicitati  
Hastionis in Scena, qui si à Spectatoribus, &  
planu eorum deficieretur, animis statim con-  
sideret. Itaque virtutem per ignorantiam, ba-  
num theatrale vocant. Altera sit in divitiis, de  
quibus ille,

*Populus me sibilat; At mihi plaudat.*

Idem Voluptate,

*Grata sub ima.*

*Gaudia corde premunt, vulnus simulat  
pudorem.*

*Elenchus.*

Fallacia hujus Sophismatis subtilior paulo  
est, licet responso ad exemplum, quod addu-  
citur, facilis. Neque enim virtus eligitur pro-  
pter auram popularum. Cum etiam illud prece-  
pum sit, *Ut quis maximus omnium se ipsum re-  
vereatur.* Ita ut vir bonus, idem fuerit in soli-  
tudine, idem in theatro. Licet forte intendatur  
virtus nominalis per laudes, quemadmodum car-  
bo augetur per reflexionem. Sed hoc supposi-  
tionem negat, non fallaciam redarguit. Ela-  
ctus

ehne vero talis est. Dato, quod virtus (præter-  
tin ea, quae labores & conflictus subit) non eli-  
getetur, nisi quod laudes & fama eam comitari  
soleant; haud inde sequitur, quod appetitus,  
& motus ad virtutem non sit præcipue propter  
se. Siquidem fama, posse esse causam tantum  
inflatoria, aut sine qua non, nequitquam efficiat,  
aut constitueret. Exempli gratia: Si duo hæc essent  
equi, quorum unus, calcariis non admotus,  
quevis hand segniter praetextaret: at alter, calca-  
ribus admotus, priorem longe superaret: Po-  
sterior iste (arbitrio) palmarum refret, & pro  
equo meliore judicabitur. Neque quenquam  
judicium commovens formula illa: *Age  
istum equum, cuius spiritus sibi sunt in calcari-  
bus.* Quandoquidem enim instrumentum or-  
dinarium equantum sit calcar, neque ulio modo  
oneri aut impedimento ei sit, non minoris pro-  
pterea æstimandus est equus, qui calcari inci-  
tatur: Neque etiam ille alter, qui absque calcari-  
bus mira præferit, eo ipso melior, sed deli-  
cationi tantum habendus est. Simili ratione,  
gloria & honor, virtuti, pro stimulis & calcari-  
bus, subseruant: Ac licet virtus, sine illis, pau-  
lo futura esse, languidior; tamen cum semper  
illa præsto sint ei, etiam non invitata, nil obstat,  
quo minus virtus propter se quoque expe-  
rimentatur. Itaque recte redargitur illa positione: *No-  
ta eis rei, quod propter opinionem, & non propter  
veritatem eligitur, hoc est, quod quis, si clam pu-  
taret fore, facturus non fuisset.*



11. Quod opera & virtute nostra partum est, magius bonum; Quod ab alieno beneficio, vel ab indulgentia fortius delatum est, minus bonum.

Cause hujus rei haec sunt. Primo, propter *speciem* de futuro. Siquidem in aliorum gratia, aut fortuna ipsius ventis secundis, non multum inept certitudinis; Propria vero industria, aut virtus, semper domi adiunt. Adeo ut, postquam boni quid nobis hoc modo paratum fuerint, maneat etiam eadem instrumenta, in novos usus parata, quin & confutardine & succelli redditiva validiora. Secundo, quia quod alieno beneficio adipiscimus, ejus etiam alii debitores sumus; cum, quia per nos ipsi comparavimus, nihil oneris secum trahant. Etiam si quid indulgentia Divina in nos cummiserit, retributionem quandam erga Dei Bonitatem efflagitat. quod homines pravae & improbae mordet, ubi in priore genere illud Propheta usivenet. *Latanatur, & exultant, immolant plagi suae, & sacrificant reti suo.* Tertio, quia ea, quae à virtute nostra mouentur profecta sunt, nulla sequitur laus & extimatio. Quae enim felicitatis sunt, admirationem quandam parunt, laudem minime. Sic ut Cicero ad Cæsarem: *Quae nivremus, habemus; qua laudemus, expectamus.* Quarto, quia que industria propria acquiruntur, cum laboribus & contentione fere conjuncta sunt; quod nonnullam habet in se *Suavitatem;* eni Salomon, *Suavis cibis à venatu.*

Elen-

At quatuor inveniuntur colores oppositi, qui tunc in contrariam partem inclinant; poslicantque esse prioribus instar Elenchorum. Primo, quia felicitas viderit esse signum quoddam, & character favoris divini: & propterea, tunc in nobiliter ipsa confidentiam & alacritatem generat, tunc apud alios auctoritatem & reverentiam. Felicitas autem ista etiam fortuita complebitur, ad quae virtus agre aspirat. Vehementer cum Cæsar ad Navis Gubernatorem, animos addendo, dixit: *Cæsarem portas, & fortissimum eris.* Quod si dixisset, *Cæsarem portas, & virtutem eris,* frigidum proflus fuisset solarium pericitanti in procolla. Secundo, quia ea que virtus aut industria procedunt, sunt imitabiles, & alii patent; cum felicitas sit res imitabilis, & patrogrativa quadam hominis individui. Itaque, in genere videmus, res naturales artificiales præponi, quia imitationem non recipiunt. Quod enim imitabile est, potentia vulgatum est. Tertio, quia ex felicitate proveniunt; bona videntur gratuita, nec labbris empta: at que virtus propria, pretio veluti acquisita. Itaque eleganter Plutarchus, de rebus Timoleontis, hominis longe fortunatissimi, cum rebus Agesilai & Epaminondæ, qui uno anno vixerunt, comparatis, dixit illas Homeris *Carmenibus fuisse similes, que cum aliis excellant, sponte etiam fluere videantur, & quasi Genium sapere.* Quarto, quia, quod præter speciem præter expellendum contingit, gratias, & maiora



maiorē cum voluptate in hominum animos inficit. Illud vero neutiquam competit illis, quæ propria cura & ambitu comparantur.

Sophisma.

12. Quod ex pluribus constat & divisiibilne, est magis et, quod ex paucioribus, & magis unum: Nam omnia per partes considerata, majora videntur: Quare & pluralitas partium, magnitudinem praefert: Fortius autem operatur pluralitas partium, si ordo absit: Nam inducit similitudinem infiniti, & impedit comprehensionem.

Sophisma illud videntur etiam primo iomitu fallax, & quasi palpabile: Siquidem, non pluralitas partium tantum, sed majoritas earundem poterit confluere totum auctiū. Attamen abripit hoc ipsum sophisma sepius phantasiam, quiniesciam insidiatur sensui. Etenim aspectui brevior videtur via in planicie, ubi nihil intercurrit quod visum frangat, quam in tali tractu terreni, ubi sicuti conficiuntur arbores, aut aedificia, aut aliud aliquid signum, quod spatium metiri & dividere possit. Sic enim bene numerato, postquam arcas suas, & matris ipsa diviserit, & digeretur, maior etiam quam ante subit divitiam phantasia. Habet etiam vim in amplificationibus, si res in plures portiones dividatur, atque singulæ seorsum traientur. Hoc vero adhuc magis phantasiam implet, si fiat promiscue, & sine ordine. Confuso enim multitudinis opinionem generat. Siquidem quæ ordine ostenduntur, aut propo-

nun-


vuntur, tum ipsa magis finita apparent, tum certum præbent argumentum, nihil esse prætermissum. At contra, quæ confuse representantur, non solum in se numero la putantur, sed & suspicio locum relinquunt, restare adhuc plura, quæ omittuntur.

Elenchus.

Fallit Sophisma. Primo, ubi quis ampliorem præcepit de re aliqua opinionem, quam pro verâ rei ipsius magnitudine. Etenim cum hoc sit, distributio falsam illam opinionem destruet, & rem in veritate sua, non autem cum amplificatione, monstrabit. Itaque si quis morbo aut dolore corripiatur, horæ longiores ei videbuntur, ablique horologio, aut clepsydra, quam si iidem mensurentur. Nam si tardum & retardatio mortbi, tempus videri longius faciunt, quam revera est, at computatio temporis certam illum corrigit, & brevius facit, quam opinio illa falsa conceperat. Etiam in planicie, contra quam superius dictum est, aliquando eventit. Licit enim virus in principio viam ostenter brevitem sensui, quia inservia est; tamen si ex eo obrepat opinio de longe minori intervallo quam reperitur: opinionis ejus vano frustra efficiet, ut videatur demum etiam, quam revera est, producetur. Itaque si quis opinioni alieius falsis magnitudine rei cuiusdam velificari cupiat, eaveat à distributionibus, sed rem integrum unius extollat. Fallit Sophisma secundo, si distributio ea distrahatur, non autem simul obrepetur, aut uno

s

aspectu



aspetto vilum feriat. Itaque si flores in horo aliquo in plures rorulos distinguantur, majoris quantitatis speciem præbentur, quam si omnes in uno toro simul crescere; Modo toruli illi, oculis simul subjeciantur; Alter enim unio distributionis distracta prævalebit. Sic redimus eorum majores videntur, quibus prædia & latifundia sua vicina aut conjuncta sunt. Nam si sparsum sit sine, non venient tam facile sub aspetto. Fallit Sophista tertio, propter dignitatem unitatis, supra multitudinem. Omnis enim compositio, indigentia in singulis figuris est certissimum; ubi illud usus venit.

*Et quia non profunt singula, multa juntur.*

Itaque Maris partes potiores; *Martha, Martha*, attendu ad plurima, unum sufficit. Hinc illa fabula: *Alopis de vulpe, & felis: jactabat enim vulpes, quantas artes haberet, & effugia, quibus se à canibus eriperet. Felis autem se unico tantum confidere auxilio dixit, utpote quae tenuem scandendi facultatem haberet.* Quod tamen reliquias illa vulpis longe præstans præsidium fuit: unde Adagium; *Malaria novit vulpes, sed felis unum magnum.* Quo etiam in hujus fabula significacione morali idem cernitur: Nam potenti & fido amico nisi, plus præsidii habet, quam artes & astutæ complurimæ.

Atque hac exempli loco sufficient. Superest autem nobis ejusmodi colorum numerus etiam

ma-

magnus, quos olim adolescentes concessimus: attamen sine illustrationibus suis, atque *Elenchis*; quos hoc tempore concinnare non vacat: ideoque colores illos nudos, absque illustrationibus suis, (cum superiores illi vestiti praedant) proponere, minime nobis contentum videtur. Illud interim monemus, rem istam, qualicumque ea videri possit, haud parvi, iudicio nostro, esse pretiosum: utpote que ex *Philosophia prima*, & ex *Rhetorica*, participet. Atque de signis popularibus, sive coloribus boni ac mali apparente, tam simplici, quam comparati, hactenus.

Secunda *Collectio*, qua pertinet ad *promptuarium* & *desideratur*, ea est, quam Cicero (ut superius in *Logica* diximus) innquit; cum præcipit, ut in promptu habemantur *Loci communes* in utramque partem disputatæ & tractatæ. Quales sunt, *Pro verba legis* & *Pro sententia legis*, &c. Nos vero hoc præceptum etiam ad alia extendimus; ut non solum ad genus iudiciale, sed etiam ad deliberativum & demonstrativum adhibeatur. Omnino hoc volumus, *Loci* omnes, quorum frequens est usus, (sive ad probationes & refutationes, sive ad fusiones, & dissolutions, sive ad lades & vituperia spectente;) medikatos jam haberi, eosque ultimis ingenii viribus, & tanquam improbe, & prosras præter veritatem, atcoli & deprimenti. Modum autem hujus *Collectionis*, tam ad usum, quam ad brevitatem, optimum fore censemus, si hujusmodi Loci contrahantur

S 1 in



in sententias quasdam acutas & concisas; unquam glomos quodam, quorum fila in fusio-  
rem diffusum, cum res postulat, explicari pos-  
sint. Atque similem quandam diligentiam in  
Seneca repetimus, sed in hypotheticis five  
caſibas. Ejus generis cum plurimo parata ha-  
beamus, aliqua ad exemplum proponere vi-  
fuerit. Eautem Antitheta Cerum domina-  
mus.

Exempla *Antithetorum.*

## NOBILITAS I.

Pro.

**Q**uidam virtus à Genere penitus insita est;  
nihil non mali esse nolunt, sed nequeant.  
Nobilis Laurea, qua tempus homines co-  
ronar.

Antiquitatem etiam in monumentis mortuis  
venerantur, quanto magis in viris?

Si Nobilitatem familiarium contemnas, qua  
tandem erit differentia inter sebolem hominum,  
& brutorum?

Nobilitas virtutem invidia subducit, gratia  
tradit.

Contra.

Contra.

**R**aro ex virtute Nobilitas, raris ex Noli-  
tate Virtus.

Nobiles Majorum deprecatione ad veniam fa-  
ciunt utinam, quam suffragatione ad honores.

Tanta solet esse industria hominum nostrarum,  
ut Nobiles per illis tanquam Statua videntur.

Nobiles in studio respellant nimis sape; quod  
mali curforis est.

Forma. II.

Pro.

Deformes naturam uelici solent.

Et Virtus vel aliud, quam interna forma, &  
forma vel aliud, quam externa virtus.

Deformis se à contemptu, per malitiam utique  
suam, vindicare cupiunt.

Forma Virtutis splendore facit, vita ru-  
bera.

Contra.

Virtus, ut gemma nobilis, medius inferioris  
metus auro & ornatus.

Quid usq[ue] laeta deformis, hoc forma im-  
proba.

Similiter plerisque loves sunt, quis forma or-  
nat, & quis moveat.

Juventus. III.

Pro.

Prima cogitationes, & juventum confusa, plus  
habent à Numine.



*Senes fibi sapient magis: alie, & Reipublice, minus.*

*Si confici daretur, magis deformat animos quam corpora senectus.*

*Senes omnia merunt, praece Deos.*

*Contra.*

*Inventus paenitentia campus.*

*Ingenitus est iuvibus sensu auctoritatis contemptus; ut quisque suo periculo sapiat.*

*Tempus, ad quod confusa non advocatur, nec rata habet,*

*Semibus vences mutantur in gratias.*

*Valerius. IV.*

*Pro.*

*Cura valerius animum humilem facit, & corpori supplicem.*

*Corpus sanum, boffes anima est; & grum, er-gastularius.*

*Nil tam summas afflictionum premovet, quam prospira valitudo: at contra, infirma feruntur nimis.*

*Contra.*

*Sape convalescere, est sape juvenescere.*

*Excusatio valerius polychreba; ad quam etiam sani configundus.*

*Nimis ardo scindere corpus anima jungit sanitas.*

*Et ledius magna imperia administravit, & Lettice magnos exercitus.*

*Uxor & Libet. V.*

*Pro.*

*Charitas Reip. incipit a familia.*

*Exar*

*Uxor & Liberi disciplina quadam humanitatis, at exelvis tetrici & severi.*

*Calvatus & Orbitas ad natalium conferunt, quans ad fugam.*

*Marii sacrificat, qui liberos non procreat.*

*Catera felices, in liberis fore infortunati sum: ne Divina Sortis nimium appropinquent homines.*

*Contra.*

*Qui uxorem duxit, & liberos suscepit, & siiles fortuna dedit.*

*Generare, & liberi, humana sunt; creare, & opera, Divina.*

*Bruitur aeternis fabulos: Virorum fama, merita, & infinita.*

*Oeconomico ratione, publicas plerunque eventus.*

*Aliquibus fortuna Priami placuit, qui suis oneribus superfluebat.*

*Divitiae. VI.*

*Pro.*

*Divitiae contumacum, qui deferant.*

*Invidiosa divitiarum, virtutem efficit Deam.*

*Dum Philosophi dubitauit, utrum ad virtutem, an voluptatem emula fia referenda, collige infrafronchia utrinque.*

*Virtus per divitiam vertitur in commune bonum.*

*Catera bona provincialia habent administrationem, diu viae sole generalem.*

*S. 4.*

*Con-*

Divitiarum magnarum vel custodia est, vel  
differentia quadam, vel fama, at nullus infat.

Annon vides lapidis, & id genus debet, fungi  
prestita, ut possit esse aliquis magnarum divitiarum  
nus!

Multi, domi divitias sicut omnia venalia fors  
crediderunt, ipsi in primis venierunt.

Non aliud divitias dixerint, quam impedi  
menta virtutis. Nana virtuti & necessaria sunt,  
& graver.

Davitia bona ancilla, peccata domina.  
Honores. VII.

Pro.

Honores non Tyrannorum, (ut loquuntur) sed  
Providentia Divina calculi sunt.

Honores faciunt & virtutes & vita confi  
cunt. Itaque illas preuecent, bac refranant.

Non novit quidam, quantum in virtutis  
curso proficerent, nisi honores ei canum praebeant  
apertum.

Virtutis, ut rerum aliarum, rapidus motus est  
ad locum, placidas in loco. Est autem virtutis loc  
cus honor.

Contra.

Dum horrees appetimus, libertatem exhi  
bimus.

Horres dant fere Potestatem earum Rerum,  
quae optima Conditio est. Nolle, proxima Non  
posse.

Honorum a sensu ardore, statim turbica, re  
gressus praecepit.

Qui

Qui in Honore sunt, vulgi opinione multatu  
tur operari, ut se ipsos beatos putent.

Imperia. VIII.

Pro.

Felicitate frui, magnum bonum est, sed eam &  
alii impertiri posse, adhuc meius.

Reges non hominum iustar, sed astrarum sunt.  
Nam & in singulis, & in tempora & in signum  
habent inflatum,

Qui Dei vices gerunt, ius regnare, non tantum  
leja Majestatis Crucis est, sed Theomachia qua  
dam.

Contra.

Quam ni seruum, habere nil fere quod appetas,  
ingloria qua metuas.

Qui in Imperiis sunt, similes sunt Corporibus  
Caelestibus, que magnam reverasitatem habent,  
requisitum nullum.

Nemo humana foris ad Deorum convivia  
admititur, nisi ad Lindebrium.

Laus. Exultatio. IX.

Pro.

Virtutis radii reflexi laudes.

Laus Honoris est, ad quem liberis suffragiis  
perveniuntur.


Honores à diversis Politis conferuntur, sed  
laudes ubique sunt libertatis.

Vox populi habet aliquid Divinum. Nam quo  
modo adulteri tot capita in unum comparare pos  
sunt?

Ne mireris, si vulgi curiosi loquuntur, quam  
bonitatem, quia etiam tam latius loquuntur.

Si

Contra.



Contra

Fama deterior Index, quam Nuncia.

Quid vero bono cum fama vulgi?

Fama veluti floribus; levia astollit, solida  
marginat.Infirmarum virtutum apud vulgus laus est,  
mediarum admiratio, supremarum sensus mul-  
tu.Laus magie ex ostentatione, quam ex merito;  
ex ventosim magie accedit, quam realibus.

Natura. X.

Pro.

Confuetudinis progressus est Arithmeticus,  
Natura Geometricus.Vt in Rebus publicis se habent Leges communes  
erga confuetudines, eodem modo in singulis se ha-  
bet Natura ad Confuetudinem.Confuetudo contra naturam, quasi Tyrann-  
do quadam est: & cito ac levi occasione cor-  
ruit.

Contra.

Cogitamus secundum naturam, loquimur se-  
cundum Precepta sed agimus secundum Confue-  
tudinem.Natura Pedantius quidam est, Confuetudo  
Magistratus.

Fortuna. XI.

Pro.

Virtutes aperta laudes parunt, seculas fortu-  
nas.Virtutes efficiorum laudes parunt: faculta-  
rum, fortunas.

Ego.

Fortuna veluti galaxia, hoc est, nodus qua-  
ruplicatus obscurarum virtutum, sine nomine.  
Fortuna sicutem ob filios suos honoranda est, con-  
fidentiam scilicet, & auctoritatem.

Comta.

Stultitia uniuersa, fortuna alterius.

In Fortuna illa praecipue laudaverim, quod  
cum non elegat, non trahatur.Vix Magni, dum nevidiam virtutum sus-  
trahit declinavimus, inior fortuna cultores reperti  
sunt.

Vita. XII.

Pro.

Absurdum est, Accidencia Vita magis amare,  
quam vitam ipsam.Præstes ad omnia, etiam ad virtutem, enri-  
culum longum, quam breve.Absoꝝ fratris vita majoribus, nec perficere  
datur, nec perdidicere, nec pantere.

Contra.

Philosophi, dum tantum apparatus aduersus  
mortem colligunt, ipsam magis timendum effe-  
rent.Mortem homines timunt, quia nesciunt, ut  
pueri tenebras.Non invenimus inter humanes afflictum tam  
prosternens, qui si intendatur paulo vehementius,  
non mortis instantia supereret.Moriri velle, non tantum fortis, aut miser, aut  
prudentia, sed etiam fastidiosus potest.

S. 6

Super-



## Supersticio. XIII.

Pro.

*Qui zelo peccant, non probandi, sed tamen amandi sunt.*

*Moderinitates moralibus debentur: extremitates Divinitatis.*

*Superfluo, Religiose Designatae.*

*Falereissima quaque Portenta cuiusvis Religionis, ceteris crediderim: quam haec omnia sine Numine fieri.*

Contra.

*Ir Simia, similitudine cum homine, deformatae addit: ita Superstitione, similitudo cum Religione.*

*Quale odium est affectionatio in circilibus, tale superstitionis in Divinis.*

*Præstat nullam habere de Dīs opinionem, quam consummatio.*

*Non Epicuri Schola, sed Stoas, Veteres Roffianicas perturbavit.*

*Non cadit in mentem humanam, ut sit meritis Atheistæ Dogmate: sed magni Hypocritæ, sunt viri Atheistæ: qui Sacra perpetuo contredicunt, sed nunquam reverentur.*

## Superbia. XIV.

Pro.

*Superbia etiam virtus insoceabilis: atque ut venenum veneno, ita haud panca virtus superbia expelluntur.*

*Facilius, etiam aliena obnoxius: Superbus tandem sunt.*

*Superbia: si ab aliorum contemptu ad sui com-*

*contemptum ascendet, sicut damnum Philoſophia.*

Contra.

*Hedera virtutum ac bonorum omnium superbia.*

*Cetera virtus virtutibus tantum contraria: Superbia sola contagiosa.*

*Superbia optima vñiorum conditions careret, id est, latrovia.*

*Superbus, cum ceteros contemnit, se integrum negligit.*

## Ingratitudo. X V.

Pro.

*Crimen ingratii animi, nūl aliud est, quam peripacia quendam in causam beneficij collati.*

*Dum grati erga quendam esse voluntatis: nec ceteris Inclitiam præstamus, nec nobis ipsi libertatem.*

*Beneficii gratia conatus reddenda est, quod de pretio non confitat.*

Contra.

*Crimen ingratii animi, non suppliciis coercitur, sed furvi permittitur.*

*Artiborū sunt vincula beneficiorum, quam officiorum: quare, qui ingratis, etiam injurias, & omnia.*

*Ea est conditio humana. Nemo tam publica fortuna natus est, quin privata & Gratia, & Vindicta, se omnino debeat.*

## Iavidia. XVI.

Pro.

*Naturale est exprobationem fortuna sua dñe.*

Præ-



Invidia in Rebū p̄p̄b. tanquam salubris offensus.

Contra.

Invidia Feſſos dies non agit.

Nemo virtutis inviſham reconciliaverit praeter mortem.

Invidia virtutes laboribus exercet, ut Iaus Herculam.

Impudicitia. XVII.

Pro.

Zelotipis debetur, quod castitas fit facta Virtus.

Multa tristitia opus est, ut quia Venere rem seriam poterit.

Quid vel diu partem, vel mundatis fletiem, vel superbia filiam, inter virtutes collatuit?

Amerum, ut avium syvestrium nulla præterea est, sed res profectione transfertur.

Contra.

Pessima Circes transformatio impudicitia, Impudicus proſus reverentiam sui perdidit: quod frenum eft omniū uirtutum.

Omnis, ut Paris, qui forma optionem faciunt, prudentia & potentia iacturam faciunt.

In Veritatem non vulgarem incidit Alexander: cum Sonnum & Venorem, mortis Arribantes esse dixit.

Crudelitas. XVIII.

Pro.

Nulla virtutum tam ſage rea eft, quam Clemētia.

Crude-

Crudelitas, ſi à vindicta eft, Inſtitia eft: ſi à periendo, prudētia.

Qui Mſericordiam inimico impertit, ſibi de- negat.

Non sapient Phlebotomia necofaria ſunt in cu- rationibus, quam cades in civilibus.

Contra.

Cadibus graffari, aut Fera, aut Furia eft.

Crudeleſta viro bene ſemper fabuloſa eſſe vi- detur, & ſic Tragica.

Gloria vana. XIX.

Pro.

Qui ſuas landes appetit, aliorum ſimil appetit uideates.

Quid vel ſobrium eft, ut nihil alienum curet, veror ne & publica aliena puet.

Ingenia in quibus aliquid inane eft, facilius curam Reipubl. recipiunt.

Contra.

Gloriosi ſemper faſtioſi, mendaci, mobiles, nimili.

Thraſo Gnathonic prada.

Turpe eft proco ſollicitare ancillam: eft autem virtus ancilla Laut.

Inſtitia. XX.

Pro.

Imperia & Politia, Inſtitia, tantum addita- menta ſunt: Si enim Inſtitia aliter poſſit exerce- ri, illa minime fuerit opus.

Inſtitia debetur, quod homo homini ſit Deus, non lupus.

Inſtitia eft uaria tollere non poſſit, tamen hoc eſſit, ut non lauant.

Con-



Contra.

Si hoc est iustum esse : Quia tibi fieri nolle , ea  
altri non facere , Clementia domum iustitiae  
est.

Si sumus cuique tribuendum est , certe & ve-  
nia humanitatis.

Quid mali agnoscere narrat , cum sapienti  
omnia inaequalia sint ?

Considera qualem reorum conditio fuerit apud  
Romanos , & pronuncia . Injustitiam est Reipub-  
lica esse.

Vulgaris illa iustitia Politiarum , Philosopharum  
in aula : hoc est , facit tantum ad Reverentiam  
Imperantium.

Fonsitudo. XXI.

Pro.

Nil terrible nisi ipse timor.

Nil est in vespere solidum , aut in virtute  
munatum , ubi timeri infestat.

Qui pericula apertis oculis intrinxi , ut exci-  
piat , adversari & ut evite.

Cetera virtutes non à dominatu liberant vi-  
tiorum , servitudo sola à dominatu fortuna.

Contra.

Præclara virtus velle perire , ut perdes.

Præclara virtus quam etiam ebrietas indu-  
cit.

Vita sua prodigia , aliena periculosa.

Virtus ferre statim fortitudo.

Temperantia. XXII.

Pro.

Eadem fere via abstinendi &amp; fastinendi.

Val-

Uniformitates , concordia , & mensura me-  
tuum , celestia sunt , & characteres aeternitatis.

Temperantia , velut frigora salubria , animi  
vires colligit & firmat.

Exquisiti & usagi sensus Narcoticii indigent :  
fonditer & assiduo.

Contra.

Negativa illa virtutes non placent : maxa In-  
nocentiam præstant , non merita.

Langue mentis , qua excessione caret.

Amo virtutes , qua excellentiam actionis in-  
ducunt , non hebetitudinem possimus.

Cum consonantia animi motus penitus , pau-  
cos ponit : Nam pauperis est numerare pe-  
cata.

Illa ( non nisi , ut non appetas : Non appete-  
re , ut non timeras ) pugillimi sunt & dif-  
fidentia.

Confititio. XXIII.

Pro.

Eros virtutem confititio.

Miser est , qui qualis ipse futurus sit , non no-  
vit.

Imbecillitas humani judicii , robustis ipsa confita-  
re non potest : quare fabrum sibi confitit.

Etiam virtus decut afflatur confititio.

Si ad fortuna invicibilium accedat etiam  
inconstantia mentis , in quantia tembris vivi-  
tur?

Fortuna , tangam Proteus , si perseveres , ad  
furram redit.

Con-



*Constantia, ut juxtrix morosa, multa utilia  
judicia abigit.*

*Æquum est, ut constantia res adversas bene  
toleret, nam fore inducit.*

*Stabilitas brevissima, optima.*

*Magnanimitas. XXXIV.*

Pro.

*Si animus semel generosus fines optaverit, sta-  
tim non modo virtutes circumfluant, sed & nu-  
mina.*

*Virtutes ex habitu, aut præceptis gregales sunt;  
ex fine, Heretica.*

Contra.

*Magnanimitas est virtus poetica.*

*Scientia. Contemplatio. XXXV.*

Pro.

*Ea deinceps voluntas est secundum Naturam,  
enim non est factitia.*

*Dudumq[ue] proffectus in errores aliorum sub-  
jaceret.*

*Quam bonum est, orbis mentis habere concen-  
tricos universos?*

*Omnis affectus præcvi, sive affirmations sunt;  
atque eadem sunt bonitas & veritas.*

Contra.

*Contemplatio, ffeciencia mortua.*

*Bene cogitare, non multo melius est, quam be-  
ne somniare.*

*Orbem Numen curat, tu patriam.*

*Vir politicus etiam Contemplationes ferit.*

Litteræ.

Pro.

*Si de rebus minutiis libri scripsi forent, vix ul-  
lue esset experientia usus.*

*Lectione &c conversatio cum prudentibus: Atque  
fore cum stultis.*

*Non inutiles scientias excultimanda sunt, qua-  
rum in se nullus est usus, si ingens acutus, &  
ordinatum.*

Contra.

*In Academiis discunt credere.*

*Quis unquam artis docuit tempestivum artis  
usum?*

*Sapere ex regula, & ex experientia, plene con-  
traria rationes sunt: ut quae alteri auctoribus sit,  
ad alterum sit inepitus.*

*Artis sapientissime inepitus usus est, ne sit nullus.*

*Hoc fere omnes Academicci habent, ut ex qua-  
libet re soleant agnoscere quod faciant, & non  
addiscere quod nosciant.*

*Promptiudo. XXXVII.*

Pro.

*Opportuna prudentia non est, qua celeris non  
est.*

*Qui cito errat, cito errare emendat.*

*Qui ex compósito & non obiter prudens est,  
nil magni facit.*

Contra.

*Prudentia non alie petitur, qua præsto est.*

*Prudentia, ut vestu, levia, qua expedita.*

*Cujus consilia non maturat deliberatio, nec  
prudentiam atat.*

Quæ



*Quia ad breve tempus exigitantur, ad breve tempus placent.*

Taciturnitas in Secretis. XXVIII.

Pro.

*Taciturno nil reticetur, quia omnia tuto conservantur.*

*Qui facile loquitur quia scit, loquitur & quia nescit.*

*Secretis etiam mysteria debentur.*

Contra.

*Varietas morum optime animum collocat in secreto.*

*Taciturnitas conficitur virtus.*

*Taciturno omnia reticentur, quia silentium reprehenditur.*

*Tellus, ignoto proximus.*

Facilitas. XXIX.

Pro.

*Amo rurum aleno affectui obnoxium, sed ramen judicium ab obsequio revocantem.*

*Flexibilitem esse, ad naturam amri proxime accedit,*

Contra.

*Facilitas, iudicet quedam inepta privatio.*

*Facilius beneficia, debita voluntur, negotiantur, iniuria.*

*Sibi gratiam habet, qui a facilis aliquid impetrat.*

*Faciliem omnes Difficultates prement, nam omnibus se inserviat.*

*Facilius fare se recipit eneptudore.*

Popu-

Pro.

*Prudentibus eadem fare placent; at studiorum varietati occurrere, prudentia est.*

*Colere populum, est colti.*

*Qui ipsi magni viri sunt, neminem unum fare habent, quem vereantur, sed populum.*

Contra.

*Qui volle cum stultis congruit, ipse sufficiens esse potest.*

*Qui turba placet, fare & turbas miscit.*

*Nil moderatum vulgo gratium est.*

*Infama assertatio est assertatio vulgi,*

Loquacitas. XXXI.

Pro.

*Qui filerit, aut alios habet pro suspectis, aut suspectis est ipse filius.*

*Cultivaria omnes infelices, miserrima silentii.*

*Silentium, studiorum virtus: Itaque recte illi silent. Si pendens es, studius es: si studius, prudens.*

*Silentium, veluti nox, infidus opportunitum.*

*Cogitationes in profunde sanissima.*

*Silentium solitudinis genit. Opinio se venditat, qui filerit. Silentium, nec pravae cogitationes egerit, nec bonas distillabit.*

Contra.

*Silentium verbis, & gratiam addit, & auctoritatem.*

*Silentium, velut somnis quidam, alit prudenter.*

Si.



Silencium fermentatio cogitationum.

Stulta prudentia silentium.

Silencium ambit veritatem.

### Dissimulatio. XXXII.

Pro.

Dissimulatio compendiaria sapientia.

Non idem dicere, sed idem ostendere debet.  
noscere.

Etiam in animo deformis nuditas.

Dissimulatio & decors est, & praesidio.

Exponit confusorum, dissimulatio.

Aliqui bono suo falluntur.

Qui indissimulante omnia agit, aque despicit: nam plurimi, aut capiunt, aut non credunt.

Indissimulatio nihil aliud, quam animi impotensia.

Contra.

Cum cogitare secundum rerum veritatem non possumus, at loquuntur secundum cogitationem.

Quibus artes civiles supra captum ingenii sunt, ita dissimulatio pro prudentia erit.

Qui dissimulat, praeceps ad agendum instrumento se privat, Fide.

Dissimulatio dissimulationem invitat.

Qui dissimulat, liber non est.

### Audacia. XXXIII.

Pro.

Docet improbare, qui taceundatur.

Quod actio oratori, id audacia viro civilis primum, secundum, tertium.

Contra.

Confidentem taceundum amo, accusantem edicam.

Confidencia morum, animos premissos faciat.

Placeat obscurus vulnus, & perspicua oratio.

Contra.

Audacia stultitia viator.

In taceundam inservit, nisi ad impossibilem.

Confidencia, stultorum imperatrix, prudentiam ferri.

Audacia est stupor quidam sensus, cum malitia voluntatis.

Ceremotiae. Puncti. Affectatio.

### XXXIV.

Pro.

Vulnus & gestus decora moderatio, verum condimentum virtutis.

Si & in verbis vulgo pareamus, quid noster habitu, & gestis?

Quis in levibus, & quotidiana consuetudine, decus non retinet, sit liceus vir magnus, noris tam, hunc tantum certis horis sapere.

Virtus & prudenter sine pueris, velut perigrina lingue sunt; nam vulgo non intelliguntur.

Qui vulgi sensus per congruitatem non novit, si nec per observationem norerit, omnino stultissimus est.

Puncti Translatio sunt, virtutis in linguis vernaculam.

Contra.

Quid deformius, quam scena in vitam transferre.

Ex



*Ex ingentitate decorum, ex arte sedem.  
Magis placent cornuta buca, & calamitata  
cuma, quam ceruifati & calamitati  
mores.*

*Qui animum ad tam exiles obſervationes ap-  
plicat, magna cogitationis capax non eſt.*

*Affectione ingenitatu, putredo lucens.*

Joci. XXXV.

Pro.

*Oratorum arat jocuſ.*

*Qui in cimib⁹ modellum leporem miserat, li-  
beratem animi retinet.*

*Res eſt ſupra opinionem Politica, facili trans-  
ire à ſeo ad ſeruum, à ſerio ad jocum.*

*Veritatis, alia non perveritura, ſepe vehicu-  
lam fecut.*

Contra.

*Utos deformitatum ac concinnitatum auctorū  
quiſ non contentat?*

*Kerum magnitudinem eluero joco, improbum  
artificium eſt.*

*Iocos tum confiderat, cum riſa deſtituti fuit.*

*Faceti ſere non penetrant ultra ſuperficiem re-  
rum, ubi ſoci fedes eſt.*

*Vix ſoci ad ſeria mementi aliquid loabat, illi  
leuitas puerilis eſt.*

Amor. XXXVI.

Pro.

*Annen vides, omnes ſe quarre? at amans ſe  
luis ſe invenit.*

*Non eſt melior ordinatio animi, quam ex in-  
perio affectionis aliquajus inſignia.*

Qui

*Qui ſapit, Deſiderium querat: nam qui non  
aliquid inſigniter appetit, ei omnia ingrata ſunt,  
Et ſatio plena.*

*Quidni in Unitate ac quieſcat Vnu?*

Contra.

*Amori multum debet ſcena, nolit Vita.*

*Nil tam varii nomini eſt, quam amor: Nam  
res, aut tam ſtudia eſt, ut ſe negeat, aut tam tur-  
pis, ut ſe fuso condat.*

*Odi iſfor monophrontitas.*

*Augnita admodum contemplatio amor.*

Amicitia. XXXVII.

Pro.

*Eadem facit amicitia, qua fortitudi; ſed  
ſuertuſ.*

*Suave Condimentum omnium bonorum ami-  
citiae.*

*Peggia ſolitudo, non vera habere amici-  
tias.*

*Digna male fidei ulcio, amicitiis privari.*

Contra.

*Qui amicitias artiſtas copulat, novas neceſſi-  
tates ſibi impoſt.*

*Anim⁹ imbecilli eſt, partiri ſortunam.*

Adulatio. XXXVIII.

Pro.

*Adulatio magis ex more, quam ex malitia.*

*Laudando inſtituere, ſemper formula fuſt de-  
bita potentieribus.*

Contra.

*Adulatio ſtyles ſervorum.*

*Adulatio calz vitiorum.*

T

Adulatio



*Adulatio auctorii illud genus ; quod, similitudine vocis, Avei fallit.*

*Adulacionis deformitas comicus, nōcumentum tragicum.*

*Auribus mederi, difficillimum.*

*Vindicta. XXXIX.*

*Pro.*

*Vindicta privata, iustitia agrestis.*

*Qui vim repudiat, legem tantum violat, non hominem.*

*Videlicet metus ultiorum privata ; Nam leges nūmīus sāpe dormant;*

*Contra.*

*Qui injuriam fecit, principium male dedit, qui redditus, modum absulit.*

*Vindicta, quo magis naturalis, eo magis coercenda.*

*Qui facile injuriam reddit, si fortasse tempore, non voluntate, posterior erat.*

*Innovatio. XL.*

*Pro.*

*Omnis medicina innovatio.*

*Qui nova remedia fugit, novia mala operitur.*

*Novator maximus tempore, quidam igitur temporis imitemur?*

*Exempla remota inepta sunt ; Recentia corrupta & ambitioſa.*

*Imperitis & contentiosis permitte, ut ad exemplares agant.*

*Sicut qui nobilitatem in familiam introducent, digniores esse sunt posteris : ita novationes*

*verius*

*rerum plurimque præstantis, qua ad exempla fiant.*

*Meroſa marum retentio, res turbulenta est, aque ac novitas.*

*Cum per se res mutentur in deteriores, si consilio in melius non mutentur, quis finis erit mali?*

*Mores servi, temporis ludibria,*

*Contra.*

*Novi partus deiformes sunt.*

*Nullus auditor placet, propter tempus.*

*Nulla novitas absque iniuria, nam præsentia convelet.*

*Quia res obtinere si non bona, at sāltem apta inter se sunt.*

*Qui novator tempore imitatur, quod novationes ita insinuat, ut sensus fallant?*

*Quod propter item excent, cui prodeat, minus acceptum, cui obest, magis moleſtum,*

*Mora. XLL.*

*Pro.*

*Fortuna multa fettinanti vendidit, quibus morantem donat.*

*Dum iusta rerum amplecti properamus, univas presamus.*

*Fluctuantibus rebus ad versendān, inclinantibus agendum.*

*Prima actionum Argo committenda sunt, extrema Dijareo.*

*Comita.*

*Occasio primum anfam vasus porrigit, deinde cunctem.*

*T. 1.*

*Or-*



Occasio insulari Sillyla minus oblatum, pretium ariet.

Celeritas, orei galea.

Quae mature sunt, judicio sunt; que sero, per ambitum.

Præparatio. XLII.

Pro.

Qui partoris copiæ rem magnam aggreditur, fugit opportunitatem, ut ferret.

Partoris apparatibus non fortuna, sed prudens emittitur.

Contra.

Optimus terminus parandi, prima occasio agradu.

Nemo speret, se fortunam apparatu ligari posse.

Alteratio apparatus & actionis, Politica sunt: Diffinitio tuimida & infelix.

Magnus apparatus, prodigii & temporis, & verum.

Principiis obstat. XLIII.

Pro.

Plura pericula fallunt, quam vincunt.

Minus operis est, periculo remedium addobere, quam progressus ejus observare & cultuare.

Non jam leve est periculum, si leve videatur.

Contra.

Docet, periculum progreedi, qui accingitur, & periculum figit remedio.

Etsam ex remedis periculorum, levia pericula subficiunt.

Præ-

Praefat enim paucis remedios, qua invulnerantur, rem habere: quam cum mundi singulorum.

Confilia violentia. XLIV.

Pro.

Quæ leuem istam prudenciam amplectuntur, illi argumenta mali salutaria sunt.

Necessitas, qua violentia confundit, eadem excutitur.

Contra.

Omne remedium violentum, pragmatis novi mali.

Violenta confusa nemo dat, prater iram & metum.

Suspicio. XLV.

Pro.

Differentia, nervi prudentia; at suspicio medium arthriticum.

Merito ejus fides suspecta est, quam suspicio labefacit. Suspicio fragilis fidem solvit, fortem intendit.

Contra.

Suspicio fidem absolvit.

Suspicionum intemperies est Mania quadam Civilis.

Verba Legis. XLVI.

Pro.

Non est interpretatio, sed divinatio, qua recedit à litera.

Cum receditur à litera, iudex transit in legislatorem.



Contra.

*Ex omnibus verbis elicendus est sensus, qui interpretetur singula.*

*Possim tyrannia lex in equo.*

Pro Tertib⁹ contra Argumenta.

XLVII.

Pro.

*Sensuum Orationem, non secundum eam sensum pronunciat, qui argumentis nictur. Qui argumenti potius credit, quam testibus: etiam legatio magis debet fidere, quam sensui.*

*Tutus fore argumentis credere si homines nihil absurdum ficerent.*

*Argumenta, cum sint contra testimonia, loc⁹ proflant, upes mala videatur, non autem ut vera.*

Contra.

*Si testibus credendum sit contra argumenta, sufficit, tantum judicere esse, non sursum.*

*Argumenta antidotum contra venena testimoniorum.*

*In probationibus tutissimo creditur, qua ratiōne mentinentur.*

Atque haec Antitheta, [que nunc proposuimus] fortasse tanti non fuerint. Sed cum iam omnia parata & collecta à nobis essent, nolamus diligentia nostra juvenilis fructum perire: Præteritum cum, [si quis acutius introspicat] semina sint, non flore. In illo autem adolescentiam plane spirari, quod sine in morali, sine demonstrativo genere, ubertota in deliberativo, & judiciali persipaue.

Tertia

Tertia Collelio, que pertinet ad *promptuarium*, atque etiam desideratur, est ea, quam vocare placet, *Formularium Minorum*. Illæ autem sunt, veluti vestibula, portice, ante-camera, re-camera, transitus, &c. Orationis, que indiscernitatem omnibus subiectis competere possunt. Quales sunt *præfationes*, *concluſiones*, *digressiones*, *transiſſiones*, *præmissioneſ*, *declinationes*, & plura eismodi. Quemadmodum enim in edificiis plusimum facit & ad voluntatem, & ad usum ut frontispicia, gradus, ostia, fenestra, aditus, transitus, & hujusmodi, comode distribuantur; eodem modo etiam in oratione fit, ut additamenta & interpolaciones istæ, [si decocte & perite formentut & collocentur] platinum tuu gratia, tum commodatis, universæ orationis structuæ adjiciant. Harum *Formulariorum* Exemplum unum aut alterum proponemus, neque diutius illud imminorabitur. Et si enim sint res haud exigui usus, tamen cum nihil in his addamus de nostro, sed tantum *formulas* nudas, ex Demosthene, aut Cicero, aut alio quoquam selecto Auctore, describamus; inferius quiddam videntur, quans ut in eo tempus teramus.

*Exempla Formularium minorum.*

*Conclusio Deliberativa.*

*Sic & culpan præteriam sas erit redime-re, & futuri incommodis eadem opera profi-cere.*



Partitionis accuratez Cotillariam.

*Vt omnes intelligant, nihil me & subterfage-  
re valuisse retinendo, aut obfuscare dicendo.*

Transitio cum Monito.

*Verum hac ita prætereamus, ut tamen insuen-  
tes & reprehendentes, relinquamus.*

Præoccupatio contra opinionem in-  
veteratam.

*Faciām, ut intelligatur in tota causa, quid res  
ipsa tulerit, quid error officerit, quid invidia  
confloverit.*

Hac pauca enumerasse, ad Exempla, satis  
sufcit: cum quibus, Appendices Rhetoricae, quo  
ad Promptuarium spectant concludimus.

#### C A P. I V.

Appendices generales duæ Traditibꝫ: Crítica, & Pa-  
dagogica.

**S**uperius dux appendices Traditibꝫ in ge-  
nere, Altera Crítica, Altera Pedagogica. Si-  
cū enim pars Traditivæ præcipua in Scriptio-  
ne Librorum conficitur, ita pars ejus relativa in Li-  
borum versatut Lectione: Lectione autem, vel  
Magistrorum ope regatur, vel industria cuius-  
que propria perficitur; Atque huic rei infer-  
viunt Doctrina illæ, quas diximus, dux.

Ad Críticam spectant, primum Authorum  
probatorum linnata Correlio, & emendata Edi-  
tie, quibus & iþorum Authorum honor vindicatur,  
& Studiosis lumen præfertur. Qua ta-  
men in re studiis haud parum detraimenti in-  
lit

lit quorundam hominum diligentia temeraria.  
Criticis enim haud paucis mos est, ubi incidunt  
in quidpiam, quod non intelligunt, vitium sta-  
tim in exemplati supponere. Veluti in illo lo-  
co Taciti: Cum quedam Colonia jus Asyli  
apud Senatum alferetur, narrat Tacitus, non  
æquis admodum autibus, quæ ab ilis profere-  
bantur, fuisse ab Imperatore & Senatu auditæ:  
Itaque Legati, causa diffisi, bonam pecuniam  
summanum Tito Vinio dederunt, ut eis patroci-  
naretur. Hoc itaque pæcto res obtinuit: *Tum*  
(inquit Tacitus) *Dignitas & Antiquitas Colo-  
niae valuit:* quæsi Argumenta, quæ ante levia  
videbantur, accedente petio novum cum pondus  
aceperisse. At *Critici* quidam, non ex  
infinitis, verbum *Tum* expunxit, & *Tantum* re-  
poluit. Atque hac prava *Criticorum* confitua-  
dine factum est, ut (quod non nemo prudenter  
nosavit) *Exemplaria maxime castigata sunt sa-  
penumero maxime omnibus casta.* Quinamodo, ut  
verum dicamus, nisi *Critici* fuerint eruditæ in  
Scientiis illis, de quibus Libri ab ipsa editi tra-  
ctant, periculo diligentia eorum non vacat.

Secundo ad Críticam spectant, Authorum  
Interpretatio & Explicatio, Commentarii, Schol-  
ia, Nota, Spicilegia, & similia. In istis modo  
autem laboribus, pessimus ille *Criticorum*  
nonnullos quasi morbus invaserit, ut multa ex  
obscuroibus transflent, in fatis vero perfici-  
cūs ad falsoibꝫ ulque immiserentur, & expati-  
entur. Scilicet, non tam illud agitur, ut Au-  
thor ipse illustretur, quam ut *Criticus* ille mul-  
tiplicem

triplicem suam eruditionem, & variam lectio-  
nem, ubique atque occasione, offenter. O-  
ptandum in primis fore, ( licet hæc res ad Tra-  
ditivam principalem, non ad appendices perti-  
neat) ut qui Argumenta obsculta & nobilio-  
ra petræat Scriptor, suas ipse explicaciones  
subiungat; ut & textus ipso digressionibus  
aut explicacionibus non absumatur; & No-  
tæ à Scriptoris mente non recedant. Cujus-  
modi quidam suspicamus de Theone Eucli-  
dis.

Tertio, ad Criticam spectat, (quod etiam  
nomen eidem indicit) de Authoribus, quo r-  
eunt, breve aliquod judicium interponere; & il-  
los cum ceteris Scriptoribus, qui eadem tra-  
ctant, compareat; ut per hujusmodi censuram  
studiosi & de librorum delecto morentur; &  
ad ipsam lectionem eorum instruções acco-  
dant. Atque hoc ultimum, est Criticorum tan-  
quam Catheda, quam certe nostra atate obli-  
teraverunt Viti nonnulli magni, maiores cer-  
te, nostro iudicio, quam pro modulo Critico-  
rum.


Ad Pedagogiam quod attinet, brevissimum  
fore, dictu. Confale Scholas Iesuitarum: Nihil  
enim, quod in usum venit, his melius. Nos ta-  
men paucæ more nostro moncebimus, tanquam  
spicas legentes. Omnino institutionem pueritis  
& juventutis collegiant probamus; Non in æ-  
dibus privatis; Non sub Ludimagistris tantum.  
Adest adolescentulus in Collegiis simulatio ma-  
ior erga æquales; Adest quoque ipse vultus &  
afpe-

aspects vitiorum gravium, quod facit ad ve-  
recundiam, & teneros animos etiam à princi-  
pio conformat ad exemplar: Denique sunt qui-  
dem plurima educationis collegiatæ comoda.  
In ordine autem & modo disciplina, illud inpri-  
mis conculuetum, ut caveatur à compendio, & à  
præcociate quadam doctrina, que ingenia redi-  
dat audacia, & magno protectus potius ol-  
tent, quam faciat. Quin & forendum non  
nihil ingeniorum libertati, ut si quis, que ex mo-  
re discipline sunt, faciat, & simul tempus ac a-  
lia, in que propensus est, sufficietur, ne uti-  
que colubeat. Porro opere pretium fuerit,  
diligenter animadvertere, (quod fortasse ad-  
huc non fuerit notatum) esse duos aës facie-  
di & exercendi & preparandi ingens modos,  
eisque tanquam ancistrophos. Alter incipit a  
facilioribus, & ad magis ardua paulatim dedi-  
cit; Alter ab initio duriora impetrat & urget,  
ut si obtentis, facilitoribus quis etiam suauiter  
perfundi possit. Alia enim est Methodus,  
incipere naturæ cum utribus, qui sublevent;  
Alia incipere saltare cum calceis ponderosis,  
qui aggravent. Neque facile est dictu, quan-  
tum Methodorum prudens intermixtio con-  
fusat ad promovendas, tam animi quam cor-  
poris, facultates. Item applicatio & delectas  
studiorum, pro natura ingeniorum que eru-  
dientur, res est singularis & ulius & judicii;  
quam etiam bene & vere notariam & perfec-  
ctam Magistri parentibus adolescentium de-  
bet; ut de genere ritus, cui filios suos deli- T 6 nent,

nent, confusore possint. Verum, & illud attenuatius paulo observandum, non tantum in iis, ad quae natura quisque sua fertur, longe maximos fieri profectus; sed etiam ad ea, ad quae virtus naturae quia maxime fuerit inhabilis, reperi in studiis ad hoc proprie delectis, remedia & curationes. Exempli gratia; Si cuiquam ingenium tale sit, quale est avium, ut facile abripatur, nec per moram (qualem oportet) inventum esse sustinatur; Remedium huic rei prebebunt Mathematica, in quibus si evagatur paulo mens, de integro renovanda est demonstratio. Etiam exercitorum in studiendo, partes liquer esse vel maximas. At illud à paucis notatum est, quod exercitorum debet esse non solum prudens institutio, sed etiam prudens intermissio. Optime siquidem Cicero notavit, quod in exercitiis plerunque exerceri contingat, non minus virtus quam facultates; adeo ut malus habitus, quandoque simul acquiratur, & se inficiet cum bono. Itaque tuus es, intemperie exercitia, & subinde repetere, quam assidue continuare & urgere. Verum de his satis. Sunt certe hæres primo auctoribus minus grandes & solemnes, sed fructuose tamen & efficaces. Quemadmodum enim in plantis, ad felicitatem vel infelicitatem ipsorum, plurimum faciunt injuria, aut auxilia, quæ illidem, cum tenere suissent, intervenierint; quemadmodum etiam incrementa illa immensa Imperii Romani, merito à quibusdam attribuuntur virtuti & prudentie sex illorum Regum, qui eidem in pueritia sua veluti Tutores

Tutores fuerunt; aut Nutriti: Sic certe cultura & institutio annorum pauciorum, aut tenuiorum, eas habet vires, licet latentes, & minime in cuiusvis observationem incurrentes, quas neque temporis diuturnitas, neque laborum affinitas & contentio, postea, etate matuore, possint illo modo equiparare. Non abs re fuit etiam, notare, facultates vel mediocres, si in magnos Viros aut res magnas incidenti, graves & iniquas interdum producere effectus. Ejus rei ponemus exemplum memorabile; Quod ex magis adducimus, quia Jesuita tandem disciplina non videntur apernari, sano (ut nobis videtur) iudicio. Atque res, quæ si sit Professoria, infamia est: Verum disciplinaria facta, ex optimis est. Intelligimas autem Actionem Ibericam. Quippe quæ memoriam roboret; vocis & pronunciationis tonum arq; efficaciam temperat; Vultus & gestum ad decorum componeat. Felicitatem non patvam conciliat, denique oculis hominum juvenes affuetacit. Erit autem exemplum à Tacito desumptum, Vibuleni cuiusdam, olim Hastrionis, tunc temporis autem militantis in Legionibus Pannoniis. Ille, sub excessu Augusti, seditionem moverat, ita ut Blæsus praefectus aliquo ex seditionis in carcere coniceret. Milites vero impressione facta, illos effractis carceribus liberarunt. At Vibulenus, apud Milites concessionandus, sic orfus est; Por (inquit) his innocentibus & miserrimis lucem & spiritum redidisti; Sed quia fratri meo vitam, quis fratrem mibi reddet?

quem



quem missum ad vos à Germanico exercitu, de communibus commodis, nocte proxima jugulavitis per gladiatores suos, qui in extium Militum habet atque armat. Responde, Iude, ubi cadaver abjeceris. Ne hostes quidem sepulturam invident. Cum oculi, cum lacrymis dolorem meum implevero, me quoque trucidari jube, dum interficit, nullum ob festus sed quia utilitatis Legionum confidebamus, hi sepeliant. Quibus verbis invidit ac conformatio nis nimum quantum concivit. Adeo ut, nisi brevi postea innouisset, nihil bonum fuisse, quin etiam fratrem eum nunquam habuisse, vis à Praefecto Milites manus abstineissent: Ille vero sem totam, tanquam fabulam, in scena peregit.

Nunc vero, ad Colophonem pervenimus tractatus nostri de *dolentibus rationalibus*. In quibus licet à *partitionibus* receptis interdum recessimas, nemo tamen existimet, nos illas omnes improbare *partitiones*, quibus uis non sumus. Duplex enim nobis imponitur necessitas partitiones mutandi: Una, quia haec duo, nimisnam, res natura proximas in unam classem redigere, & res ad ultimam pertinentias conjungere in unum cumulum, sine ipso, & intentione, sunt omnino diversa. Ex gratia, Secretarius aliquis Regis aut Reipubl: in misso chartas futura procul dubio distribuit; ut que similis sit Natura, simul componat, veluti sordida seorsum, seorsum mandata, literas ab Extoris, literas domesticas, & similia, seorsum omnia. Contraria, in scinio aliquo particulari, illas simul componit;

ponit, quas licet diversi generis sunt, simul tamen uisi forte existimet: Sic hincrum in hoc universalis scientiarum *Repositio* nobis, pro natura rerum ipsarum, *partitiones* erant instituenda: cum tamen, si particularis aliqua Scientia fuisset pertinacanda, *Partitiones* suissimum secuti, uisi & praxi potius accommodatas. Altera necessitas partitiones mutandi est, quia *Dederatorum* ad Scientias adjectio, & eorum cum reliquo in integrum corpus redactio, etiam per consequentiam, *Scientiarum* ipsarum partitiones transfluit. Nam (demonstrationis gratia) elio, quod artes, que habentur, rationem habeant Numeri 15. adiectis autem *Dederatis* Numeri 20. Dico quod partes Numeri 15. non sunt easdem partes, quae Numeri 20. Nam partes Numeri 15. sunt 3. & 5. Partes vero Numeri 20. sunt 2. 4. 5. & 10. Itaque patet, quod haec aliter fieri non posuerint. Atque de Scientiis Logici haec dicta sunt.



## FRANCISCI BACONIS

DE VERULAMIO,

Vice-Comitis sancti Albani,

*De dignitate & augmentis  
scientiarum,*

## LIBER SEPTIMUS.

*Ad Regem suum.*

C A P. I.

*Partitio Ethicæ, in Doctrinam de Exemplari, & Geotrigica animi.* *Partitio Exemplaris.* (scilicet Boni) *is Bonum Simplex, & Bonum Compascuum.* *Partitio Boni Simplicis, in Bonum Individuale, & Bonum Communiuersum.*

**B**revitatem est (Rex optime) ad *Erluciam*, qua *Voluntatem humanam* instruitur & tractat. *Voluntatem gubernat reclaratio*, seducit bonum appetens; *Voluntatis stimuli affectus*, ministrat organa & motus voluntarii. De hac Salomon, *Ante omnia (inequit) excludi, Ego, cor tuum, nam inde procedunt alliones vita.* In hujus *Scientia per tractationem*, qui de ea scriberant, perinde mali facile videntur, ac si quis scribendi artem tradere possit; pulchra tantum exhibeat *exemplaria*, literatum tam simplicium quam copulatum; de *calamo vero ducendo*, aut modis characterez;

## LIBER VII. 429

Butorum auxilio, homo tam facile prætare non posset. Quoniam & hoc fundamento nititur excellens ille, & per omnia pacens, usus in Civilibus, præmiis & paenam; quæ Recumpubl. columnæ sunt; cum Affectiones illi prædominantes, formidatio & spes, alios omnes affectiones noxios coeterant & suppeditant. Etiam, sicut in regimine Status, non raro sit ut factio factio in officio contineatur, similitudines sit & in regimine mentis interno.

Pervenimus nunc ad illa, quæ in nostra sunt potestate, quæque operantur in animum, voluntatemque & appetitum afficiunt, & circumtagunt, idœque ad immunitandos mores plutonium valent. Quia in parte debuerant Philosophi strenue & gnaviter inquirere, De virtutibus & energiis conœstadiis, exercitationibus, habitus, educatione, imitatione, simulatione, convictus, amicitia, laudes, reprehensione, exhortatione, fama, legum, librorum, studiorum, & si quæ sunt alia. Hæc enim sunt illæ, quæ regnant in *Moralibus*; Ab ipsis agentibus animus partitur & disponitur; Ab ipsis veluti ingredientibus, conficiuntur pharmaca, quæ ad conservandam & recuperandam animi sanitatem conducant, quatenus remedii humanis id præstari posset. Ex quorum numero unum aut alterum felicemus, in quibus paululum immorabitur, ut reliquæ sint exempla. De conœstudine igitur, & Habitū, pauca delibaberimus.

Opinio illa Aristotelis plane mihi videtur angustias

463  
gustias quædam contemplationis & negligenter sapere: cum alterius, in illas actiones, quæ naturales sunt, Conœstudinem nihil posse: exemplo usus, Quod si lapis millies proiecatur in altum, non inclinationem quidem fronte ascendendi acquirit: quinetiam, quod sapius videnter aut andendo, nihilo melius aut videmus, aut audimus. Quamvis enim hoc teneat in aliquibus, ubi Nasuta est peremptoria; (cujus rei causa reddebat in praefronte non vacat) aliter tamen in illis sit, in quibus natura, secundum latitudinem quandam, patitur intentionem & remissiōnem. Sane videz posuit, Chirotheacum padio archiorem, manus laepius inducendo, laxiorem reddi; Baculum tñu & mota in contrarium flexus sive naturalis incurvati, & in eodem statu paulo post ducare; Vocem exercitando, magis fieri robustam & sonoram; Prigora æfiamque conœstudine tolerari, & ejusdem genetrix complura. Que quidem posteriora duo exempla propius accedunt ad tem, quam que ab ipso adducta sunt. Atamen, utrumque hoc se habeat; quo magis verum fuerit, tam virtutes, quam vita, in habitu conœstere; eo magis ei contendendum fuerit, ut normas præscriberet, quomodo huiusmodi habitus fuerint acquirendi, aut antovendti. Plurima si quidem confici possunt præcepta de prudenti institutione exercitationem, animi non minus quam corporis. Illorum paucula recensēbimus.

Primum erit, ut jam à principio caveamus à

X 2 penitus,



penitus, vel magis arduus, vel magis pusillus, quam res possunt: Nam si oneris nimium imponatur, apud ingenium mediocre bene sperandi a-lacritatem obtundet; apud ingenum fiducia plenius opinionem concitabit, qua plus fibi pollicetur, quam praestare possit; Quod fecum trahit sociorum. In utroque autem iogni temperamento sicut ut experimentum expectatio non satisfaciat; Id quod animum tenuiter dejectit, & confundit. Quod si pensa leviora fuerint, magna inducunt, in progressionis summa, jaetura.

Secondum erit, ut ad *excedendam facultatem aliquam, quo habimus comparari, duo inserviant tempora eiusdem serventur*: Alterum, quando animus optime fuerit ad rem dispositus; Alterum, quando pessime: Ut ex priore, plurimum in via promovamus; ex posteriore, nodos obiceamusque animi contentione strenua deteramus, unde tempora media facile & placide labentur.

Tertium erit illud praeceptum, cuius Aristoteles obiter meminit; *Vitioz viribus* (cetera tam vitium) *naturam in contrarium illud, ad quod natura maxime impellatur*; Sicut cum in aduersum gurgitis remigamus, aut Baculum incurvum, ut rectum fiat, in contrarium flectimus.

Quartum Præceptum ex illo Axiomate pendet, quod verissimum est; *Animum ad quæcumque felicem trahi & suavari, si illud, quo sensum, in intentione operari non sit principale, sed tantum aliud agendo supererit, quoniam ita sit natura, ut necessitatem & imperium dum*

durum ferme odetur. Sunt & alia multi, quæ utiliter præcipi possint, de Regimine *Conscientia*: *Conscientia enim, si prudenter & perite iudicatur, sit revera (ut vulgo dicitur) altera natura*: Quod si imperite & fortuito admixtetur, eti tantum *similis* natura, quæ nihil ad vivam imicitur, sed insicte tantum, & defoniter.

Similiter, si de *Libris & Studiis*, eorumque ad Mores virtute & influentia, verba facere vellemus; numquam defuit plurima præcepta, & consilia fructuosa, eo spectantia? Annon unus ex patribus, magna cum indignatione, *Pojus* appellavit *vivum demum*: cetera revera pro-gignat plurimas tentationes, cupiditates, & opinions vanas? Annon prudens admodum & digna, que bene perpendicularur, est Sententia Aristotelis, *Iuvens non esse idonei moralis Philosophie auditores*: quia in illis perturbationum assuetudo nondum fedata est, nec tempore & recum experientia consolipta? Atque ut verum dicamus, an non ideo fit, ut Scriptorum præceptorum præstantissimi libri & sermones (quibus ad virtutem homines efficacissime invitati sunt: tam augustinum eum maiestatem omnium oculis reprezentando, quam opiniones populares, in virtutis ignominiam, tanquam *Habitu Parastorum* indutus, detulsi propinando) tam parum proficiunt ad vita honestatem, & mores pravos corrigitios, quia perlegi & revolvi non conseruerunt à virtutis etate & judicio maturis, sed pueris tantum & tyronibus relinquerunt?



tur? Anno & hoc verum est, Juvenes multo minus *Poli ticas* quam *Ethicas* auditores idoneos esse, antequam *religio ne* & *doctrina de scribentia* & *officio* plane imbuantur: ne forte iudicio depravati & corrupti, in eam opinionem veniant, non esse rerum differentias morales *veras* & *fol lidas*, sed omnia ex utilitate, aut successu me tienda. sicut Poeta canit;

*Proferimus & felix scelus virtutis vocatur.  
& rutilus,*

*Ille crux premium sceleris tulit, hic Dis  
dema.*

Ac Poëta quidem hęc Satyrice & per indignationem longi videntur. At *Libri necnati po*  
*litiae* idem ferio & positive supponunt. Sic enim Maccievello dicere placet, *Quod si conti*  
*gisset Cesarem Bello superatum fuisse, Carthago*  
*quo si quis adiutor: Quasi vero nihil interfuerit,*  
*pater fortunam solam, inter Fata in*  
*quam, ex libidine & sanguine conflamat,*  
*arque animum excelsum, & inter homines*  
*naturales, maxime omnium (si ambitio ab*  
*fusus) suscipendum. Videmus etiam ex hoc ipso, quan*m necessarium sit, homines doctrinas*  
*pías & ethicas, antequam Politicam degustent,*  
*plenis fauibus hauiere: Numirum, quod qui*  
*in aula Principum, & negotiis civilibus, à te*  
*neris (ut ajent) unguiculis innuiti sunt, num*  
*quam fere suoceram & internam morum prohibi*  
*tem atqueuantur: quanto minus si accesisti*  
*etiam librorum disciplina? Porro, & in docu*  
*mentis ipsis moralibus, vel saltim aliquibus*  
*coquin.**

etorum, amnon cautio pariter est adhibenda, ne inde fiant homines pertinacius, arrogantes, & insociabiles, puxa illud Ciceronis de M. Catone: *Hec bona, qua videmus, divina & ex gre*  
*gia, ipsius scitote esse propria: qua nonnulla quare*  
*requiriuntur, ea sunt omnia non à natura, sed à*  
*Magnis. Sant & axiomata alia complura, de*  
*īis, que à studiis & libris, hominum animis*  
*ingenierantur. Verum est enim quod dicit ille,*  
*Abeant studia in mores: Quod pariter affi*  
*mandum de ceteris illis rebus, eorumq[ue] fama,*  
*legibus patriis, & reliquis, quas paulo ante re*  
*cendimus.*

¶ Ceterum animi quedam est *cultura*, quae adhuc magis accurata & elaborata videtur, quam reliqua. Nititur autem hoc fundamento: *Quod omnino mortalium animi, certis tem*  
*poribus, reperiantur in statu perficiere, aliis, in*  
*statu magis depravato. Hujas igitur cultura*  
*inventio fuit & institutum, ut bona illa tem*  
*porum foreantur; Prava vero tanquam ex Kal*  
*endario deleantur, & expungantur. Ac bono*  
*rum quidem temporum fixatio duobus modis*  
*procuratur: vesti, aut falsoe constantissimi a*  
*nimi discretis, & obseruantis arque exercitatio*  
*nibus: qua non tantum in se valent, quantum*  
*in hoc, quod animum in officio & obedientia*  
*jugiter contineant. Malorum temporum oblate*  
*ratio duplice idem ratione perfici posset: Re*  
*demptione aliqua, vel expiatione preteritorum,*  
*& novo Vita instituto, veluti de integro. Verum*  
*hęc pars ad religionem plane spectare videtur;*

X. 4

Nec

Nec mirum; cum *Moralis Philosophia* vera & genuina (scitur ante dictum est) ancilla tantum vices erga Theologam supplet.

Quoniam tamen, concludemus hanc partem de cultura Animi cum co Remedo, quod omnium est maxime compendiosum, & humanarium, & rursum maxime nobile & efficax, quo animus ad virtutem efflormetur, & in statu collocetur perfectioni proximo. Hoc autem est, *Vitae* vita actionumque de ligamus, & nobis ipsi proprius redit, & virtuti congruo, qui tamen tales sunt, ut eis aliquem nobis aliquatenus suspetat facultas. Si enim hec suo suppontantur: ut & finis additionum sunt benefici, & boni, & decretum anima de iste offrendunt, & ostendunt, fixans sit, & consilans, lequeatur, ut continuo veritas & efflormet se animus, una opera, in virtutes omnes. Atque hæc certe illa est operatio, que *Natura* ipsius opus referat, cum reliqua diximus, videamus esse solummodo sicut opera manus. Quemadmodum enim *Statuarius*, quando simulachrum aliquod sculpti aut incisa, illius solummodo partis figuram effingit, circa quam manus occupata est, non autem ceterarum: (veluti si faciem efformet, corpus reliquum nule permanet & informe factum, donec ad illud quoque pervenerit:) E contra vero *Natura*, quando florem molitur, aut animal, rudimenta partium omnium simul parit, & producit: Eodem modo, quando virtutes habitu acquiruntur, dum temperantiae incumbimus, ad fortitudinem aut reli-

quas

quas patrum proficimus; quando autem *reclusi & beneficis Enibus* nos dedicaverimus penitus, & devoverimus, quæcumque fuerint virtus, quam animo nostro commendaverint & imperaverint fines illi, repetiemus nos iamdudum imbutos, & prædispositos habilitate & propensione nonnulla, ad eam assequendam & exprimendam. Atque hic possit illi status illi animi, qui egregie ab Aristotele describitur: & ab eo, non virtus, sed diuinitas cuiusdam charactere insignitur. Ipsi ejus verba hæc sunt: *Immanus autem consentaneum est, operari eam, qua supra humanitatem est, heroicam sine divisionem Virtutem.* Et paulo post, *Nam ut fera, negre virtus, negre virtus est, sic negre Dei.* Sed hic quidem status altius gaudiam virtute est: illa aliud quiddam à virio. Plinii certe Secundus, ex licentia magniloquentie ethnicae, Trajanum virtutem, divine, non tanquam imitatum, sed tanquam exemplar proponit, cum ait: *Opus non esse hominibus, alios ad Deos preces fundere, quam ut benignos agere & propitiis se dominos mortalibus praestarent, ac Troyanus præstisset.* Verum hæc profanam Ethnicorum Jactantiam sapient, qui umbras quidam corpore majores prestatabant. At Religio vera, & sancta fides Christiana, rem ipsam petit: imprimendo animis hominum charitatem; quis appofitissime vinculum perfectionis appellatur, quia virtutes omnes simili colligit, & revicit. Sene elegantissime dictum est à Menandro, de amori sensuali,

X. 5.

qui



qui Divinum illum perperam imitatur: Amor melior Sophista Lato, ad humanae vitam. Quibus inquit, morum decus melius ab amore efformari, quam a Sophista & praeceptore inepto, quem Latum appellat. Siquidem universis suis operis Regulis & Præceptionibus hominem tam dextre & expedite effingere nesciret, ut scilicet ipsum & in pretio habeat, & belle in omnibus componat, quam amor facit. Sic proculdubio, si animus cuiusvis, fervore Charitatis veris incundatur, ad maiorem perfectionem evehetur, quam per universam Ethicam Doctrinam, Quia Sophista profecto habet rationem, si cum altera illa conferatur. Quintam, sicut Xenophon recte obseruavit, careras affectus, licet animum attollant, cum tam illorūque & discomponere per ecclesias & expressus suus: amorem vero solum, cum finali & delatare, & componere. Sic omnes aliae humanæ, quas admirarunt, doctes, dum naturam in majus exaltant, excessu interim sunt obnoxiae: sola autem Charitas non admittit excellum. Angeli, dum ad potentiam divinæ parem aspirarent, prævaricati sunt, & ceciderunt: Accedam, & ero filius Aliissimo. Homo dum ad Scientiam Divinæ parem aspiraret, prævaricatus est, & lapsus: Eritis sicut Deus: scientes bonum & malum. Verum ad similitudinem Divine Bonitatis aut Oberitatis aspirando, nec Angelus, nec homo, unquam in peticulum venit, aut veniet. Imo ad hanc ipsam limitationem etiam invitamus: Diligitis inimicos vestres, bene-

benefacite his, qui oderunt vos, & orate propter sequentibus & calumniantibus vos, ut si sit filii patri vestri, qui in caelis est, qui solem suum eripi facit super bones & malos, & pluit super justos & injustos. Quin & in ipso Archetypo Naturæ verba sic collocat Religio Ethnica, (Optimus Maximus,) Scriptura autem Sacra pronunciavit, Misericordia eius super omnia opera ejus.

Hanc itaque moralia doctrina partem, de Georgicis anima, jam absolvimus. In qua, si ex inchoata portione ejus, quas perfrinximus, quis existimet, operam nostram in hoc tantummodo fatam esse, ut ea in arte seu doctrinam redigeremus, quae ab aliis scriptoribus prætermilla sint, tanquam vulgata & obvia, & per se satis clara & perspicua, suo iudicio libete utatur. Intem illud meminerit, quod ab initio monuimus, propositum nobis esse, non recum pulchritudinem, sed usum & veritatem fecerat. Recordetur etiam paulisper commentum illud Parabolæ antiquæ, de genuis somni partiis.

Sunt gemina Somni portæ, quarum altera fertur Cornua, qua verbi fascia datur exitus umbritis, Altera ridenti perfecta nitens Elephanto, Sed falsa ad calvum mittunt insomnia Manes. Insignis sane magnificentia Porta eburnea, tamen somnia vera per cornuam commentant.

Aditamenta vice posse possit circa Doctrinam Ethicam obseruatio illa, inventi nemini relationem & congruitatem quandam, nec bonum animi, & bonum corporis. Nam sicut bonum corporis consistere diximus ex suauitate, pul-

X. 6 claritu-

christidine, robore, ac *vulgate*, sic animi *bsum*, si *juxta moralis doctrina* seta illud contempiemus, *huc tendere* perspiciemus, *per animum reddat somnum*, & à perturbationibus immunem; *Pudoribus*, *verique decoris ornamenti* exculsum; *Fortere*, *ac agilem ad omnia vita munia obeunda*; *denique non stupidum, sed volugitatis & solitari honesti sensum vivide retinemem*. *Huc autem, sicut in corpore, ita & in animo, raro simul omnia conjunguntur*. Facile enim videre est multos, ingenii viribus & fortitudine animi pollentes, quos infestant tamen perturbations; *quorunque etiam moribus vix aliiquid eleganzie aut venustatis alperguntur*: Alios, quibus abunde est in moribus eleganzie & venustatis, illis tamen non suppetit, aut probitas animi, ut *velint*, aut vires, ut possint recte agere: Alios, animo predatos honesto, atque à virtutum labe repugnato, qui tamen nec fibi ipsis ornamento sunt, nec Reip. utiles: Alios, qui istorum fortasse trium compotes sunt, sed tamen Stoica quadam tristitia & stupiditate prædicti, virtutis quidem actiones exercent, gaudiis non perfruuntur. *Quod si contingat, ex quatuor ipsis duo aut tria aliquando concurrete, ratissime tamen sit, quemadmodum diximus, ut omnia*. Jam vero Principe illud membrum philosophia humana, quæ hominem contemplatur, quatenus ex corpore consilium atque anima, sed tamen segregatum, & circa societatem, à nobis pertractatum est.

FRAN.

## FRANCISI BACONIS

De VERULAMIO,

Vice-Comitis sancti Albani,

*De dignitate & augmentis  
scientiarum,*

LIBER OCTAVUS.

*Ad Regem suum.*

C A P. I.

*Parvula Doctrina Civilis, in Doctrinam de Conversione: Doctrinam de Negotiis: & Doctrinam de Imperio, sive Republica.*

**V**etus est narratio, (Rex Optime) conveniente completes Philolophos solenniter, coram Legato Regis exteti, atque singulos pro vini parte Sapientiam suam ostentare; ut habet Legatus, quæ referret de mirabili sapientia Graecorum. *Uetus tamen ex eorum numero solebat, & nihil adducebat in medium: ateo ut Legatus ad eum conversas diceret: In vero quid habet, quid referat? Cui ille: Refer (inquit) Regi tuo, te invenso apud Graecos aliquem, qui tacere sciret.. Et quidem oblitus eram, in hac atrium Synopsi, artem tacendi interfere: Quam tamen (quoniam plerunque defideretur) Exemplio jam proprio docebo. Etenim, cum me tandem ordo rerum ad il-*

lud.

lud deduxerit, ut paulo post de arte Imperii tractandum sit, cunque ad tantum Regem scribam, qui perfectus adeo in ea arte sit Magister, ipsamque ab incunabulis suis hauerit: Nec omnino immenior esse possum, qualem apud Majestatem tuam locum sustinuerim: conscientiam magis exstinxavi, me ipsum facendo de hac re, apud Majestatem tuam, quam scribendo, probare. Cicero vero, non solum artis, verum etiam eloquentiae ejusdam, quo in secundo repetitur, meminit. Cum enim fermores nonnullos suos, enī alio quodam ultra citroque habitos, in epistola quadam ad Atticum commemoret, sic scribit: *Hoc loco, sumptu aliiquid de tua eloquentia, nam tacui. Pindarus vero, cui illud peculiare est, animos hominum inopinato, sententiola aliqua mirabilis, veluti virgula Divina, percutere*) hujusmodi quidpiam ejacularunt: Interdum magis afficiunt non dicta, quam dicta. In hac parte igitur, ratiore, aut quod silento proximum est, brevis ad modum esse decrevi. Verum, antequam ad artes imperii perveniam, haud pauca de aliis doctrina civili partimibus sunt premittenda.

*Scientia civile*, versatur circa subjectum, quod ceterorum omnium maxime est Materie immensum: ideoque difficultate ad axiomatica reducitur. Sunt tamen nonnulla, quae hanc difficultatem levant. Primo enim, quemadmodum Cato ille Censorius de Romanis suis dicere solitus est: *Oribus eos similes esset, quarum gen-*

gen integrum minore quis modestia ageret, quam unam aliquam: quoniam si paucus ex grege, ut recte invenit viam, propellere possit, cetera ultimo sequuntur. Similiter, hoc quidem respectu, Ethica manus est quodammodo illo politice difficilis. Secundo, proponit sibi *Ethica*, ut animus honestate interna imbuatur, & cumuletur: At *civitas* (civitas nihil amplius postulat praeter honestatem externam: Hec enim ad societas sufficit. Itaque non raro accidit, ut regimen sit bonum, tempora mala: Siquidem in Sacra Historia illud non semel occurrit (cum de Regibus bonis & piis narratur) Sed *adhuc* populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum Patrum suorum. Itaque, & hoc quoque respectu, diores partes sunt *Ethica*. Tertio, hoc habent Republ. ut tanquam machine grandioris tardius moveantur, nec sine magno molamine, unde haud tam cito labefactantur: Sic enim in Aegypto septem anni fertiles, steriles septem sustinuerunt: in Rebus publ. priorum temporum bona institutio effici, ut sequentium errores non flatim perniciem inferant: At singulorum hominum decreta, & mores, magis subtili solent. Hoc denique *Ethicam* gravat, *Politica* succurrit.

*Scientia civile* tres habet partes, juntas societas actiones summarias: *Doltrinam de conversatione*; *Doltrinam de negotiis*; & *doltrinam de Imperio sive Republ.* Tria siquidem sunt bona, que ex societate ci-  
vili homines sibi patare expectunt: Solamen  
cont. 4



*contra solitudinem*, *adsumendum in negotiis*,  
*& protectio contra injurias*. Suntque itae tres  
 prudentiae plane inter se diversae, & sepe nu-  
 mero disjunctae: *Prudentia in convergendo*,  
*prudentia in negotiando*, & *prudentia in gubernando*.

Enimvero, quod ad *conversationem* attinge,  
 illa certe affectata esse non debet, at multo  
 minus neglecta: cum prudentia in ejus mode-  
 tamine, & decus quoddam morum in se ipso  
 prae se ferat, & ad negotia, tam publica, quam  
 privata, commode administranda, plurimum  
 juvet. Etenim sicut actio oratori tanti habet  
 curia, (hacten sit extremitas quiddam) ut etiam il-  
 lis alteris partibus, que graviores & interiores  
 videntur, antepotatur; eodem modo, in  
 vita civili, *conversatio*, ejusque regimen, (ut  
 cunque in exterioribus occupetur) si non sum-  
 um, at certe eximium locum invenit. Quale  
 enim pondus habet *vultus* ipse, ejusque com-  
 positus? Recite Poeta;

— Nec vultu defraue verba tuo.

Potest enim quis *vum orationis*, *vulnus labefac-  
 tare*, & plena proderet. Quin & *falsa*, non  
 minus quam *verba*, *vultus* pariter defraui pos-  
 fint, si Ciceroni credamus. Qui, cum fratri af-  
 fabilitatem commendaret erga Provinciales,  
 non in hoc eam potissimum sicam dixit, ut adi-  
 tus praberet ad se facilis, nisi etiam *vultus* ipso  
 considerat accidentes exciperet. *Nol interrell has-  
 bere oculum apertum*, *vultum clausum*. Vide-  
 mus quoque, Atticum, sub primum Ciceros  
 cum-

cum Caesaris congregatum, bello adhuc fervente,  
 diligenter & lena Ciceronem per Epitola-  
 lam monuisse, de *vultu* & *genitu* ad dignitatem  
 & gravitatem componenda. Quid si tantum  
 pollit aris & vulna lollum moderatio, quanto  
 magis sermo famularius, & alia, quae ad *conver-  
 gationem* pertinent? Atque sine summa & com-  
 pendium decori & elegantie morum in hoc  
 lete sit fuit, ut quasi aqua huic & propria  
 Dignitate & aliorum metiamur & tecumus? Quid  
 etiam non male exprelle T. Livius, (li-  
 cit ali iei intentus) eo personae charactere: Ne  
 (inquit) aut arrogans videar, aut obnoxius: qua-  
 rum alterum est aliena libertatis oblitus, alterum sua. Ex contraria vero parte, si *urbanita-  
 ti*, & elegantie morum externe impensis stu-  
 deamus, transeunt illae in affectionem quan-  
 dam Deformem, & Adulterinam. Quid e-  
 nam deformius, quam *Scenam in Vitam trans-  
 ferre*? *Quinetiam*, licet in excellum illum vi-  
 tiosum minime prolabantur, temporis tamen  
 nimium in hujusmodi leviculis abflumitur, ani-  
 misq; ad curam ipsarum, magis quam oportet,  
 deprimitur. Ideoque sicut in Academis, ado-  
 lescentes literarum studiosi, at fodium con-  
 grelibus plus fatig indulgentes, moneri solet  
 a preceptoriis, Amicos esse fures temporis:  
 sic certe aliud ista, in *conversationibus* decora-  
 tum, animi intentione, magnum gravioribus me-  
 ditationibus furtum faciunt. Deinde, qui primas  
 aede in *urbanitate* obvient, & ad hanc rem  
 unam quasi nati videntur, hoc fete habent, ut  
 fibi



sibi ipsi in illa sola complacent, & ad virtutes solidiores, & celsiores, vix unquam aspirant: Quando è contra, qui sibi in hac parte defectus sunt consci, decus ex bona existimatione querant: Ubi enim adest bona existimatio, omnia fere decent: ubi vero illa deficit, tum demum à commodeitate mortui, atque urbanitatis, subfidium petendum est. Potro, ad res gerendas, vix gravius aut frequentius repertias impeditum, quam hujuscem decori externi curiosam nimis observationem; atque illud alterum, quod hinc ipsi infervit, minimum, anxiarum temporis atque opportunitatum electionem. Egregie cum Salomon: *Qui respicit ad ventos, non feminat; qui respicit ad numeros, non metit.* Creanda siquidem nobis est opportunity sapientia quam opferienda. Ut verbo dicamus, urbana ista mortui compositio, velut vestis animi est, & proinde vestis commoda-  
tates referre debet. Ptiuum enim talis esse debet, ut si in usu communis: Rufus, ut non sit nimis delicata aut sumptuosa: Deinde, ita conficienda, ut si quis sit in animo virrus, eam exhibeat maxime conspicuum; si qua deformitas, eandem supplet, & occulet: Postremo, & super omnia, ne sit nimis arcta, atque ita azimuthum angustus, ut ejusdem motus in rebus gerendis cohibeatur & impediatur. Verum hac pars scientia civilis de conversatione eleganter profecto à nonnullis tractata est, neque ullo modo tanquam desiderata reponi debet.

C A P .

C A P . II

*Partitis Doctrinæ de Negotiis; in Doctrinam de Occasionibus Spartis, & Doctrinam de Ambitu Vite, Exemplum Doctrinæ de Occasionibus Spartis, ex Parabolâ aliquâ Salomonis, Praecepta de Ambitu Vite.*

**D**octrinam de negotiis partiemur in *doctrinam de occasionibus Spartis, & doctrinam de ambitu vite:* Quamvis altera universalis negotiorum varietatem complectitur, & vite communis tanquam *Annanensis* est; Altera, ea tantum, que ad propriam cuiusque fortunam amplificandam spectant, excerpta, & fuggerit, quae singulis, pro intimis quibusdam rerum suorum tabulis aut codicillis esse possunt. Verum antequam ad species descendamus, aliquid circa doctrinam de negotiis in genere praehabimur. *Doctrinam de negotiis*, pro rei momento, trahavit auctor nemo, cum magna, tam literaturam, quam literatorem, existimationis jactura. Ab hac enim radice pullulat illud malum, quod notam eruditis inullis; nimisrum eruditio[n]em & prudenciam civilem raro aliquid conjungi. Ecce enim si quis recte advertat, ex prudentiis illis tribus, quas modo diximus ad vitam civilem spectantes, illa conversationis ab eruditis fere contemnitur, tanquam servile quidam, atque insuper meditationibus inimicum. *Quod vero ad illam de Repub. administrandas*, sane, si quando tetum gubernaculis admoveantur eruditii, munus suum incommodo

modi sufficiunt; Verum ea promotio contingit paucis. De *prudentia autem negotiorum*, [qua de nunc loquar] in qua vita humana plenum versatur, nulli omnino libri conscripsi habentur; præter paucam quedam *menira exilia* in falciculum unum aut alterum collecta, quæ ampliatio[n]e huius subiecti nullo modo respondent. Etenim si libri aliqui extarent de hoc argumento, sicut de ceteris, minime dubitaverim, quin iri eruditus, aliquis experientie manipulo instruxit, ineruditus, licet diutina experientia eductus, longe superaret, & proprio illorum (quod dicitur) *arsu usi*, magis è longinquo ferirent.

Neque vero est cur vereamur, ne *scientia* hujus tam varia sit materia, ut sub preceptionibus non cadat: Multo siquidem angustior est, quam illa *Reip. administrando scientia*; quam tamen apprime videmus excultam. Hujus generis *prudentia*, apud Romanos, optimis temporibus, existit videant nonnulli profectiores. Testatur enim Cicero, moris suisse, paulo ante sua secula, ut Senatores, prudentia, & rerum usi maxime celebres, (*Cornueani, Corii, Lebii*, & alii,) statim horis in foro deambularent, ubi civibus copiam sui facerent, & conseruerent, non de jure, sed de negotiis omnigenis: Veluti de filia elocanda, fave de filio educando, fave de prædio coenando, de contractu, ac cœfatione, defensione, aut aliqua quacunque re, quæ in vita communis interveniat. Ex quo liquet, prudentiam quandam esse *consilium* dan-

di, etiam in negotiis privatis, ex universaliter ratione civilium cognitione & experientia promanante, que exercetur quidem in casibus particularibus, extrahatur autem ex generali causam confundendum observatione. Sic enim videmus, in eo libro, quem ad fratrem confitit *Q. Cicerus, de petitione consulatus*, (quem unquam a veteribus habemus, quantum memini, tractatum, de negotiis aliquo partendari) quasquam ad consilium dandum, de rerum prædictis, potissimum spectaret, plurima tamen contineat axiomatica politica, quæ non usum solum temporarium, sed normam quandam perpetuam, circa electiones populares præscribant. In hoc genere autem nihil inventur, quod illo modo comparandum sit eum *aphorismi* illis, quos edidit Rex Salomon: De quo testatur Scriptura, *Cor illi suffit nisi ar arena maris*: Sicut enim arena maris universis orbis oras circumdat, ita & *Sagientia* ejus omnia humana, non minus quam divina, complexa est. In *aphorismi* vero illis, præter alia magis *Ti cologica*, repertus liquido hand pauca precepta & monstra civilia præstantissima, ex profundi quidem sapientia generalibus faciliuntur, atq[ue] in amplissimum varietatis campum excurrentia. Quoniam vero doctrinam de occasionibus *parabolas* (que *doctrina de negotiis* postio est prior) inter desiderata reponimus, ex more nostro paulisper in illa immorabitur: Atque exemplum ejusdem, ex *aphorismi* sive *parabolis* illis Salomonis desumptum, proponemus. Neque vero quis,

ut



ut arbitramur, nos merito fuggillare posset, quod ex Scriptoribus Sacre Scripture aliquem ad sensum politicum trahamus: Equidem ex illo, si extarent commentarii illi Solomonis e-jusdem, de natura rerum [in quibus de omni vegetabilibus, à museo super iurum ad codicem libani, itemque de animalibus, conscripsit] non illudem esse, eos secundum sensum naturalem interpretari: Quod idem nobis licet in Politicis.

## EXEMPLUM PORTIONIS

*Doctrina de occasionibus farris, ex parabolis aliquibus Salomonis.*

Parabola.

1. *Mollis Responsio frangit iram.*

Explicatio.

Sicut incendatur *ira* Principis vel Superioris aduersus te, & tu jam sint loquendi partes, dico praecepit Salomon: Alterum, ut *fiat responsio*; Alterum, ut *cadem sit mollis*. Priors continet tria praecepta. Primo, ut *cavens à silentio trifigetur et contumaci*: Illud enim, aut culpam totam in te recipit, ac si nihil habetas, quod respondeat posse; aut Dominum occulite iniuriantis insimulat, ac si aures ejus, defensioni, licet juxta, non patenter. Secundo, ut *cavens à re comprenderenda*, neque tempus aliud ad defensionem postules: Hoc enim, aut eandem notam inuit, quam prius, nimis Dominum tuum nimis mentis perturbatione efferti; aut plane significat, te artificiosem quandam defen-

sionem meditari, cum in promptu nihil habeas: Adeo ut optimum semper fuerit, aliquid in praesencia, & è re nata, in excusatione, tui adducere. Tertio, ut *fiat propositus responsio*: *Responsio*, inquam, non meta confessio, aut meta *submissio*, sed aliquid apologetice & excusationis infingatur: Neque enim aliter tam est facete, nisi spud ingenia valde generosa & magnanima; quae rara admodum sunt. Sequitur posteriori loco, ut *Responsio sit mollis*, minime perfecta, aut aspera.

Parabola.

2. *Seruus prudens dominabitur in filium, sicut filius in patrem*; Et partietur hereditatem inter fratres.

Explicatio.

In omni familia, turbata & discordi, semper exurgit aliquis *seruus*, aut *humilis amicus*, propensus, qui pro arbitrio se gerat, ad lites familie componeandas, cuique, eo nomine, & familia tota, & dominus ipse, sunt obnoxii. Ille, si suam rem agat, familiæ mala fover, & aggrevat: si fidelis revera fuerit & integer, plutimum certe meretur: Adeo ut etiam tanquam inter fratres habeti debeat, aut faleme prosecutionem hereditatis accipere fiduciariam.

Parabola.

3. *Vir Sapienti, si cum stolto contendaverit, si ve ira facietur, si ve rideat, non invenerit requiem.*

Explicatio.

Monemur sapienti, ut congruum imparem fugiamus, eo sensu, Ne cum potioribus decretemus. At haud minus utile est monitum, quod hic



hic exhibet Salomon, *Ne enim indignus contendamus.* Inqua enim proflus forte hac res transfigitur. Si quidem, si superiores sumus, nulla sequitur victoria: si superemur, magna indignitas. Neque juvat etiam, in hujusmodi concensione exercenda, si interdum veluti per jecum agamus, interdum cum falso & contemptu. Nam quicunque nos veritatem, leviores inde efficiemur, nequa comode nos explicabimus. Peccime autem sit, si hujusmodi persona, qui cum contendimus, (ut Salomon loquuntur,) aliquid affine habeat cum stolto, hoc est, si sit audacius, & temerarius.

Parabola.

4. Sed & cuncti sermonibus, qui dicuntur, ne accedamus aurem tuam, ne forte audiatis sermonem tuum maledicentem tibi.

Explicatio.

Vix credi posse, vitam quantum pertubet iniustitia corrupta, circa illas res, que nostra interest: Numquam, quando fecerat illa timati fatigamus, quae detecta & inventa, aegritudinem quidem animo inferant, ad consilia autem expedienda natali juvent. Primo enim sequitur anima vexatio & angustia, cum humana omnia perfidiae & ingratitudinis plena sint. Adeo ut, si comparare posset speculum aliquod magicum, in quo odia, & quicunque contra nos ullihi commoventur, inueni possemus, melius nobis fore, si proutus projectetur & collideretur. Hujusmodi enim res, veluti foliorum mormora sunt, & brevi evanescunt. Secundo

curia-

curiositas illa animum suspicitionibus minit ocerat, quod consilia intuicissimum est, eaque reddit inconstititia, & complicata. Tertio eadem, mala ipsa saepissime figura, alias prætervalatura: Grave enim est conscientias hominum iritate, qui, si latere se potenter, facile mutantur in melius, si deprehensos se sentiant, malum male pluerint. Merito igitur summae prudentie tribuebant Pompejo Magno, quod Scitiori chatas universas, nec à le perfectas, nec aliis permissas, igni protinus dedidit.

Parabola.

5. Advenit veluti viator pauperes, & ego-  
stis quajū vir armatus.

Explicatio.

Eleganter deservatur in parabola, quomo-  
do prodigi, & circa tem familiarem incuriosis,  
supervenienti naufragia fortunarum. A princi-  
pio enim pedetentim, & passibus lenti, instar  
viatoris, advenit obato, & sortis diminutio,  
neque ferre sentitur: At non malo post invadit  
egei ac tanquam vir armatus, marti feliciter tam  
forti, & potente, ut ei amplius resili non possit:  
cum apud Antiquos recte dictum sit, necessita-  
tem ex omnibus rebus esse fortissimam. Itaque  
viatori occurrentum, cosura armatum mu-  
nendum.

Parabola.

6. Qui erudit derisorum, ipse sibi injuriam  
facit: & qui arguit impium, sibi maculam gene-  
rat.

Y

Expli-



## Explicatio.

Conguit eum praeceptus Salvatoris. *Et non mittamus margaritas nostras ante porcos.* Difflinguntur autem in hac parabola actiones praeceptionis, & reprehensionis; Distinguuntur itidem personae dersoris, & impis; Distinguuntur postremo id quod rependitur. In priore enim rependitur opera lata; in posteriori, etiam & magna. Cum enim quis erudit & instruit dersorem, factura primum sit temporis; Deinde & alii exstutum irrident, tanquam rem vanam, & operantur male collocatum; Postremo dersor ipsi sicutianam, quam didicit, fatidio habet. At maijore cum periculo transigit res in reprehensione impis; qui non solum impis non aufert; sed & cornua obvertit, & reprehensionem, odiosum sibi jam factum, aut confititum convitis proficiat, aut latenter postea apud alios criminaatur.

## Parabola.

7. *Filius sapiens levificat patrem: Filius vero stultus macilenta est matris sua.*

## Explicatio.

Distinguuntur folia arque segregundines economicæ, patris videlicet & matris, circa liberos suos. Etenim filius prudens & frugi, præcipuo folio est patri, qui virtutis precium melius novit, quam mater; ac propriezia filii sui indoli, ad virtutem propensior, magis gratulatur. Quin etiam gaudium illi fortasse afferit instrutum suum, quod filium tam probe educavit, illaque honestatem motum, præceptis & exemplo, impetrat.

imprexerit. Et contra mater calamitati filii plorat compatisatur & indoleat, tum ob affectum maternum magis mollem, & tenerum; tum fortasse indulgentia sue conscientia, qua eum corrupserit, & depravaverit.

## Parabola.

8. *Memoria iussi cum laudibus; at nomen impiorum patreget.*

## Explicatio.

Distinguuntur inter famam virorum bonorum, & malorum, qualis esse soleat post obitum. Viri enim boni, extincta invidia, (quæ famam eorum, dum vixerant, carpelbat) nomen continuo efflorecit, & laudes magis indec invalecent: At viri malis (sicut fama eorum, per gratiam amicorum & factiones suis hominum, ad breve tempus manefit) paulo post fatidium nomen obsolet, & postremo laudes illic evanide in infamiam, & veluti in odorem gravem & tetrum, definiuntur.

## Parabola.

9. *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos.*

## Explicatio.

Utile admodum monitum, de discordia & turba domesticis Plutoni enarrat, ex discordiis uxorum, aut ex hæredationibus filiorum, aut mutationibus frequentibus familiæ, magna sibi sponte, ac si inde, vel animi tranquillitas, vel rerum suarum administratione felicior, sibi obvenientia foret. Sed plerisque abeunt spes suæ in ventos. Etenim, tum mutationes illic, ut plu-



rum, non cedunt in melius; tum etiam, perturbatores illi familiæ sive molestias variæ, & ingratisudinem eorum, quos, alii præteritis, adoptant, & diligunt, lape numero exp̄rimentantur. Quin & hoc pacto rumores sibi profigunt non optimas, & famas ambiguas: Neque enim male à Cicerte notatum est, *Omnem famam à domesticâ manare*. Utrumque autem malum per ventorum pugnaciam eleganter à Salomone exprimitur: Nam & expeditatione frustatio, & rumorum suscitatio, ventis recte comparantur.

Parabola.

10. *Melior est finis orationis, quam principium.*

Explicatio.

Cotigit parabola etiorem frequentissimum, non solum apud eos, qui verbis præcipue fluent, verum etiam apud prudentiores. Id est, quod homines de sermoni suorum adiutu atque ingressu magis sive solliciti, quam de exitu, & accurat ut exordia & prefaciunculas meditentur, quam extrema orationis. Debetuerant autem nec illa negligere, & ita, ut longe potiora, præparata & dæcta apud se habere, revolventes fecum, & quantum fieri posset, animo proficiens, quis tandem exitus sermonis sit futurus, & quomodo negotia inde præmoveret & maturari possint. Neque hic haec. Quiniam non aplosgos tantum, & sermonum, quis ad ipsa negotia spectant egressus, meditari oportet; verum etiam & illorum sermonum cura facili-

fusciplenda, quos sub ipsius discessum commode & urbane injicere possunt, licet à negotio prorsus alienos. Evidenter novi Confucianos duos, viros certe magnos, & prudentes, & quibus omnis rerum tunc præcipue incumbebat, quibus illud fuit perpetuum, & proprium, ut quotiescum Principibus suis de negotiis ipsorum communicaerent, colloquuntur in rebus ad ipsa negotia spectantibus nonquam terminarentur; verum semper, aut ad jocum, aut aliud aliquid quod audire erat volupe, diverticula quererentur, atque ut adiutorio dicuntur, sermones marinos aqua fluctuantib; sub extremum abluerent. Neque hoc ille inter artes postremum erat.

Parabola.

11. *Sicut musæ mortis factore faciunt unguentum optimum; sic hominem pretiosum sapientia & gloria, pars viae felicitatis.*

Explicatio.

Iniqua admodum & misera est conditio hominum virtute præcellentium, (ut optime notat parabola) quia erroribus eorum, quantumvis levissimis, nullo modo ignoratur. Verum, quemadmodum in genibus, valde nitida, minima quodque granulum, aut nubecula, oculos ferit, & molestia quadam afficit: quod tamen si in genibus vitiose repertum foret, vix notam sibiaret: Similiter in viris singulari virtute præditis, minima quaque vita statim in oculis & sermones hominum incurrit, & censura perstringuntur graviore: quia in hominibus medicis aut omnino latentes, aut venient



490 facile reperirent. Itaque viro valde prudenti parva stultitia; valde probo parvum peccatum; urbano & moribus elegantia paululum indecora, de fama & exultatione multum detrahit. Adeo ut non pessimum foret *vixi egregius*, si nonnulla *absurdia* (quod circa vitium fieri possit) actionibus suis immiscerentur; ut libertatem quandam sibi retineant, & parvorum delictuum notas confundant.

Parabola.

11. *Homines derisores civitatem perdunt, sapientes vero avertunt calamitatem.*

Explicatio.

Mirum videti possit, quod in descriptione hominum, qui ad Respubl. labefactandas & perdendas veluti natura comparati & facti sunt, delegerit Salomon Characterem. Non hominis superbi & insolentia. Non tyrannici & crudelis; Non temerari & violenti. Non impii & frelaturi. Non injusti & oppressori. Non seditionis & turbuleti; Non libidinosi & voluptuarii. Non denique insipientes & inhabiles: Sed *derisorum*. Verum hoc sapientia ejus Regis, qui Re-tumpli. conservationes & eversiones optimae nostrarum dignissimum est. Neque enim similis fere est pessis Regnis & Rebus publ. quam si Consiliarii Regum, aut Senatores, quique gubernaculis rerum admoneantur, sint ingenio *derisorum*. Hujusmodi enim homines, periculorum magnitudinem, ut fontes videantur Senatores, semper extenuant; siisque, qui pericula, propter eis, ponderant, veluti timidis insultant:

Con-

Consultandi & deliberandi marutas moras, & meditatas disceptationes, veluti rem orationis, & ratiōnē plenam, & ad summas rerum nihil facientes, subsannant: Famam ad quam Principum Consilia praecipue sunt compendia, ut *salivum vulgi*, & rem cito prætervolutam, contemnunt: Legum vim & auctoritatem, ut recte in quendam, quibus res maiores minime cohiberi debeant, nill morauerit. Consilia & precautions, in longum proficientes, ut somnia quaedam, & apprehensiones melancholicas, rejiciunt: Vitis revera prudentibus, & rerum peritis, atque magni animi, & consilii, dexterias & facetus illudunt: Denique fundamenta omnia regiminiis politici simil labefactant. Quod magis attendendum est, quia cuniculus, & non impetu aperto, hæc res agitur: Neque excepta inter homines (prout metetur) iūs- pecta.

Parabola.

13. *Princeps, qui liberenter praber aures verbi mendaci, omnes servos habet improbes.*

Explicatio.

Cum Princeps talis fuerit, ut susurratoribus, & sycophantibus, absque judicio faciles & credulas aures præbeat; spirat omnino, tanquam à parte Regis, una pessilens, que omnes *servos* ejus corrumpt, & inficit. Alii metus Princeps timuerunt, eosque narrationibus fictitiis exaggerant: Alii invidiz furios concitant, præteritum in optimos quoque: Alii criminationibus aliorum, proprias fortides, & conscientias malas elidunt: Alii amicorum suorum honoribus &

X. 4. deli-

desideriis velificant, competitores eorum calumniando, & mortendo: Alii fabularum argumenta, contra inimicos suos, tanquam in scena, componunt: & inanima hujusmodi. Atque hinc illi, qui ex servis Principis ingenio sunt magis improbo. At illi etiam, qui Natura probiores sunt, & melius morati, postquam in innocentia sua parum præstutis esse sentierint, {quoniam Princeps vera à falsis distinguiere non novit} morum suorum probitatem exuvant, & ventos aulicos captant, ilisque servilem immodum circumferuntur. *Nobis enim* {ut ait Tacitus de Claudio} *tutum est apud Princeps, cujus animo omnis fons tanquam induta & juxta.* Atque bene Comineus: *Praefat, servum esse Princeps, cuius suſpicio[n]em non est satis, quare eius, cuius crudelitas non est modus.*

Parabola.

14. *Ingenus misericordie animo iuuenti sui; sed misericordia impiorum crudelis.*

Explicatio.

Inditus est, ab ipsa Natura, homini, *misericordia* affectus nobilis, & excellens; qui etiam ad *animalia bruta* extenditur; que, ex ordinatione divina, ejus impetio subiunguntur. Itaque habet ista *misericordia* analogiam quandam cum illa Principis erga subditos. Quinetiam illud certissimum est, quod quo dignior est anima, eo plenius compatiatur. Etenim anima angustia, & degeneres, hujusmodi res ad se nihil pertinere putant: At illa, que nobilior est portio universi, ex communione affectus.

Quare

Quare videamus, sub veteri lege haud panca facile precepta, non tam mere *ceremonialia*, quam *misericordia instituta*: *Quale fuit illud, de non comedendo carnem cum sanguine eius, & similia.* Etiam in *scitis Euseborum, & Pythagorizorum*, ab eis animalium omnino abstinebant. *Quod etiam hodie obtinet (superstitio[n]e inviolata)* apud incolas nonnatos Imperii Mogollensis. Quin & Turcic (Gens licet, & ferape & disciplina, crudelis, & sanguinaria) Brutis tamen eleemosynas largiri solent; neque animantium vexationes & torturas fieri sustinent. Verum, ne forte huc que diximus, omnis generis *misericordia* patrocinari videantur, salubriter subiungit Salomon, *impiorum misericordias esse crudelias.* Ex sunt, quando hominibus feceratis & facinoribus patet, justitiae gladio fieriendis: *Cruelior enim hujusmodi misericordia, quam crudelitas ipsa.* Nam crudelitas exercetur in singulis: at misericordia illa, universaliter facinorolorum exercitum, concecta impunitate, in homines innocentes amat, & immittit.

Parabola.

15. *Totum spiritum suum profert filius; at sapientia reservat aliquid in posterum.*

Explicatio.

Cotrigit parabola p[ro]pterea (ut videtur) non hominum vanorum facilitatem, qui dicendi, tacendi, facile professunt: non Parthesiam illam, qua absque discrimine & judicio in omnes & communia involant; non garrulitatem, qua ad nau-

Y 5 feam



seam usque alias obstrepunt: sed vitium aliud magis occultum, necpe sermonis regimen minime omnium prudens & politicum; hoc est, cum quis ita sermonem (in colloquis privatis) instituit, ut, quaecunque in animo habet, quæ ad rem pertinere puer, simul, & tanquam uno spiritu, & oratione continuata, proferat. Hoc enim plurimum negotii officit. Siquidem primo, orato intercessu, & per partes insula, longe magis penetrat, quam continuata; quosiam in continuata pondas rerum non distincte & singulariter excepitur, nec per motum innubillam infidet, sed ratio rationem, antequam penitus infederit, expellit. Secundo, nemo tam potenti & felici eloquentia vales, ut primo sermonis impetu cum, quem alloquitur, *mutum & dumquem plane reddat*: quin & alter aliquid vicefissum respondebit, & fortasse objiciet. Tum vero accedit, ut quæ in refutationem aut replicationem referenda fuerint, premilla jam, & antea delibata, vires suas & gratiam amiserint. Tertio, si quis ea, qua dicenda sunt, non simul effundat, sed per partes eloquatur, aliud primo, aliud subinde injiciens, sentiet ex ejus, quem alloquitur, vulnu, & responso, quomodo singula illum afficerint, quam in partem accepta fuerint; ut, quæ adhuc restant dicenda, cautius aut suppliciat, aut exciperet.

Parabola.

16. Si Spiritus potestatem habentis adscendere super te, locum tuum ne dimiseris, quia evasio facies cœsare magna peccata.

Exglo-

Explicatio.

Præcipit parabolæ, quomodo se quis gerere debeat, cum iram atque indignationem principis incurrit. Præceptum duplex: Primo, ne non dimittas locum tuum: Secundo, ut curatio, tanquam in morbo aliquo gravi, diligenter & caute attendat. Confuevunt enim homines, postquam commotos contra se Principes suos ferent, partim ex dedecoris impatiens, partim ne vulnus obliterando reficiens, partim ut triflatiam & humilitatem eorum Principes fieri perspiciant, se à munieribus & functionibus suis subducere, quin etiam interdum ipsos Magistratus, & Dignitates quas gerant, in Principum manus restituere. At Salomon, hanc medendi viam, veluti noxiā, improbat; id que summa profecto ratione. Primo enim, deinde ipsum nimirū illa publicat; unde tum iniici, atque invidi, audaciores sunt ad ieiendum; tum amici cimidores ad subveniendum. Secundo, hoc pacto fit, ut Principis ira, que fortasse, si non evulgaretur, sponte concideret, magis figuratur, & veluti principio jam facto hominis deturbandi, in præcipitum illius feratur. Postremo, *Secessus ille, aliquid sapit ex malevolo*, & temporibus inferno; Id quod malum indignationis, malo suspitionis emularat. Ad curationem autem pertinent ita. Primo, cauteat ante omnia, ne *singulitatem* quadam, aut etiam animi elatione, indignationem Principis minime sentire, aut inde, prout debeat, affici, videatur: Hoc est, ut & vultum, non ad tri-



stutiam contumacem, sed ad incertitudinem gravem atque modeltam componat: & in rebus quibusunque agendis se minus solito hilarem & laxedum ostendat: Quin & in rem suam erit, amici alicuius opera, & sermones, apud Principem uti, qui, quanto doloris sensu in intimis exercuetur, tempestive induxit. Secundo, occasiones omnes, vel minimas, sedulo exerceat, per quas aut res ipsa, quae indignationi causam praebevit, refriceretur, aut Princeps denso exacerbandeci, & ipsum, quacunque de causa, eorum aliis objurgandi, ansam atripiatur. Tertio, perquirat etiam diligenter occasiones omnes, in quibus opera ejus Principi grata esse possit; ut & voluntatem propterea redimendi culpam praeteritam ostendat; & Princeps suis sentiat, quali tandem servo, si eum dimitiat, privati se contigerit. Quarto, Culpam ipsam, aut sagaciter in alias transforat; aut animo illum non malo commissam esse insinuat; aut etiam malitiam illorum, qui ipsum Regi detinuerunt, vel rem supra modum aggravavunt, indicet. Denique in oonubis evigilet, & curatio sine intentus.

## Parabola.

17. *Primus in causa sua iustus: tum venit altera pars, & inquietur in eum.*

## Explicatio.

*Prima in unaquaque causa informatio*, si paulisper animo iudicis infedelit, alias radices agit, cumque imbuit, & occupat; adeo ut integrum ei poscit, nisi aut manifesta aliqua falsitas

in ma-

in materia informationis, aut artificium aliquod in eadem exhibenda deprehendatur. Exenam nuda & simplex defensio, licet iusta sit & præponderans, vix prejudicium informationis primæ compensare, aut libtam iustitiae semel propendente ad æquilibrium reducere, per se valet. Itaque & judicii tutissimum, ut nihil, quod ad merita cause spectat, prælibetur, priuatum utraque pars simul audiantur; & defensori optimam, si judicem senserit præoccupatum, in hoc potissimum (quantum dat causa) incumbere, ut veritatem aliquam, & colum malum, ab aduersa parte, in judicis abusum adhucbitum, detegat.

## Parabola.

18. *Qui delicate a pueritia nutrit seruum, postea sentiet eum contumaceum.*

## Explicatio.

Servandus est, Principibus & Dominis, ex consilio Salomonis, in gratia & favore suo erga seruos, modus. Is triplex est. Primo, ut promovantur per gradus, non per saltus: Secundo, ut interdum astringant repulse: Tertio, (quod bene praecepit Macchiavellus) ut habeant præ oculis suis semper aliquid, quo ultius aspirare possint. Nisi enim haec fiant, reportabunt præculdubio Principes in fine à servis suis, loco animi grati, & officiosi, fastidium & consummacionem. Ee enim, ex promotione subita, oritur insolentia; ex perpetua desideratorum adoptione impunitia repulsa; Denique si vota defint, derit iudicem alacritas & industritia.

Par-



Parabola.

19. *Vidisti virum velocem in opere suo; et coram Regibus stebit, nec erit inter ignobiles.*

Explicatio.

Inter virtutes, quas Reges, in delectu servorum, potissimum spectant & requirunt, gratissima est prae cunctis *celeritas*, & in negotiis expeditius frenum. Viti profunda prudens Regi non supebit, utpote qui nimis sunt in specatores, & dominos suos, infios & invitatos, ingenii sui viribus [tanquam machina] circumgare possint. Populates, invisi, utpote qui Regum Luminibus officiant, & ocios populi in le convertunt. Animosi, pro turbulentis sepe habentur, & ultra, quam pat est, ausuris. Probi, & vita integra, tanquam difficiles existimantur, nec ad omnes nutus heriles apti. Denique non est virtus alia, qua non habeat aliquam quasi umbram, qua Regum animi offendatur; Sola *celeritas* ad mandata, nihil habet, quod non placat. Insuper, motus animotum regiorum celeres sum, & morae minus patientes. Punt enim, si quidvis efficiere posse; Illud tantum desiderio, ut cito fiat. Itaque antea omnia illa grata est *celeritas*.

Parabola.

20. *Vidi cunulos viventes, qui ambulant sub sole, cum adolescenti secundo, qui consurgit pro eo.*

Explicatio.

Notat parabola vanitatem hominum, qui se agglomerante solent ad successores designatos principum. Radix autem hujus rei est iniuria

nisi illa, hominem anianis penitus à natura insita; nimis ut spes suas nimium adament. Vix enim reperitur, qui non delectetur magis iis, quæ ferat, quam iis, quæ fratur. Quinetiam *novitas* humanae nature grata est, & avide experitur. In *succeſſore* autem *Principis* ista duo concidunt; *Spes & Novitas*. Inuit autem *parabola* idem, quod oīan dictum erat; primo à Pompejo ad Syllam; postea à Tiberio de Macrone; plures adorare *solēm orientām*, quam occidentem. Neque tamen imperantes multum hac re commoventur, aut eam magni faciunt, sicut nec Sylla, nec Tiberius fecit, sed rident potius hominum levitatem, nec pugnant cum somniis; Est autem (ut ajebat ille) *ff̄es vigilantis insonniū*.

Parabola.

21. *Erat Cīvitas parva, & pauca in ea viri. Venit contra eam Rex magnus, & vadavit eam, infraeiusque munitiones per gyrum, & perfecta est obſilius: inventusque est in eā vir paup̄ & sapiens, & liberavit eam per sapientiam suam; & nullus deinceps recordatus est homini illius pauperis.*

Explicatio.

Describit parabola ingenium hominum prauum & malevolum. In rebus duris, & angustis, confugunt fere ad vitos prudentes, & strenuos, licet ante contempni habitos. Quamprimum autem tempestas transierit, ingratitudinem erga conservatores suos repetiuntur. Macciellus vero, non sine causa, instituit queſtio-



questionem, *per ingratiorum est erga benemeritos, Princeps, aut populus?* Sed interim utrumque ingratitudinis arguit. Attamea hoc non solum ex *ingratitudine Princeps aut populi* oritur, sed accedit plerunque his *invidia procerorum*, qui secto indolent eveniunt, lices felici & prospero, qui ab ipsius profectus non sit. Itaque & meritum hominis extenuant, & ipsum deprimunt.

Parabola.

21. *Iter pigrorum, quo se feruntur spinarum.*

Explicatio.

Elegansissime ostendit *parabola*, *pigrorum* in fine *laboriosam* esse. Diligentia enim, & sedula preparatio, id pietate, ut pes in aliquid offendiculum non impingat, sed ut complanetur via, antequam ineatur. At qui piger est, & omnia in extremum momentum executionis differt, neesse est, ut perpetuo, & siangulis passibus, quasi per tubos & scentes incedat, qui eum subinde detineant, & impedianter. Idem observari possit etiam in familia regenda, in qua, si adhibeatur *cura & providentia*, omnia placide & veluti sponte procedunt, absque strepitu & tumultu: Sia hoc dñe, ubi major aliquis motus interveniret, omnia simul agenda tumultum occurruunt; tumultuantur servi, ædes personant.

Parabola.

22. *Qui cognoscet in iudicio faciem, non bene facit;* *Iste & pro buccella pauci deseret veritatem.*

Explicatio.

Prudentissime nota *parabola*, in *judice magistrorum*.

permiciosem esse *facilitatem morum*, quam *corruptionem numerum*. Munera enim hanc quamquam ab omniis deferuntur: at vix illa est causa, in qua non inventari aliquid, quod flectat judicis animum, si *personas reficiat*. Alius enim respicitur, ut populatus; Alius, ut maledicus; Alius, ut dives; Alius, ut gratus; Alius, ut ab amico commendatus. Denique omnia piena sunt iniquitatis ubi dominatur *respectus personarum*, & levi omnino de causa, veluti pro buccella pauci, *judicium* pervertetur.

Parabola.

24. *Vix panzer calunianis pauperes, similes esti inibz vobementa, in quo paratur famae.*

Explicatio.

*Parabola ista* antiquitus expressa & depicta fuit sub fabula *Hirundinis*, utrinque nimis, plene, & vacue. *Panzer* enim & *fameli* *oppresso* loage gravior est, quam *oppresso* per *divitem & repletum*; quippe que omnes exactiorum tecnam, & omnes nummorum angulos, percurrit. Solebat hoc ipsum etiam *spongis* assimilari, quae arida fortius lugunt; madidæ, non item. Monitum autem utile continet; tuia erga Principes, ne prefecturas provinciarum, aut Magistratus, viris indigentibus, & obstatis, comittiant; tam erga populos, ne Reges suos cum nimis exestate conficiantur permittant.

Parabola.

25. *Fons turbatus pede, & venâ corrupta, ejus justius cadens coram impiis.*

Expli-



## Explicatio.

Præcipit *parabola*, rebus publicis ante omnia  
cavendum esse de *iniquo* & *infami iudicio*, in  
*cœnsa aliqua celebri* & *gravi*, præfertim ubi  
non absolvitur *innoxius*, sed condemnatur in-  
fons. Etenim *injuria* inter privatos *gratianas*,  
turbant quidem & polluant *latices justitia*, sed  
tanquam in *rivali*. Verum *judicia iniqua*,  
qualia diximus, à quibus exempla petuntur,  
*fons ipsos justitia* inficiunt, & inquinant. Pos-  
sumus enim *tribunal* cœlestis in *partes iniqui-  
tatis*, status rerum vertitur tanquam in *latoc-  
nium publicum*: Fingue plane, ut *homo leoni-  
ni sit lupus*.

## Parabola.

26. *Noli esse amicus homini iracundo, ne am-  
bulato cum homine furio*.

## Explicatio.

Quanto religiosius amicitia *jura* inter ho-  
mos levanda & colenda sunt, tanto magis ca-  
vendum est, iam usque à *principio*, de *prudente  
amicorum delectu*. Atque amicorum natura &  
mores, quantum ad nos ipsos spectant, omni-  
no ferendi sunt. Cum vero necessitatem nobis  
imponunt, qualis erga alios personam indu-  
minus, & geramus, dura admodum, & iniqua  
amicitia conditio est. Itaque inter se impunit,  
ut præcipit Salomon, ad *vite pacem*, & *prædi-  
cia*, ne res nostra cum *hominibus iracundis*, &  
qui facile lites iugis provocant, aut suscipiunt,  
comimenteamus. Illud enim genus amicorum  
perpetuo nos contentionibus & factionibus  
impedi-

*implicabit*: ut aut amicitiam abtrumpere, aut in-  
coluntat proprie decesse, cogamur.

## Parabola.

27. *Qui celat delictum, quarit amicitiam:  
sed qui altero sermone repetit, separat fiederatos*.

## Explicatio.

Duplex, concordiam tractandi, & animos  
reconciliandi, via. Altera, quæ incipit ab *a-  
mmelita*; Altera, quæ à *repetitione injuriarum*,  
subiungendo *apologias*, & *excusationes*. Equi-  
dem memini *sententiam* viri admodum pru-  
denter & politici, *Qui pacem traxit, non repe-  
titio conditionibus diffidit, si magis animas dulce-  
dine concordia fallit, quam aquitate componit*.  
Verum Salomon, illo scilicet prudentior, in  
contraria opinione est; & *ammeliam probat*,  
*repetitionem* prohibet. Etenim in *repetitione*  
haec insunt mala; tunc quod en si veluti *unguis  
in ulce*; tunc quod periculum *impendeat à no-  
va altercatione*, ( *Inquidem de injuriarum ra-  
tionibus inter partes nonquam convenienter*) tunc  
deinde quod *deducat rem ad apologias*; At u-  
trique pars analitici potius offendit remi-  
stisse, quam admississe excusationem.

## Parabola.

28. *In omni opere bono erit abundantia; ubi  
autem verba sunt plurima, ibi frequenter e-  
gellan*.

## Explicatio.

Separat Salomon hac *parabola* fructum *la-  
boris lingua*, & *laboris manuum*; quasi ex alte-  
to provealat *egeillas*, ex altero *abundantia*. Ex-  
ealat



enim sit fere perpetuo, ut, qui multa efficiunt, jactant multa, multa promittunt, egeni sunt, nec emolumentum capiant ex illis rebus de quibus loquuntur. Qui niam, ut plurimum, industria minime sunt, aut impigri ad opera; sed tammodo sermonibus se, tanquam vento, pascunt & satiant. Sane, ut poëta loqueritur,  
*Qui filiet, est firmus.* Is qui conscientia est se in opere proficeret, sibi plaudet, & tacet: *Qui vero* & contra conscientia est alias se manes capeat, multa & mira apud alios praedicat.

Parabola.

29. *Melior est correptione manifesta, quam amor occultus.*

Explicatio.

Reprehendit parabola mollitatem amicorum, qui amicitie privilegio non utuntur in admonendo liberis & audacter amicos, tam de erroribus, quam de periculis suis. *Quid enim faciam (folet hujusmodi mollis amico dicere) aut quo me vertam?* Amo illum quantum quid, maxime; meque, si quid illi aduersi contigerit, ipsius loco libenter suspiruerim: Sed novi ingenium eius; si libere cum eo ero, animum illum offendam; saltem contrirubabo: Neque tamen prefciam: *Aique etius enim ab amicitia mea alienabo, quam ab iis, que in animo fixa habet, abundam.* Huiusmodi amicum, tanquam enervem, & inutiliem, redarguit Salomon; atque plus utilitas ab inimico manifesta, quam ab eius generis amico, sumi posse pronunciat. Si quidem ea fortasse audire ei contigerit ab intimo

rufo

mico per contumeliam, que amicu[m] missat proxima indulgentia.

Parabola.

30. *Prudens adverterit ad gressus suos; Stultus diversit ad dolos.*

Explicatio.

Duae sunt prudentia species. Altera vera & bona: Altera degener & falsa, quam Salomon *stultus* nomine appellare non dubitat. *Qui priori se dederit, vias & vestigia propriis caverit, periculis propiciens, meditans remedia: pro bonum opera utens, contra improbos se ipsum munens, cautos inceptu, recepiu non imparatus;* in occasiones attentus, contra impedimenta strenuus: cum innumeris aliis, quae ad sui ipsius actiones & gressus regendas spectant. At altera species, tota est consuta ex fallaciis & astutis, ipseque ponit omnino in aliis circumveniendis, si deinceps ad librum effingen-  
das. Hanc merito *te[st]erit parabola*, non tan-  
tam ut improbam, sed etiam ut *stultam*. Primo  
enim, minime est ex illis rebus, que in nostra  
sunt potest, nec etiam aliqua *constans* regula  
natur: Sed nova quotidie communiscenda  
sunt stratagemata, prioribus fatigentibus, &  
obfletis. Secundo, qui vixi & subdoli homines  
famam & opinionem semel incurrit, præ-  
cipuo le ad res gerendas *infringendo* protinus  
privavit, hoc est, *fide*: Itaque omnia parum vo-  
ris suis confidentia expetetur. Postremo, ar-  
tificia, utcumque pulchra videantur, & com-  
placentur; attamen sepius frustrantur, quod  
bene



bene notavit Tacitus: *Confusa callida & audacia, exspectatione late, traditum dura, evenitu tristia.*

## Parabola.

31. *Noli eſſa iuſtus nimium, nec ſapienſior, quam oportet: eur abripiare ſubito?*

## Explicatio.

*Sunt tempora* (ut inquit Tacitus) *in quibus magnis virtutibus certissimum eſt excitum.* Atque hoc vix virtute & iuſtitia egregijs, aliquando ſubito, aliquando diu ante piaſūlum, contingit. Quod ſi adiungatur etiam prudētia, hoc eſt, ut cauti ſint, & ad propria incolumentatem evigilent, tum hoc laetantur, ut ruina eorum ſubito obveniat, ex occultis omnino & obſcuris confiſiis, quibus & evitetur invidia, & pernicias ipſos impatentes adoriantur. Quod vero ad illud *Nimium*, quid in *Parabola* ponitur, (quandoquidem non Periandri aliquid, ſed Salomonis verba ſunt iſiā) *Qui mala in hominum vita ſiepius norat, nonquam preecipit* intellegendum eſt, non de virtute ipſa, (in qua *Nimium* non eſt,) ſed de vana ejus atque invidiaria affectione, & ostentatione. Simile quidam innuit Tacitus de Lepido, *Miraculi loco poſens, quod nonquā ſervili aliquid ſentientie auctor fuſſet, & tamen tam ſevis temporibus in columnis maniſſet: Subit* (inquit) *co-igitatio, utrum lacrato regantur, an etiam ſit in noſtra poſſate, curſum quendam teneri inter deformes obſequium, & abruptam contumaciam, medium, periclo ſumul & indignitate vacuum.*

Pata-

## Parabola.

32. *Da ſapienti ſecafionem, & addetur ei ſapientia.*

## Explicatio.

Diftiñgit *Parabola* inter *Sapientiam* illam, quæ in verum habitum increvet, & matureret, & illam, quæ natat tantum in cerebro & concepuit, aut fermeo pectatur, fed radices altas non egerit. Siquidem prior, obliata occafione, in qua exercetur, ſilico excitat, accingitur, dilatatur, adeo ut ſe ipſa major videatur: Posterior vero, quæ ante occafionem alacris erat, occafione data, fit attonita & confusa, ut etiam ipſi, qui ea le prädictum arbitrabatur, in dubium roceſt, an non preeceptio-nes de ea fuerint inſomnia mera, & ſpecula- tiones inane.

## Parabola.

33. *Qui laudes amicorum voce alta, ſurgendo mane, erit illi loco maleſuditioris.*

## Explicatio.

*Laudes* moderatae, & tempeſtivæ, & per occaſionem proleſe, fama hominum atque etiam fortunæ, plurimum conferunt; At immo- deratae, & freperæ, & impotente effulge, nihil pro- ficiunt; imo popus, ex ſententia *Parabola*, impeneſcent. Primo enim maneflo ſe pro- ducent, aut ex nimia benevolentia arundandas, aut ex empofio affectatus, quo collaudatum potius ſalis preeconis demereantur, quam veris attri- butis oīment. Secundo, *Laudes* pareat & mode- ſte, incitant ſc̄te preſentes, ut iſiſi etiam aliquid adiuant;



adjiciunt; profusæ contra & immo<sup>de</sup>re, ut ab  
quid demant & detrahant. Tertio, (quod ca-  
put rei est) conflatur illi invidia, qui nimis  
laudantur, cum laudes omnes nimis, videantur  
spectare ad consumeliam aliorum, qui non mi-  
nus merentur.

## Parabola.

34. *Quemodo in agnis resplendent facies: fa-  
corda hominum manus sunt prudentibus.*

## Explicatio.

Distinguit *Parabola* inter mentes prudentium,  
& casorum hominum. Illas agnis aut specu-  
lii comparans, quae species & imagines resum  
recepimus; cum altera similes sunt terra, aut la-  
pidi insolito, in quibus nihil reflectitur. Atque  
eo magis apte comparavit animos hominis pru-  
dentis ad speculum; quia in speculo imago pro-  
pria spectari posset, una cum imaginibus alio-  
rum: Id quod acutus ipse huc speculo non con-  
ceditur. Quod si animos prudentis adeo capa-  
sit, ut iominaera ingenua & mores observare &  
internoscere possit; supereft, ut detur opera,  
quo reddatur non minus variis applicatione,  
quam representatione;

*Quia sapit, innumeris moribus aptius erit.*

A Tque his *Salomonis Paraboli*, diutius for-  
tales immorati sumus, quam pro modo  
exempli dignitate & rei ipsius, & auctioris,  
longius proiecti.

Neque tantum in usu erat apud Hebreos,  
sed alibi etiam Praescorū sapientibus frequen-  
tissimum;

tissimum; ut si cujuspiam observatio in aliquid  
incidisset, quod vita communi conducibile  
fuerit, id redigeret & contraheret in brevem  
aliquam sententiam, vel *Parabolam*, vel etiam  
*Fabulam*. Verum, quod ad *fables*, (sic ut alias  
dictum est) illæ exemplorum vicarii, & sup-  
plementa, olim extinerat: Nunc quando  
tempora historiarum copia abundant, ad ani-  
matum lecopum rectius & alacrus collimauer.  
At modus scribendi, qui optime convenit ar-  
gumento tam vario & multipli, (quale est  
*traditarius de negotiis & occasionibus farragis*) a-  
pallimus ille est, quem delegit Macciavellus,  
ad tractandæ Politicas, numerum per ob-  
servationes, sive *disepties* (ut loquuntur) su-  
per *historiam & example*. Nam scientia, quæ  
recenter, & quasi in conspectu nostro, ex par-  
ticularibus eleicitur, viam optimè novit particu-  
laria denuso repetendis: Atque certe ad Practi-  
cam longe conductus magis, cum discursus si-  
ve disceptatio sub exemplo militat, quam cum  
exemplum disceptationi subjungitur. Neque  
enim hic ostendatur spectare, sed res ipsa.  
Cum enim exemplum statutus tanquam dis-  
ceptationis basis, universo cum circumstan-  
tiarum apparatu proponti solet, quæ discursum  
interdum corrigit, interdum suppleat; unde  
sit loco exemplaris ad imitationem, & pra-  
elicet: Ubi è contra exempla, in gratiam dis-  
ceptationis adducta succincte & nude citan-  
tur, & tanquam mancipia, nutus tantum dis-  
ceptationis observant.



Hoc vero discriminis operis pretium fuerit observasse, quod sicut *historia temporum optimarum* praebent materialiam ad *discursum super Politica*, quales sunt illi Macciavelli; ita *historia virorum optimorum* adhibentur ad *documentanda negotiorum*; Quemam omnem occasioneum & negotiorum, tam grandium quam leviorum, varietatem complectantur. Imo reperire est balis ad *praceptiones de negotiis* utraque illa *historia* adhuc commodiorem: Ea est, ut discensus sicut *super epistolas*, sed prudenter, & magis serias; quales sunt illae Ciceronis ad Atticum, & alias. Siquidem *epistola magis* in proximo, & ad vivum, negotia soient representata, quam vel *Anales*, vel *ura*. Quare iam, & de materia, & de forma positionis primae, doctrina de negotiis, que tractat *occasionses* & *causas*, diximus, eamque inter *dilectora* numeramus.

Est & alia portio ejusdem *doctrinae*, que tantum difficit ab illa altera, de qua diximus, quantum *sapere*, & *sibi sapere*. Altera enim movebitur tanquam a centro ad circumferentiam; Altera tanquam a circumferentia ad centrum. Est enim *prudentia* quedam *consilii* alii impetrandi, et vero & alii *sibi rebent* proficiendi: Atque haec nonnunquam conjugantur, si quis separantur. Multi sequuntur in iuri ipsorum rationibus instigendis prudentiis sunt, qui tamen in rebus publicis administrandis, aut etiam consilii dandis, nihil valent: Fortinax sumens, que creatura sapiens est ad

LIBER VIII 511

sele tuendum, sed horro plane noxia. Hec varius *sibi sapendi*, Romanis ipsis, licet patria optimis curatoribus, nou ignota fuit: nunc *Cornicus*, *Napol* sapiens frangit fortunam *sibi*. Quin & in *Adagium apud ipsos verum* est, *Faber quicunque fortuna propriis*. Et *Livius* hanc ipsam *Cacconi Majori* tribuit: In hoc vero tanta vis animi & ingenii inerat, ut quenque loco natus esset, *sibi ipse fortunam faci- riu* svideretur.

Hoc genus *prudentia*, si quis ipsum profesar, & palam vendat, semper habitum est, non modo non *Politicum*, verum etiam infastum quiddam, & insuscipitum: Sicut in Timotheo Atheniensis obseruatum est: Qui, politiquam praeclara multa facinora, in decus & commodum civitatis sue, edidit, atque Admirationis sua (sicut tum motis erat) populo rationem renderet; singula conclusit hac clausula: *Atque in hoc re fortuna partes fuerint nulla*. Contigit vero ne post id temporis unquam ei quicquam feliciter celerit. Sanguinis elatum hoc, & alcum sapiens, codem spectans, quo Ezechielis illud de Pharaone, Dixit, *Hab vine eff morte*, & ego feci memet ipsum, aue illud *Habacuc Prophete*; Exultant, & sacrificare vti suo, aut illud etiam *Politix*, de contemptore Deum Mezentio:

*Dextram mihi, Deus, & celum, quod missile libro,*

*Name adiut.* —

Deinde, Julius Caesar, nunquam (quod

Z 2 me-

memini) impotentiam cogitationum suarum  
arcana prodiit, nisi simili dicto: Cum e-  
niam Aruspex ei referret, exta reperta fuisse non  
bona, admiratur submitle: *Eritis leviora  
cum vado.* Quod etiam dictum, mortis fuge in-  
fortunium non dix praecepsit. Verum excelles  
iste fiducie (ut diximus) res ut profana, ita semper  
infelix. Quapropter, Vitis magnis, & vete  
sapientibus, vilum, succelus quolibet felici-  
tati fuit, non virtuti, aut industria, tribueret.  
Nam & Sylla, felicem le, non Magnam cognos-  
minavit, & Cæsar (melius quam supra) ad na-  
vis gubernatorem; Cæsarem vobis, & Fortu-  
nam eus.

Atamen ista sententia; *Faber quisque  
fortuna sua, Sapientis dominabitur auctor,*  
*terris virtuti nullo est rata, ac similes;* si  
intelligantur & adhibeantur potius pro cal-  
catibus ad industrias, quam pro flapidibus  
ad insolentias, magisque ut propignam in  
hominibus decretorum constantiam & ro-  
but, quam arrogiam & japhantiam, tan-  
quam fana & faltores merito habite sunt,  
ac procudiblio in pectoribus hominum ma-  
gnanimorum fedem nonnullam occuparunt,  
eisque ut cogitationes tales quandoque  
sego diffundunt. Videmus enim, Augu-  
stianum Cæsarem (qui cum Avunculo suo com-  
paratus, potius ab illo diversus quam infer-  
ior fuit, sed Vir certe paulo moderatior)  
sub finem vite penitile ab amicis, qui le-  
ctum ejus circumflabant, ut, postquam ex-  
pitasset,

pierasset, sibi plauderent; quasi conscius sibi  
fuerit, minimum vita à se commode transfa-  
ctum. Hac quoque doctrina portio inter de-  
sidera numeranda est: Non quin in ptaxi,  
etiam nimio plus quam oportet, usurpara  
sit & frequentata: Verum quod libri de il-  
la silenti. Quinobrem ex more nostro, sic  
ut in ptxo, nonnulla ejus capita recens-  
ebimus: Eamque fabrum fortuna, hinc (ut  
diximus) doctrinam de ambitu vita nomina-  
bimus.

Ac primo quidem intuitu, novum quod-  
dam & insolitum argumentum tractare vi-  
debor: docendo homines, quantumdo for-  
tunam sua fabri fieri possint: Doctrinam cer-  
te, cui quis liberter se discipulum addi-  
xerit, donec difficultatem ejusdem habue-  
re perspectat. Non enim leviora sunt, aut  
pauciora, aut minus ardua, qua ad fortu-  
nam comparandam requiruntur, quam que  
ad virtutem: Refique etiæque difficilis ac fe-  
rera, fieri vere Politicum, ac vere Adora-  
bilem. At hujus doctrina pertractatio pluri-  
num ad literatum, tam decus, tum pondus,  
pertinet. Interet enim in primis honoris litera-  
tum, ut homines isti pragmatici sciant, eru-  
ditionem haudequaquam aviculæ, qualis est  
alaud, similem esse, quæ in sublime ferri, &  
canthillando se oblectare soleat; at nihil aliud:  
quoniam ex accipiter potius genere esse, ut  
qui in alto volare, ac subinde, cum vilum fue-  
rit, descendere, & predam rapere novit.

Deinde & ad perfectum literarum hoc ipsum spectat, quia legitimæ inquisitionis vera nomina est, ut nihil inventatur in globo materie, quod non habeat parallelum in globo crystallino, sive intellectivo. Hoc est, ut nihil veniat in Prædictam, cuius non sit etiam Doctrina aliqua & Theoria. Neque tamen literæ hanc ipsam fortuna architectorum aliter admirantur, aut collimant, quam ut opus quoddam inferioris generis. Nemini enim fortuna propria, pro dono esse sibi, à Deo conceperit, ullo modo dignaretributio eis possit. Quin & non raro fit, si vesti virtutibus egregii fortuna suæ sponte renunciant, ut rebus tabularioribus vacent. Digna tamen est fortuna, quatenus virtutis et becumerendi organum est, sua quoque speculae & doctrina.

Ad hanc doctrinam pertinent præcepta, nonnulla summaria, nonnulla scripta & veraria. Præcepta summaria resulant, circa veram notitiam, & aliorum, & sui. Primum igitur præceptum [in quo carlo notitia aliorum verius] illud constituitur, ut procuremus nobis (quatum fieri possit) fenestram illam, quam ollis requirit Momo. Ille, cum in humani cordis fabrica tot angulos & recessus conspicatus esset, id reprehendens, quid deuerserit fenestra, per quam in obsecros illos & tortuosos anfractus inspicere quis possit. Hanc autem fenestram obtinebimus, si omni sedulitate nobis informationem comparemus, & procuremus, de personis, quibuscum intercedunt negotia, particu-

ticularibus; carumque ingenii, cupiditatibus, fuisib; mortib; auxiliis & admiralibus, quibus præcipue sufficiunt & valent; & rursus, defectibus & imbecillitatibus, quaque ex parte maxime pateant & obnoxii sunt amicis, factious, patronis, clientelis, rursusque inimicis, invidis, competitoribus; etiam tempotibus & arbitrib;

(Sola viri molles aditus & tempora no-

rūs)

denique institutis, & normis, quas sibi praefixerunt; & similibus. Quidamnam, non solum informatio capienda est de personis, sed insuper de actionibus particularibus, quae de tempore in tempus in motu sine, & tanquam sub incide; Quidammodo regantur & succedant, quoniam studiis forentur, à quibus oppugnentur, enjusque sint ponderis & momenti, & quid fecerunt, & huiusmodi. Etenim actiones præfentes nosse, & in se plenum prodere, & illud insuper habet, quod absque hoc, etiam personatum noticia valde sit fallax & erroria. Mutantur enim homines sicut cum actionibus: scali sunt, dum actionibus ipsis implicantur & obsideant: ali, postquam redierint ad ingenium. Atque hæc de rebus particularibus informationes, que tam ad personas, quam ad actiones spectant, sunt tanquam propositiones minores in omni activo Syllogismo. Nulla enim observationum aut axiomatum (unde concluduntur majores propositiones politice) veritas, aut excellencia, ad con-

Z. 4. clusio-



clusionis firmamentum sufficere posfir, si in mai-  
nore propositione fuerit erratum. Quod vero  
hujusmodi *notitia* comparati possit, fidejulit  
nobis eis Salomon, qui ait: *Consilium in corde  
viri, tanquam aqua profunda, sed vir prudens  
exhaustat illud.* Quamvis autem ipsa *notitia*  
non cadat sub preceptum, quoniam indu-  
ctuum est; attamen mandata de eadem eli-  
cienda utiliter dati possunt.

*Notitia* hominum sex modis elici & hauriri  
potest: per *vultus* & *ora* ipsorum, per *verba*,  
per *fadas*, per *ingenia* sua, per *fines* suos, denique  
per *relationes* aliorum. Quantum ad *vultus*  
attinet, minime nos moveat vetus adage-  
gium, *fronti nulla foles*: Lices enim hoc ipsum  
non perperam dictum sit, de *vultus* & *gestis*  
compositione extrema & generali; attamea  
substanti subtiliores quidam motus, & labo-  
res oculorum, *oris*, *rostri*, & *gestus*: Ex  
quisibus referatur & patet (ut eleganter ait Q. Ci-  
cero) veluti *lana quidam animi*. Quis Ti-  
berio Celsore occultus? At Tacitus, notans  
characterem & modum loquendi diversum,  
quo usus est Tiberius in laudando apud Sena-  
tum Rees à Germanico & à Druso gestas, &  
laudibus Germanici sic; *Magis in speciem ador-  
natius verbi, quam ut penitus sentire videretur.*  
De laudibus Drusi sic; *Potius etiam, sed inten-  
sior, & fida oratione.* Iterum Tacitus, eundem  
Tiberiem, alias etiam ut nonnulli pellucidum,  
notans; *in aliis* (inquit) *erat veluti elutantum*  
*verborum: solutius vero loquebatur, quando*  
*sub-*

*subveniret.* Sane difficile reperiatur simulatio-  
nis artifex aliquis tam petitus & egregius: aut  
vulnus aliquis ita coactus, &, ut ille loquitur,  
*justus*: qui à leximone artificio & simulatore  
posse illas notas lejungere, quin aut sermo sit  
solito solutier, aut magis *vagans* & *oberrans*,  
aut magis *aridus* & *equi* *elutans*.

Ad *verba hominum* quod attinet, sunt qui-  
dem illa (aude Ucnis loquuntur Medici) me-  
ritricia. Sed illi meritricia faci optime depe-  
penduntur duobus modis: Cum illicet profe-  
ratur verba aut ex improviso, aut in perturba-  
tione. Sic Tiberius, cum ex Agripinae veraz  
verbis aculeatis subito commoros ellet, & non  
nihil abruptus, extra innatæ simulationis ter-  
minos pedem protulit. *Audita* (inquit Tac-  
itus) *raram occulti pediorum vocem elevare,*  
*correptamque, Grecis verbis, adsonuit, ideo lati,*  
*guta non regnaret.* Quare Poëta perturbatio-  
nes hujusmodi non incite appellat *torturae*,  
quod ab iis secreta sua prodete homines com-  
pellantur;

— *Vino tortus & ira.*

Ipsa fane testatur experientia, paucos admou-  
dum repetiti, qui erga arcana sua cam fidetur,  
animatum que gerant adeo oblitum, quia  
interdum ex iracundia, interdum ex jactantia,  
interdum ex intima erga amicum benevolen-  
tia, interdum ex animi imbecillitate, qui se  
moile cogitationum enerari amplius non susti-  
neat, interdum denique ex alio quopiam affec-  
tus, interdum animi cogitationes revelent & com-



municent. Ac ante omnia finis animi excusis, si simulatio simulationem impulerit; iuxta Adagium illud Hispanorum; *Die mendacium, & erum veritatem.*

Quin & fidelis ipsi, licet humani animi pignora sint certissima, non profus tamen fidendum, nisi diligenter ac attente penitus prius illorum & magnitudine, & proprieate. Illud enim verissimum; *Pravis siue in parvis fidem praeferat, ut maiore emolumento fallat.* Italus vero se ipsum *In ipso stare lapide putat, ubi praeceps predicas,* si melius solito tractetur, abfuge causa manifesta. Exenam officia ista minora homines reddunt olicitantes, & quasi conforios, tam ad cautionem, quam ad industiam: Atque recte à Demollense appellantur *alimenta fecordia.* Porro proprietatem & naturam nonnullorum factorum, etiam que *beneficiorum* loco habentur, subdolam & ambiguam, luculentem seruire licet ex eo quod Antonio Primo impositum Mutianus: *Qui post redditum cum eo in gratiam, sed fide pessima, plarimus ex Antonii Amicis ad dignitates erexit;* *Sicut amici qui prefectoras & tribunatus largitur.* Hoc autem aucto Antonio non munivit, sed exarmavit penitus & desolavit, amicis ejus ad se transfrundo.

Certissima autem clavis, ad animos hominum referandos, vertitur, in rimandis & pernicioendis, vel ingenis & naturis ipsorum, vel scibiliis & intentionibus. Atque imbecilliores esse & simpliciores, ex ingenio; Prudentiores

tiores autem, & tactiores, ex finibus suis optime judicantur. Certe prudenter & facete (sic et meo iudicio minus vere) dictum fuit à nuncio quopiam Pontificis, sub reditu eius à Legatione apud Nationes quandam, ubi tanquam Ordinarius resederat. Interrogatus de delectu Seicelliorum sui, consilium dedit; nullo modo mittetur aliquis, qui eximie prudens esset, sed potius medieviter tantum, quoniam (inquit) ex prudenzioribus nemo facile conjiceret, quid verisimile foret illius gentis homines facturos. Sane non raro intervent ille error, & maxime familiaris est Veris Prudentibus, ut ex modulando ingenii proprii alios metiantur, ac proinde ultra scopum sepius jaculentur, supponendo quod homines majora quedam meditentur, & sibi destinent, & subtilioribus rebus utinam, quam que illorum animos unquam subierint. Quod etiam eleganter innat Adagium Italicum, quo notatur; *Nummorum, prudentie, fidei, semper minores iuvani rationes, quam quia putaret.* Quare in leviori ingenii hominibus, quia multa absurdula faciunt, capienda est conjectura potius ex propensionibus ingeniiorum, quam ex definitionibus suorum. Porro, Principes quoque (sed longe aliam ob causam) ab ingenio optime judicantur: *Privati autem ex finibus.* Principes eni; fastigian adepti humaniorum desideriorum, nullos fere sibi propotitos fines habent, ad quos praeferunt vehementer & constanter alpient: ex quorum finibus sua & di-

Z 6. stantia.



stantia, reliquum suarum actionum possit excipi & confici Directio & Scala: Id quod inter alia, causa est vel praeципua, ut *corda eorum* (quod Scriptura pronunciat) sint *inseruitablia*. At praeceptorum nullus est, qui non sit plane veluti viator, & proficiscatur intente ad aliquam itineris metam, ubi confitit: unde non male divinare quis poterit, quid facturus sit, aut non facturus. Si enim in ordine sit quidam ad finem suum, probabile est facturum: Sicut sit in contrarium finis, minime. Neque de finium aut ingeniorum in hominibus diversitate informatio capienda est simpliciter tantum, sed & compare: Quid scilicet predominetur, & reliqua in ordinem cogat: Sic, ut videmus, Tigellinus, cum se Petronio Turpiliano inferiorem sentiret in voluptatibus Neroni ministrandis & praegustandis, *Menses* (ut ait Tacitus) *Neroni rimatus est*, & hoc pacto temulum evertit.

Ad nos tam quod atinet de hominum ammis secundariam, nimur, quae ab aliorum relatione defumitur, breviter dicere sufficit. Defectus & vita didiceris optime ab inimicis: Virtutes & facultates ab amicis: Mores & tempora à famulis: Opiniones & meditationes ab intimis familiaribus, cum quibus frequentius colloquia milcent. Fama popularia levius est, & superiorum iudicium minus certa: Etenim coram illis teñores incedunt homines; Veritas fama è domesticis emanat...

Verum ad inquisitorum istam universam via

via maxime compendiaria in tribus consistit. Primum, ut *amicias multas* comparemus, eum ejusmodi *homini bus*, qui *multiplicem & variam* habent, tam *verum*, quam *personarum, notitiam*: In primis vero entendum, ut falem singulos habeamus praestō, qui, pro negotiorum atque hominum diversitate, nos de unaquaque re certiores facere & solide informare possine. Secundo, ut *prudens temperamentum & medicitatem* quandam persequamur, & in libertate sermonis, & in taciturnitate: frequenter libertatem elupantes; at, cum res poshulat, silentium. Libertas liquidem in sermone, etiam alios invitat & provocat, ut pari libertate erga nos utantur: Et sic multa deducit ad notitiam nostram: At taciturnitas sive conciliat, efficitque, ut ament homines secreta sua apud nos, tanquam in finu, deponere. Tertio, in nobis paulatione acquirendus est *habitus*, ut vigilante & presente animo, in omnibus colloquiis & actionibus, simul & rem, *qua inflat, geramus, & alia, qua incidunt, observeamus*. Nam sicut Epictetus praecepit, ut *Philosophus*, in singulis suis actionibus, ita secum loquatur: *Et hoc vobis, & etiam institutum servare*; Sic Politius in singulis negotiis ita secum statuat; *Et hoc vobis, atque etiam aliiquid, quod in futurum usui esse possit, addiscere*. Itaque, qui eo sunt ingenio, ut nimium *brevi agant*, & toti sint in praesente negotio, quod in manibus habent, de iis autem, quae interveniunt, nec cogi-



cogitant quidem, (id quod in se agnoscit Montaneus) illi certe Ministrum Regum aut Rerum publ. sunt vel optimi, sed ad proprias fortunas claudicant. Interim cautio ante omnia adhibenda, ut impetum animi & alacritatem nimiam colibeamus, ne multa sciendo, ad nos multis inimicendum feramur. Infelix enim quiddam est, & temerarum, *Polypragmoyne*. Itaque ista quam comparandam praecepimus, notitia rerum & personarum varietas huc tandem redit, ut & rerum, quas suscipimus, & hominum, quorum opera utimur, magis cum iudicio delectum facimus, unde cuncta & magis dextre, & magis tuto, disponere & administrare sciamus.

*Notitiam* aliorum sequitur notitia sui. Etenim non minor diligentia adhibenda est, sed major potius, ut nos de nobis ipfis, quam de aliis, vere & accurata informemus. Quippe cum oraculum illud, *Noſce teipſum*, non tantum sit canon prudentiae universalis, sed & in Politice praecipuum locum habeat. Opimae enim homines mones S. Jacobus, eum, qui *vultum in ſpeculo confiderat*, obloviſtam illę, qualem fuerit: Ut omnino frequenti inspectione sit opus. Ideque tenet etiam in Politice. Sed ſpecula ſcilicet ſunt diversa: Nam ſpeculum Divinum, in quo nos conuertere debemus, est verbum Dei: *Speculum autem Politici*, non aliud eft, quam *Status Rerum*, & *Temporum*, in quibus vivimus.

Examen igitur accuratum, nec quale eſſe lo-

loet;

let; Sui nimium Amoris, instituendum eft *homini*, de propriaſ *facundis*, *virtutibus* & *admirandis*, nec non de *defectibus*, *inabilitatis*, & *obſcenis*: ita rationem subducendo, ut haec perpetuo in maius, illa autem minoris potius, quam revera ſunt, afflument. Ex hujusmodi autem examinac in *confiderationem* veniant que ſequuntur.

Prima *confideratio* ſit, quomodo alicui homini, moribusque & natura ſuit, cum *temporibus* conveniat; que ſi inventa fuerint congra omniibus in rebus, magis libere & folute agere, & ſuo ingenio uti lecerat: ſin fit aliqua antipathia, tum demum in universo vita curſu magis caute & recte eft incedendum, minusque in publico verlandum. Sic Tiberius fecit, qui morum suorum ſibi conſcius, cum ſeculo ſuo non optime convenientem, ludos publicos nonquam ſpectavit: quinetiam per duodecim continuos annos poſtremos nunquam in Senatum venit: ubi contra Auguſtus perpetuo in oculis homiſum vixit: quod & Tacitus obſeruat; *Alia Tiberio morum via*. Eadem & Periclis ratio fuit.

Secunda ſit *confideratio*, quomodo alicui conveniat cum *professionibus* & *generibus* vita, quae in uſu & pretio ſunt, quorumque ſibi delectus ſit faciendus: ut ſi iam decretum non ſit de *genere vita*, maxime aptum & ingenio ſuo congruum fuerit: ſin iam pridem id *genus vita*, ad quod minus à natura factus eft, fuerit ingeſsus, ſub prima occaſione ſe subducat, &

novans



novam conditionem atripiatur. Id quod à Valentino Borgia videmus factum, ad vitam fæcundatorem à parte innutito: quam tamen postea ejuravit, suo obsecratus ingenio, & virtute militari se applicuit: quanquam Principatu à quo ac Sacerdotio indigens, cum struquebat homo perfidens dehonesta veritate.

Tertia sit *confideratio*, quomodo se habeat quis, *comparatus ad agnos & annulos suis*, quos verisimile sit eum habitum in fortuna sua competitores: eum ne vita cursum tenet, in quo maxima inveniatur virorum egregiorum solitudo: atque in quo probabile sit, se ipsum, inter ceteros, maxime posse emere. Id quod à C. Cæsare factum est: qui ab initio Orator fuit, & causas egit: & in Toga potissimum verbabatur. Cum vero vidisset, *Ciceronem, Hortensem, Catulam*, eloquentia gloria excellere. Rebus vero Bellicis elatum admodum neminem, praeter Pompejum, desluit ab incepto, & Potentiam illi Civili multum valedicere jubens, transfluit se ad artes militares, & Imperatorias: Ex quibus ad summum rerum fatigatum confundit.

Quarta sit *confideratio*, ut nature sue & ingenii rationem habent, in *dilectione amicis*, ac *necessariis*: Siquidem diversum diversum genus amicorum convenit, aliis solemne, & taciturnum, aliis audax, & jactabundum: & compluta id genus. Certe notato dignum est, quales fuerint amici Iulii Cæsaris (Antonius, Hirtius, Pansa, Oppius, Balbus, Dolabella, Pollio, reliqui:)

qui: ) Illi scilicet jurare solebant, *Ita vivente Cæsare moriar*; infinitum studium erga Cæsarem præ se ferentes; erga omnes alios arrogantes & contemptores: Fueruntque homines in negotiis gerendis impigi, fama, & exultatione, mediocres.

Quinta sit *confideratio*, ut caveat quis sibi ab exemplis: neque ad *imitationem aliorum* se incepit componat: quafi quos alii fuerit perivit, etiam sibi patere necesse sit: ne siquidem secum reputans, quantum fortasse interfuerit, inter suum, & illorum, quod ad exemplum sibi delegit, ingenium & mores. In quem errorem manifeste incidit Pompejus, qui, ut Cicero scripsit reliquit, toties solitus erat dicere: *Sylla prætulit, ego non poteris?* Quia in te vehementer sibi impoluit, cum ingenium & rationes agendi Syllæ a suis tota ecclæ (ut aijunt) diffarentur: cum alter ferox esset, violentus, quique factum in omnibus urgeret; alter gravis, legum mentor, omniaque ad Majestatem & famam componentes, unde longe minus erat, ad perficienda quæ cogitata, efficax & validus. Sunt & alii hujus generis *præceptiones*: verum haec ad exemplum reliquorum sufficiunt.

Neque vero, *Noſſe ſe ipſum*, homini sufficit, sed in eunda etiam est ratio secum, quomodo ſe efficiare, declarare, denique ſelectos ſe in effingere, commode & prudenter poſſit. Ad *offenditam* ſe quod attinet, nihil videmus uli vere frequentius, quam ut qui virtutis habuiſſe sit inferior, ſpecie virtutis extrema ſit potior.



potior. Non parva igitur est prudentia prae-  
dicta, si quis arte quadam, & decore, speci-  
men sui apud alios exhibere posset: *virtutes*  
*fusas*, *merita*, atque *fortunam* etiam, [quoad  
fine arrogantis aut fastidio sieri possit] com-  
mode ostendendo; contra, *vita*, *dilectus*, *in-  
fortuna* & *decora*, artificiose occultando: il-  
lis immotioris, easque veluti ad lumen obver-  
tens, his subterflagia quarens, aut aperte ea in-  
terpretando eluens: & similia. Itaque, de Ma-  
tiano, viro sui temporis praeudentissimo, & ad  
res gerendas impigeritimo, Tacitus; *Omnium*,  
*qua dixerat, feceratque, arte quadam Oste-  
tor.* Indiget certe res haec arte nonnulla, ne ta-  
edium & contemptum patiat: Ita tamen, ut ef-  
fentatio quepiam, licet usque ad vanitatis pri-  
mum gradum, vitium sit potius in *Ethica*, quam  
in *Politice*. Sicut enim dici solet de calumnia,  
*Andicler calumniare, semper aliquod habeat;* sic  
dici possit de jactantia, [aut plane deformis  
suetis & ridiculis.] *Andicler te vendita, semper  
aliquid habet.* Hæc tamen apud populum,  
licet prudenter fabrideant. Itaque exultatio  
parta apud platiros, paucorum fastidium  
abunde compensabit. Quod si ista, de qualo-  
quimur, *sua ostentatio* deceperit & cum judicio  
regatur; Exempli gratia; Si nativum quendam  
pectoris candorem & ingenuitatem pra se fer-  
at: aut si illis temporibus adulberetur, vel cum  
pericula circumflauit, [ut apud viros militares in  
bellis,] vel cum aliis invidia flagraret: aut si ver-  
ba, que ad laudes proprias pertinent, tanquam  
aliud

alii agenti excidisse videantur; minimeque  
vel serio, vel prolixo nimis, sis infestatur: aut si  
ita quis se laudibus honestet, ut simul etiam  
censura & jocis erga se non abstineat: aut si  
denique hoc facit, non sponte, sed tanquam  
laesitus, & aliorum insolentis & contumelios  
provocatus: non parvum certè haec res existi-  
mationi homini cumulum adicit. Neque fa-  
ne exagrus est eorum numerus; qui, cum na-  
tura sit magis solidi, & minime ventosi, at-  
que propterea haec arte, honori suo velifican-  
ti, careant, *Moderationis* suæ, nonnulla cum  
dignitatis jactura, dant penas.

Verum hujusmodi ostentationem *virtutis* ut  
cunque aliquis inflammatore judicio, & nimium  
fortalle *Ethicus*, improbarerit; illud nemo nega-  
bit, dandam falem esse operam ut virtus per  
meatum iusto suo pretio non fraudetur, & mi-  
noris, quam revera est, astimetur. Haec vero,  
in virtute astimanda, preci diminutio, tibus  
modis solet contingere: Primo, quando quis,  
in rebus gerendis, le, & operam suam, offert  
& obtrudit, non vacarus, aut acceditus: Hu-  
jusmodi enim officiis, remuneratiois loco es-  
se solet, si non repudientur. Secundo, quando  
quis in principio rei gerenda viribus suis ni-  
miuum abutitur; & quod sensim erat presta-  
ndum, uno impetu offundit; Id quod rebus be-  
ne administratis præproperat conciliat grati-  
am, in fine autem satietatem inducit. Tertio,  
quando quis virtutis suæ fructum, in laudibus,  
plausu, honore, gratia, sibi præbitis, nimis cito  
& leviter



& leviter sentit, atque in iis sibi complacet, de quo prudens habetur mouitum: *Cave ne infestus rebus majoribus videaris si hac te res parva, sicuti magna, deleas.*

*Defectum* enim vero sedula *occulatio*, munitis haudquam momenti est, quam virtutum prudens & artificiosa *offentatio*. *Defectus* autem occultantur, & latente maxime, tripli quadam industra, & quasi tribus latebris: *Cautione*, *prætextu*, & *confidentiali*. *Cautiones* dicimus, quando iis rebus prudenter abstinemus, quibus pares non sumus: *Ubi contra*, *ingenia audacula*, & *inquieta*, se facile ingreunt, sine *justicio*, rebus, quibus non infuetur; & proinde defectus suis proprios publicant, & quasi proclamant. *Prætextum* dicimus, cum sagaciter, & prudenter, viam nobis sternimus & minuimus, qua benigna & commoda de *vixi* & *defectibus* nostris fuit interpretatio; quasi aliunde provenientibus, aut alio tendentibus, quam vulgo existimatur. Etenim, de latibus vitorum non male Poëta:

*Sape latet vitium proximitate boni.*

Quare, si quem *defectum* in nobis ipsis percepimus, opera danda, ut personam & *prætextum* *virtutis* *finis* mutemur, sub cuius umbra lateat. Verbi gratia, *rardo gravitas* *prætexta*, *ignava* *lentia*, & sic de ceteris. Illud etiam utile, probabilem aliquam causam ostendere, & in vulgus spargeat, qua addacti, ultimas vires nostras promovere refugiamus; ut quod non possimus, nolle videamur. Quod ad confi-

*confidantiam* attinet, impudens certe est temerarium, sed tamen certitudinem atque efficaciam: Nempe, ut quis ea omnino contemnere, & vilipendere se profiteatur, quae revera assequi non possit: Mercatorum prudentium mox, quibus solene est, & propria, ut pretium mercium suarum attollant, aliorum deprimant. Est tamen & aliud *confidantia* Genus, hoc ipso impudentius: Nam rurum, perfida fronte *defectus* suos etiam opinioni obtudere, & venditare, quasi in iis, quibus maxime defititur, se eminere credat. Atque ut hoc facilis exercitus imponat, se in iis rebus, quibus revera plenum pollet, fingit diffidentem. Quenadmodum fieri videmus in Poëta. Poëta enim carmina sua recitante, si unum aliquem versiculum non admodum dixerit probandum, studias illico: *Atque his veris plures mihi confitit, quam reliquorum plurimi.* Tum vero aliquum quempiam versum adducet, quasi sibi spectum, & de eo, quid putes, scilicet abitur, quem sati norit, inter plurimos esse optimum, & centure minime obnoxium. Ante omnia vero ad hoc, quod nunc agitur, ut scilicet specimen sui quis edas coram alii illustrare, & jus suum in omnibus retineat, nil magis interesse judice, quam ne quis per omniam suam natura bonitatem, & suavitatem, se exarinet, & injurias & contumelias exponat: Quin potius in omnibus aliquos animi liberi, & generosi, & non aculei minus quam mellis intra se gerant, igneculos, subinde emittat. Quae quidem

dem munera vita ratio, una cum prompto & parato ad se à consumelis vindicandum animo, aliquis ex accidente imponitur, & necessitate quadam inevitabili, propter aliquid infirmum in persona aut fortuna sua: veluti sit in deformatus, & furios, & ignominia aliqua multatissima: unde hujusmodi homines, si virtus non difficit, felices plerunque evadunt.


## TITULUS I.

De prima Dignitate Legum, ut sint certae.

Aphorismus 8.

*Legis tantum interictus certa sit, ut aliquis hoc nec iulta esse possit. Si enim incertam vocem det uba, quis se parabit ad bellum? Similiter, si incertam vocem det Lex, quis se parabit ad praeundum? Ut momentum igitur operari, praequam feriat. Etiam illud recte positum est: Optimum esse Legem, que minimum relinquit arbitrio Judicis: Id quod certitudine ejus praestat.*

Aphorismus 9.

*Duplex legum incertitudo: altera, ubi lex nulla prescribitur: altera, ubi ambigua & obscura. Itaque de casibus omisiliis à lege primo discernendum est, ut in his etiam inventetur aliqua norma certitudinis.*

De Casibus omisiliis à Legi.

Aphorismus 10.

*Angustia prudentiae humanae, casus emines-*

gues

## LIBER VIII.

565

*quos tempus reperit, non potest capere. Non raro itaque se ostendunt casus omisili & novi. In huiusmodi casibus triplex adhibetur remedium, sive supplementum: vel per processum ad familia; vel per ultum exemplorum, licet in legem non coaduentem; vel per jurisdictiones, que statuant ex arbitrio boni viri, & secundum discretionem sanam, sive illa cutis fuerint Prætorix, sive censorie.*

*De processu ad familia, & extensiōni bus legum.*

Aphorismus 11.

*In casibus omisiliis deducenda est norma legis à similibus, sed eante, & cum judicio. Cares quid servanda Regula sequentes. Ratio prolifica, consuetudo sterilis est, nec generet casus. Itaque quod contra rationem juris reciprum est, vel etiam ubi Ratio eius est obliqua, non tradendum est ad consequentiam.*

Aphorismus 12.

*Bonum publicum insigne, rapit ad se casus omisili. Quamobrem, quando Lex aliqua Re-publ. Communi notabiliter & maiorem in modum instinetur, & procurat, interpretatio ejus extendiva est, & amplians.*

Aphorismus 13.

*Durum est, tortuose Leges, ad hoc, ut torquent homines. Non placet igitur, extendi Leges penales, multo minus Capitales, ad delicta nova. Quod si error vetus fuerit, & legibus notum, sed prosecutio ejus incidat in casum novum, à Legibus non provisum; omnino receda-*

B b 5

ter

566 DE AUGM. SCIENT.  
tur à placitis juris, potius quam delicta ma-  
neant compunita.

Aphorismus 14.

In Statutis, quæ Jus Commune (presentim  
circumca, que frequenter incident, & dic co-  
luerunt) plane abrogant, non placet procedi per  
fumititudinem ad casus omilios. Quando enim  
Roffuld, tota lego carnerit, idque in casibus ex-  
prefsis; parum periculis est, si casus omili expe-  
ctent remedium à Statuto novo.

Aphorismus 15.

Statuta, que manifesto temporis leges fuerint,  
atque ex occasione Reipubl. tunc invaleficien-  
tibus natæ, mutata ratione temporum, satis ha-  
bent, si se in propriis casibus sustinere possint:  
propterum autem esset, si ad casus omilios nullo  
modo traherentur.

Aphorismus 16.

Consequens non est Consequens: sed sibi  
debet extensio intra casus proximos: Alioquin  
labetur punitum ad diffundit, & magis vale-  
bitus acuminata ingenuorum, quam autoritates  
legum.

Aphorismus 17.

In Legibus & Statutis brevioris stylis, exten-  
sio facienda est liberius. At in illis, que sunt e-  
numerativa casuum particularium, cautius.  
Nam ut exceptio firmat vim Legis, in casibus  
non exceptis, ita enumeratio infirmat eam, in  
casibus non enumeratis.

Aphorismus 18.

Statutum explanatorium claudit rivos statuti  
prior-

Liber VIII. 567  
prioris; nec recipitur postea extensio in alter-  
uero statuto. Neque facienda est supertextus extensio  
à iudice, ubi semel egit fieri extensio à Lege.

Aphorismus 19.

Solennitatis verborum & actorum, non reci-  
pit extensionem ad similia. Perdit enim natu-  
ram solennitatis, quod translati à iure ad arbitrium:  
Et introductio novorum, corrumpt majestatem  
veterum.

Aphorismus 20.

Proclivitas est extensio Legis ad casus postma-  
tos, qui in rerum natura non fuerint tempore  
Legis late. Velenum casus exprimit non poterat,  
quoniam nullus erat, vel casus omilius habe-  
tur pro expresto, si finis fuerit ratio.

Atque de extensionibus Legum in casibus  
omiliis, hæc dicta sunt: Nunc de illis exem-  
plorum dicendum.

De exemplis, & uero eorum.

Aphorismus 21.

De exemplis jam dicendum est, ex quibus  
Jus auariendum sit, ubi Lex deficit. Alioquin de  
confuetudine, qua Legis species est, degue  
exemplis, qui per frequentem usum, in con-  
fuetudinem transierunt, tanquam Legem ta-  
citum, sic loco dicimus. Nam autem de e-  
xemplis loquimur, quararo & sparsim interve-  
niente, nec in Lega vim coherenter, quandoque  
qua cauzione, norma iuris ab ipsis petenda sit,  
cum Lex deficit.

Aphorismus 22.

Exempla à temporibus bonis & moderatis pe-  
tenda.

Bb 6



tenda sunt, non tyraunicia, aut falliosis, aut diffidentis. Finis nosci exempla temporis partis securi sunt, & magis nocent, quam decent.

## Aphorismus 23.

In exemplis, recentiora habenda sunt pro tutioribus. Quod enim paulo ante factum est, unde nullum sit secundum incommodum, quidam iterum repetatur? Sed tamen minus latente auctoritate recentia. Et si forte res in medius restituti epo sit, recentia exempla magis seculum suum sapient, quam remam rationem.

## Aphorismus 24.

At vetustiora exempla cante & cum delectu recipienda: Decursum siquidem etatis multa mutat, ut quod tempore viscentur antiquum, id per turbationem, & informitate ad presentia, si plane novum. Mediis itaque temporis exempla sunt optima, vel etiam talis temporis, quod cum tempore currente plurimum conveniat; quo aliquid quando prestat tempus remotius, magis quam in proximo.

## Aphorismus 25.

Intra fines exempli, vel potius circa, se conservabo, nec illos nullo modo excedeo. Vbi enim non adest norma Legis, omnia quasi pro suspectis habenda sunt. Itaque, ut in obcluis, minimum sequitur.

## Aphorismus 26.

Cavendum ab exemplorum fragmentis & compendiosis: atque integrum exemplum, & varijs eis ut precessat introspicundus. Si enim in civile sit, nisi tota Legis perspectiva de parte ejus judicare,

judicare, multo magis hoc valere debet in exemplis: quia auctoritas sunt usus, nisi valde quadrant.

## Aphorismus 27.

In exemplis plurimum interregi, per quae manus transierint, & transacta sunt. Si enim apud scribas tantum, & ministros iustizie, ex cursu cuius, absque notitia manifeseta Superiorum, obtinuerint, aut etiam apud curiam magistrum populum concilcanda sunt, & parvi facienda. Si apud Senatores, aut Judices, aut curias principales, ita sub oculis posita fuerint, ut ne esse fuerit illa, approbatione iudicium, saltem tacita, munera fuisse, plus dignitatem habent.

## Aphorismus 28.

Exemplis qua publicata fuerint, utcumque minus fuerint in uso, cum tamquam sermonibus, & disceptationibus luminos, agitata & ventilata extinerint, plus auctoritatis tribuendum. Que vero in scriptis & archivis manse- runt tamquam sepulta, & palam in oblivionem transferunt, minus. Exempla enim, sicut aqua, in profluente sanissima.

## Aphorismus 29.

Exempla, quae ad leges spectant, non placet ab Historiis peti, sed ab actis publicis & traditionibus diligentioribus. Veritatem enim infelicitas quedam inter historicos vel optimos, ut legibus, & actis judicialibus, non satis immoveretur, aut si forte diligentiam quandam aubibuerint, tamen ab authenticis longe varientur.

Apho-



Aphorismus 30.

Exemplum, quod zetas contemporaneas aut proxima responso, cum causas subiuste recurreret, non facile admittendum est. Neque enim tantum pro illo facit, quod homines illud quandoque usurparunt; quam contra, quod experts regurgitant.

Aphorismus 31.

Exempla in consilium adhibentur, non utique jubent, aut imperant. Igitur ita reguntur, ut auctoritas prætoriæ temporis flectatur ad usum presentis.

Atque de informatione ab exemplis, ubi lex deficit, haec dicta sien. Jam dicendum de curia prætoriæ & censoriis.

De curia prætoriæ &amp; censoriis.

Aphorismus 32.

Curia sumo & jurisdictiones, que flatmam ex auctoritate boni viri, & distinctione fama, ubi legis norma deficit. Lex enim, (ut antea dictum est) non sufficit calibus sed ad ea, que pleniusque accidunt, aptatur. Sapientissima autem res tempus, (ut ab antiquis dictum est) & non verum causam quotidie auditor, & inventor.

Aphorismus 33.

Interventionem autem novi causis est in criminibus, qui pars indigent, & in civilibus, qui auxilio. Curias, que ad priora illa responsum, censorias, que ad posteriora, prætorias appellamus.

Aphorismus 34.

Habentur curiae censoriae jurisdictionem & potestiam.

testem, non tantum nova delicta puniriendi, sed etiam peccata à legibus constitutas pro delictis veteribus augendis, si causas fuerint odiosi, & enormes, modo non sint capitales. Enormè cum tanquam nocturnum est.

Aphorismus 35.

Habent similiter curiae prætoriæ potestem, tam subveniendi contra rigorem legis, quam supplicandi defectum legis. Si enim porrigitur remedium ei, quem lex præterit, modo magis ei, quem vulneravit.

Aphorismus 36.

Curiae istæ & censoriae & prætoriæ omnino intra causas enormes & extraordinariæ se continent, nec jurisdictiones ordinarias invaduntur; ne forte tendat res ad Supplantationem legis, magis quam ad supplementum.

Aphorismus 37.

Jurisdictiones istæ in superiori tantum curia resident, nec ad inferiores communicantur. Parum enim absit à potestate leges condendi, potestas eis supplendi, aut extenderendi, aut moderandi.

Aphorismus 38.

At curiae illæ nisi viro ne committantur, sed ex pluribus consistunt. Nec Decreta exceptum silentio, sed judices sententiae sua rationes adducant, idque palam, atque adstante corona: ut quod ipsa potestatis sit liberum, fama tamen & estimatione sit circumscriptum.

Aphorismus 39.

Rubricæ sanguinis ne sunt; nec de capitalibus, in quibuscumque curiis, nisi ex lege nota est certa,



cetta, pronuntiatio. Indixit mortem Deus ipse prius: postea inflicit. Nec vita eripienda nisi ei, qui se in suam totam peccare prius nosset.

## Aphorismus 40.

In Curia Censoriis calculum tertium dato, ut indicibus non imponatur necessitas, aut absolvendi, aut condemnandi; sed etiam ut non liquere pronouciare possint. Etiam censoria non tantum pena, sed & nota esto: Scilicet, quia non infingat supplicium, sed aut in admonitionem definit, aut res ignomina leviter tanquam rubore castiget.

## Aphorismus 41.

In Curia Censoriis, omnium magnorum crimum, & scelerum, actus inchoati, & mediis, puniantur, liceat non sequatur efficiens consummatus: Iisque sit earum curiarum usus vel maximus: cum & severitatis interfit, initia scelerum puniri, & clementer, perpetrationem verum (pronunciando aliud media) intercipi.

## Aphorismus 42.

Cavendum in prius, ne in Curia Pratoris praebetur auxiliu in causis, quos Lex non tam omisit, quam pro levibus contemptit, aut pro adiutorio indigos judicavit.

## Aphorismus 43.

Maxime omnino interficitur certitudinis legum (de qua nunc agimus) ne Curiae Pratoriae intrusioem & excedentem instantum, ut praevestrum ligatos legum mitigandi, etiam roribus & nervos tuis incident, aut laxent, omnia trabendo ad arbitrium.

Apho-

## Aphorismus 44.

Decenni contra Statutum expressum, sub illo aequitatis praetextu, eunis Pratoris jus nego. Hoc enim si fieret, iudices prorsus transfretis in legis latorem, atq; omnia ex arbitrio panderent.

## Aphorismus 45.

Audiu nonnullis receptu n ego, ut Jurisdictio, quis decernit secundum regnum & bonum, atque illa altera, qui procedit secundum jus litteratum, sidem curia disputantur: apud alios autem, ut diversis, omnino placet curiarum legatio. Neque enim servatius distinctio causum, si hanc commixta jurisdictionem. Sed arbitrium legem tandem trahet.

## Aphorismus 46.

Non sine causa in usum venerat apud Romanos album pratoris, in quo prescrivit, & publicaverit, quomodo ipse jus diuturne esset. Quo exempli judices in curia pratoris, Regulis sibi curiarum, (quas utrum fuerit posse) proponere, eagine publice affigere debent. Etenim optima est lex, quia minimum relinquit arbitrio iudicis; optimus iudex, qui minimum sibi.

Vetus de curia istis fusus tractabimus, cum ad locum de iudicis veniemus; obiter tantum iam locati de his, quaeceous expediant, & supplicant omnia à lege.

## De Retractatione Legum.

## Aphorismus 47.

Ego & aliud genus supplementi causum omniorum, cum lex legem superveniat, atq; simul causas omislos trahit. Id sit in legibus istive statutis,

tis, quae retrospiciunt, ut vulgi loquuntur. Causa generis leges raro, & magna cum cautio-  
ne, sicut adiuvanda: neque enim placet Janus in  
legibus.

## Aphorismus 48.

*Qui verba, aut sententiam legis, captione &  
fraude elidunt & circumscribit; dignus est, qui  
à lege sequente immoderatur. Igur in casibus,  
fraudis & evanescens dolosus nullum est, ut le-  
ges retrospiciant, atque altera alteris in subsi-  
ditis sint, ut qui dolos meditor, & exsuscitem  
legum praesentium, saltem à fugitis metuant.*

## Aphorismus 49.

*Leges qua auctorum & instrumentorum ve-  
rai intentiones contra formularium aut solen-  
itatem defodit reboram & confirmant, refusso  
me præterita compleunduntur. Legis enim, qua  
retrospicit, vitium vel precipuum est, quod per-  
turber. Ad huiusmodi leges confirmatoria ad  
pacem & stabilitatem eorum, quia transalata  
sunt, spectant. Cavendum tamen est, ne concil-  
lantur res judicata.*

## Aphorismus 50.

*Diligenter attendendum, ne ea leges tam-  
cum ad præterita relisperent patentes, que ante-  
dicta infinitantur: sed & est, que futura prolabent  
& restinquent, cum præteritis necessario con-  
nexa. Volati, si qua lex artificibus aliquibus in-  
terdicat, ne merentia sua in postrem ven-  
dantur: hac sonat in postrem, sed operatur in  
præteritum: Neque enim illi alia ratione vi-  
tium querere jam integrum est.*

Apho-

## Aphorismus 51.

*Lex declaratoria omnis, licet non habet veta-  
ba de præterito, tamen ad præterita, ipsa ut de-  
clarationis, omnino trahetur. Non enim sum  
incipit Interpretatio cum declaratur, sed effici-  
tur tanquam contemporanea ipsi legi. Itaque  
leges declaratorias ne ordinato, nisi in casibus,  
nisi leges cum iustitia retrospicie possint.*

*Hic vero eam partem absolvimus, quæ tractat  
de incertitudine legum ubi invenitur lex nulla.  
Jam dicendum est de altera illa parte, ubi scili-  
cet lex extat aliqua, sed perplexa, & obscura.*

## De obscenitate legum.

## Aphorismus 52.

*Obscuritas legum, à quatuor rebus origines  
ducit: vel ab accumulatione legum nimia, præ-  
fertim admixta obsoletia: vel à descriptione ea-  
rum ambiguâ, aut minus perspicua, & diluci-  
da: vel à modis enucleandi juris negligēti, aut  
non bene inflatiuti: vel denique, à contradicitione  
& vacillatione judiciorum.*

De accumulatione legum nimia.

## Aphorismus 53.

*Dicit Propheta: pluer super eos laqueos.  
Non sunt autem peiores laquei, quam laquei  
legum, præfertim penitentium: Si numero im-  
mense, & temporis decursu inutiles, non hu-  
cierant pedibus præbeant, sed teuia potius ob-  
jiciantur.*

## Aphorismus 54.

*Duplices in usum venit flatuti novi condendi  
ratio. Altera, flatuta priota circa idem subje-  
ctum.*



Quam confirmat & roborat; dein nonnulla additiva mutat. Altera abrogat & delet emula, quae ante ordinata sunt, & de integro legem novam & uniformem substituit. Placeat posterior ratio. Nam ex priori ratione, ordinaciones devenerunt complicatas & perplexa: & quod infest, agitur sene, sed corpus legum interim reddatur votuum. In posteriori autem major certe est adhibenda diligentia, dum de lege ipso liberatur; Et antea illas seiles evolventur, & pensanda, antequam lex feratur: Sed optime procedere per hanc legum concordiam in futurum.

## Aphorismus 55.

Erat in more apud Athentieales, ut contraria legum capita (qua antinomias vocant) guestrarent a se viris examinatibus, & quae reconciliari non poterant, proponerentur populo, ut de illis certum aliquid statueretur. Ad quovis exemplum iij, qui potestim in singulis Politici legum condonamus habent, per triennium, aut quinquennium, aut prout indebetur, antinomias retrahantur. Es autem à viris, ad hoc delegatis, prius inspectantur, & preparantur, & denum Comitiis exhibentur, ut quod placuerit, per suffragia stabilitur & fixatur.

## Aphorismus 56.

Negre vero contraria legum capita reconciliandi, & omnia (ut loquuntur) salvandi, per distinctiones subtiles, & quiescentes, nimis sedula aut anxia cura esto. Ingenii enim hæc telæst: Atque utcumque modestius quandam & reverentiam praferat, inter noxia tamen censenda est;

577  
da est, nupte qua reddit corpus universum legum varium, & male confusum. Melius est prosors, ut succumbant desertiora, & meliora flent sola.

## Aphorismus 57.

Obsoletæ leges, & quæ abierunt in defuetudinem, non minus quam antinomiae proponantur, à delegatis ex officio tollenda. Cum enim statutum expellimus regulariter defuetudine non abrogatur, fit ut ex contemptu legum obsoletarum fiat normalia auctoritatis jaucha etiam in reliquo: Et sequitur tormentis illud genus Mezentii, ut Leges vivæ in complexo mortuarum permanentur. Atque omnino cavendum est à Gangrena in legibus.

## Aphorismus 58.

Quin & in legibus & statutis obsoletis, nec novi præmulgari: curiis prætoris interim contra eas decernendi jus esto. Licit enim non male dictum sit, neminem oportere legibus esse sapientiæ ramen intelligatur hoc de legibus, cum vigilant, non cum dormitant. Comitatio vero statuta (qua juri publico nocere reprehenduntur) non unicus prætoribus, sed regibus & functionibus consilis, & superemis potestatibus, auxiliari præbendi jus esto: carum executionem per edicta aut acta suspendendo, donec redant comitia, aut huiusmodi cætus, qui potestatibus habeant eas abrogandis, ne falsus populis interim periclitetur.

Dene-



De novis digestis legum.

Aphorismus 59.

Quod si leges alia super alias accumulate, in tam vasta excreverint volumina, aut tanta confusione laboraverint, ut eas de integro retrahatur, & in corpus sanum & habile redigere, ex iis si, id ante omnia agit, atque opus ejusmodi epius hercucum est: Atque auctores talis operis, inter legislatores, & instauratores, rite & merito numerantur.

Aphorismus 60.

Hujusmodi legum expurgatio, & digestum novum, quaque rebus abscindatur. Primo emituntur obsoletae, quae Iustinius antiquas fabulas vocat. Deinde ex antinomis recipientur probatissimae, aboleantur contrarie. Tertio hominemone, sive leges, quae idem sonant, atque nol aliud sunt, quam iterationes ejusdem res, expungantur, atque una quipiam ex iis, que maxime est perfecta, retineatur vice omnium. Quarto, si quis legum nihil determinat, sed questiones tantum proponat, eis relinquant indecisas, similes facilius. Postremo, quae verbo se revenerint, & nimis prolixae, contrahantur magis in articulum.

Aphorismus 61.

Omnino vero ex usu fuerit, in novo digesto legum, leges pro iure communi receptas, quae tanquam immemoriales sunt in origine sua, atque ex altera parte flatuta de tempore in tempus superaddita, seorsim digerere & componere: Cum in plurimis rebus, non eadem sit, in jure

jure dicendo, juris communis & statutorum interpretatio, & administratio. Id quod fecit Teobonius in digesto & codice.

Aphorismus 62.

Verum, in hujusmodi legum regeneratione, atque structura nova veterum legum atque libitorum, legis verba profusa & textum rectius, loci per centones & portiones exiguae eas ex corpore necesse fuerit: Ea deinde ordine contexit. Esi enim fortasse commodus, atque etiam, si ad rectam rationem respiciens, melius hoc transfigi posset per textum novum, quam per hujusmodi conformatioines; ramen in legibus, non tam stylus, & descriptio, quam auctoritas, & hujus patrum antiquas, fidelanda est. Alius videt posse hujusmodi epum scholasticum potius quidam, & methodus, quam corpus legum imperantium.

Aphorismus 63.

Consilium fuerit in novo digesto legum, vetera volumina non prorsus deleti, & in obelisco cedere, sed in Bibliothecis satem manete; licet usus eorum vulgaris & promiscuus prohibetur. Etenim in causis gravioribus, non abs resuferit, legum præteritorum mutationes, & series, considerare & impetrare; ac certe solenne est, antiquitatem præficiere & superponere. Novum autem hujusmodi corpus legum ab iis, qui in politis singulis habent potestatem legislatorum, prorsus confirmandum est: ne forte prætextu veteres leges digerendii, leges novas impunantur ecclesiis.

Apô-

Aphotismus 64.

Optandum est, ut huiusmodi legum instauratio illis temporibus suscipiatur, quia antiquioribus, quorum acta & opera tractant, literis & rerum cognitione praeferuntur. Quod scens in opere Iustiniani evenerit. Infelix res namque est, cum ex iudicio & delectu statim minus prudentius & eruditus antiquior opera multilatent, & recomponuntur. Verumtamen saepe necessarium est, quod non optimum.

Arque de legum obscuritate, quæ à nimia & confusa eam积累atione fit, hac dicta sint. Jam de descriptione eam, ambigua & obscura, dicendum.

De descriptione legum perplexa, &amp; obscura.

Aphotismus 65.

Descriptionis legum obscura eritur, aut ex loquacitate & verbositate eam, aut rufus ex brevitate nimia, aut ex prologo legis cum ipso corpore legis pugnante.

Aphotismus 66.

De obscuritate vero legum quæ ex eam descriptione prava erit, tam dicendum est. Loquacitas, quæ in perscrivendo leges in usum venit, & prolixitas, non placet. Neque enim, quod nulli & cupit, ulla modo acceptatur, sed contrarium potius. Cum enim ea in singulis particulares verba appositis & propriis perloqui & exprimere contendant, maiorem inde sperans certitudinem, è contra quiescens multipliciter parit de verbis; ut difficultius procedat interpretatio secundum sententiam legis, (qua sanior est

C. ve-

&amp; verior) propter strepitum veiborum.

Aphotismus 67.

Neque propterea nimis concisa & affecta beatitas, Majestatis gratia, & tanquam magis imperatoria, probanda est; praeritom his seculis, ne forte sit lex inßtar regulæ Lesbice. Medicorum ergo affectanda est; & verborum exquirenda generalitas, bene terminata; quæ licet casus comprehendens non sedulo persequatur, attamen competenter facit perspicue excludat.

Aphotismus 68.

In legibus tamen atque edictis ordinariis & politicis, in quibus ut plurimum, nemo iuris consultum adbovet, sed suo sensu confidit, omnia suis explicari debent, & ad captum vulgi, tanquam digitò, monstrari.

Aphotismus 69.

Neque nobis prologi legum, qui inepti olim habuit sunt, & leges introducent disputantes, non juventes, atque placent, si priores more ferre possent. Sed prologi illi legum plerunque (ut tuu sunt tempora) nec essario adhibentur, non tam ad explicationem legis, quam inßtar suauitatis, ad pertinendam legem in comitis, & curiis ad satisfaciendum populo. Quantum fieri posset tamen prologi evenerint, & lex incepit a julione.

Aphotismus 70.

Intentio & sententia legis, licet ex prefationibus & preambulis (ut loquuntur) non male quandoque eliciantur, attamen latitudo aut extensio eius ex illi minime peti debet. Sepe enim preambulam arripi nonnulla ex maxime plau-

Cc

fiori-

ſuilibus & ſpecioſis ad exemplum, cum lex tam  
men multo plura complectatur: Aut contra, lex  
reſtringit & limitat complura, cuius limitatio-  
ni rationem in praemambulo inferi non fuerit o-  
pus. Quare diuenſio & latitudo legis ex cor-  
pore legis petenda. Nam praemambulum, ſepe aut  
ultra, aut eitra eredit.

Aphoritimus 73.

Eſt vero genu perſcribendi leges valde vi-  
tiefum. Cum ſeileat caſus, ad quem lex collimat,  
fuiſe exprimitur in praemambulo, unde praemam-  
bulum inferior & incorporatur ipſi legi: Quod &  
obſcurum eſt, & minus tunc: quia non exadū  
adhiberi conſuevit diligenter in ponderando &  
examinandis verbi praemambuli, qua adhibetur  
in corpore iſius legis.

Hanc partem de incertitudine legum, que  
ex mala deſcriptione ipſatum ortum habet, fu-  
ſius tractabimus, quando de interpretatione le-  
gum poſtea agemus. Atque de deſcriptione le-  
gum obſcura hec docta ſunt: Jam de modis enu-  
cleandi juris dicendum.

De modis enucleandi juris, & tollendi  
ambigua.

Aphoritimus 74.

Modi enucleandi juris, & tollendi dubia,  
quinq[ue] ſunt. Hie enim ſit, aut per preſcrip-  
tiones judiciorum: aut per ſcriptores authenticos:  
aut per libros auxiliares: aut per praelectiones:  
aut per telepouſa ſive conſulta prudentium. Hac  
modis, ſi bene iſtituantur, proſpo erunt magna  
egum obſcuritati ſubſidia.

De

Aphoritimus 75.

*Ante omnia, judicia reddita in curiis ſupe-  
rbris & principalibus, atque cauſis gravioribus,  
prefertim dubiis, queque aliquid habent diſ-  
cultatis, aut novitatis, diligenter & cum fide ex-  
cipiuntur. Judicia enim anchora legum fuſt, ut  
leges Repub.*

Aphoritimus 74.

Modus huiusmodi judicia excipiendi, & in  
ſcripta referendi, talis eſt. Caſus praefice, judi-  
cia ipsa exalte perſcribito. Rationes judiciorum,  
qua adduxerunt judices, adiicit: Caluum, ad  
exemplum adductorum, auctoritatem, cum caſi-  
bus principalibus, ne commixtio: De advocateo-  
rum perorationibus, nifi quidq[ue] in iis fuerit  
admodum eximium, ſileto.

Aphoritimus 75.

Personæ, qua huiusmodi judicia excipiunt, ex  
advocatis maxime doctis ſunt, & honorarium  
liberale ex publico excipiantur. Judices ipſi ab  
huiusmodi preſcriptionibus alſimento: ne forte  
opinioribus propriis adiiciunt. & authoritate pro-  
pria faciunt, laudes velicentari tranſcedant.

Aphoritimus 76.

Judicia illa, in ordine & ſerie temporis, di-  
geruntur: non per methodum & titulos. Sunt e-  
nam ſcripta euſuodi, ſangam historie, aut nar-  
rationes legum. Negat ſolum aila iſta, ſed &  
tempora iſorum, judici prudenti lucem pra-  
bent.

Cc 2

De



Aphotinus 77.

Ex legibus ipsis, quae jus commune configuntur: deinde, ex constitutionibus sive statutis: tertio loco ex iudicis perscriptis, corpus iurius summummodo constitutor. Prater illa, alia authentica, aut nulla sunt, aut parce recipiuntur.

Aphotinus 78.

Nil tam interest cettitudinem legum, (de qua nunc tractamus) quam ut scripta authentica intra fines moderatos coegerantur. Et faciat multitudine eorum Auctorum & Doctorum in Jure; unde lacerasse sententia legum, index sit autem, processus immortales, atque ad vocati ipsi, cum tot libres perlegere & vincere non possit, compendia sectatur. Glossa fortasse aliqua bona; & ex scriptoribus classis pauci, vel potius scriptorum paucorum pauculae portiones, recipi possint pro authenticis. Reliquorum nihilominus maneat iussus nonnullus in Bibliothecis, ne eorum tractatus inspiciant judices, aut advocati, cum opus fuerit: Sed in causa agenda, in foro citare eos non permittitor, nec in auctoritate transcurso.

De libris auxiliatibus.

Aphotinus 79.

At scientiam juris, & practicam, auxiliariis libris ne nudanto, sed potius instruunt. Ita in genere sancti. Institutiones: De verbo. Rum significatio: De regulis juris: Antiquitates legum: Summaria: Agendi formulae.

Apho-

Aphotinus 80.

Preparandi sunt juvenes, & noviti, ad scientiam & ordinis iuri, altius & commodius habendi, & imbibendi, per institutiones. Institutiones illas ordine claro & perspicuo componit. In illis ipsis universum jus privatum percurreto: nos alia omittendo, in aliis plus satie immorando, sed ex singulis quadam breviter delibando, ut ad corpus legum perlegendum accessuro mil se offendat prorsus novum, sed leuis aliqua notione praecipuum. Jus publicum in institutionibus non attingit, versus illud ex fontibus ejus loquiatur.

Aphotinus 81.

Commentarium de vocabulis juris conficitur. In explicacione iurorum, & sensu redendo, ne curioso nimis aut laboreno versaretur. Neque enim hoc agitur, ut definitiones verborum querantur ex aliis, sed explicaciones ratiocinii, que legendi iuriis libris viam aperiunt facilissimam. Tractatum autem ipsum, per literas alphabeticas me degenero. Id indici aliqui relinquunt, & collectentur similes verba, quae circa eandem rem versantur, ut alterum alteri sit juvamento ad intelligendum.

Aphotinus 82.

Ad cettitudinem legum facit (si quid aliud) Tractatus bonus & diligens de diversis Regulis Juris. Ita dignus est, qui maximus ingenitus, & prudentissimum iureconsultum, committantur. Neque enim placent, quae in hoc genere extant. Colligenda autem sunt regulæ, non tantum notata, & vulgata, sed & alia magis subtilia &

Cc 3

recon-



recondite, qua ex legum & rerum iudicatarum harmonia extrahendi possint; quales in rubricis optimis quandoque inveniuntur: suntque dictamina generalia rationis, qua per materias legis diversas percurrent, & sunt tanquam Saburra Juris.

## Aphorismus 83.

*At singula Juris, scitis aut placa, non intelligentius pro regulis, ne peri soleat ius imperante. Hoc enim si recuperetur, Quot leges, tot regulae. Lex enim nil aliud, quam regula imperante. Verum ea pro regulis habent, qua in forma ipsa justitiae laurent: unde, ut plurimum, per iura civilia diversarum Rerum publ. eadem regulae fore reperiuntur, nisi forte propter relationem ad formam poliarium varient.*

## Aphorismus 84.

*Possunt regulam, brevi & solida verborum complexum emanatam, adiiciantur exempla & decisiones casuum, maxime luculentia ad explicationem; distinctiones, & exceptiones ad limitationem; cognata ad ampliationem ejusdem regulae.*

## Aphorismus 85.

*Rede jubet, ut non ex regulis jus sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat. Neque enim ex verbis regulae petenda est probatio, ac si esset rectus legis. Regula enim legem (ut acus nautica polos) indicat, non statuit.*

## Aphorismus 86.

*Prater Corpus ipsum Juris, invulnabit etiam Antiquitates Legum invenerere, quibus licet evanuerit*

587  
rit Autoritas, manet tamen Reverentia. Pro Antiquitatibus autem Legum hancentur Scripta circa Leges & Judicia, si ve illa fuerint edita, & non, quis ipsum Corpus Legum tempora praecesserunt. Eorum siquidem iactura facienda non est. Itaque ex illi multissima quoque excerptio (multa enim inveniuntur in manu & frivola) eaque in unum volumen redigito: ne antiquae Fabulae, ut loquitur Trebonianus, cum Legibus ipsius misceantur.

## Aphorismus 87.

*Practicæ vero plurimam interest, ut Ius universum digeratur ordine in Locos & Titulos; ad quas subito (prout dabitur occasio) recurrere quis possit, veluti in promptuarium paratum ad praesentes usus. Huiusmodi Libri Summarum, & ordinantis pharsa, & abbreviant fusa & proliza in Legi. Covendum autem est, ne Summarie iste reddant homines promptos ad Practicam, cellulatos in scientia ipsa. Earum enim officium est tale, ut ex illis recolatur jus, non perdidatur. Summaria autem omnino magna diligentia, fide, & iudicio sunt conficienda, ne furtum faciant legibus.*

## Aphorismus 88.

*Formulas agendi diversas in unoquaque genere colligit. Nam & practicæ hoc interest, & certa pandunt illa oracula & occulta Legum. Sunt enim non pauci, qui latent in legibus: At in formulis agendi, melius & fusi perfriciuntur, in lata pugni, & palme.*



De Reffonsis &amp;c Consulatis.

Aphorismus 89.

Dubitationes particulares, quae de tempore in tempore emergunt, dicimurne aliqua ratio interi debet. Durum enim est, ut si, qui ab errore carere cipiant, ducem via non conveniant, verum ut aliam ipse perirent, neque sit aliquis ante rem peractam juris prava/sendi modus.

Aphorismus 90.

Responsa prudentium, quae potentiibus dantur de jure sive ab Advocatis, sive a Doctoribus, tanta valore auctoritate, ut ab eorum sententia judicii recedere non sit licetum, non placet. Iura ad iuratis iudicibus sumuntur.

Aphorismus 91.

Tentari iudicis per causas & personas fidias, ut eo modo experiantur homines qualiter futura sit legis norma, non placet. Dedecoras Majestatem Legum, & pro prevaricatione quoque censenda est. Judicia autem aliquid habere ex scena, deformis est.

Aphorismus 92.

Judicium igitur sollemmodo tam iudicia, quam responsa & consulta sunt. Illa de litibus pendebus, hac de arduis iuriis questionibus in iustis. Ea consulta, sive in privatis rebus, sive in publicis, a iudicibus sive ne poscitur, (id enim sive, iudex transeat in advocatione,) sed a Principe, aut Statu. Ab illis ad iudices demandentur. Iudices vero, tali auctoritate freti, disceptationes advocatorum, vel ab his, quorum interest, adhibitorum, vel a iudicibus ipsius,

ipsos, si opus sit, assignatorum, & argumenta ex utraque parte, audiunto, & re deliberata jus expeditum, & declarant. Consulta huiusmodi inter iudicia referuntur & eduntur, & pars auctoritatis sunt.

De Praelectionibus.

Aphorismus 93.

Praelectionibus de jure, atque excitationes eorum, qui iuriis studiis incumbunt, & operantur, ita instituuntur & ordinantur, ut omnia tendant ad questiones, & controvicias de jure, sedandas potius, quam excitandas. Ludus enim (ut nunc sic) fere, apud omnes instituitur, & appetitur, & altercationes, & questiones de jure multe licandas, tanquam ostendandi ingenii causa. Atque hoc vestis est malum. Etenim etiam quid antiquis gloria fuit, tanquam per se eas & futilitas, questiones complures de Jure, magis sovire, quam extinguere. Id nefat, prouidetur.

De Vacillatione Judiciorum.

Aphorismus 94.

Vacillant iudicia, vel propter immaturam & praeferimur sententiam; vel propter remulacionem curiarum; vel propter malam & imperitam prescriptiōnem iudiciorum, vel propter viam prabatam ad recessiōnem eorum nimis facilem & expeditam. Itaque prouidendum est, ut iudicia enant, matura deliberatione prius habita, atque ut curia se invicem reverantur, atque ut iudicia perseruantur fideliter & prudenter; itaque via ad recessienda iudicia,

C. 5



590 D. AUGM. SCIENT.  
sit arcta, confitigola, & tanquam muticibus  
fusca.

Aphorismus 95.

*Si judicium redditum fuerit de casu aliquo  
in aliqua curia Principali, & similis casus in-  
servenerit in alia curia, ne procedito ad judi-  
cium, antequam fiat consuluntio in Collegio  
aliquo judicium maiore. Justicia enim redditum  
se forte rescindi necesse sit, saltem lepeliuntor  
cum honore.*

Aphorismus 96.

*Et curiae de jurisdictione digredientur, &  
confidentur, humanum quidam est; exque  
magis, quod per meptam quandam sententiam  
(quod boni & strenui sit judicis, ampliare ju-  
risdictionem curiae) alatur plane ipsa intempe-  
tus, & calcar addatur, ubi frano opus est. Et  
vero ex hac animorum contentione, curiae, judi-  
cia utrobique redditia (qua nil ad jurisdictionem  
pertinet) libenter rescindant, intolerabile  
mollium, & à Regibus, aut Senatis, aut Policia,  
plane vindicandum. Pessimi enim exempli res est,  
ut Curiae, qua pacem subditis praestant, inter se  
duella exerceant.*

Aphorismus 97.

*Non facilis est aut preclavis ad judicia re-  
scindenda adiaceat per appellaciones, aut impe-  
tiones, de errore, aut revisus, & similia. Re-  
ceptum apud nonnullas est, ut lis trahatur ad so-  
rum superius, tamen res integra: Judicio in-  
de date seposito, & plane suspenso. Apud alias ve-  
ro, ut judicium ipsum maneat in suo vigore, sed  
execu-*

L I B R E R V I I I

591

*executio ejus tantum cesset. Neutrum placet,  
misi curiae, in quibus judicium redditum sit, fue-  
runt humiles, & inferioris ordinis: Sed potius,  
ut & judicium sit, & procedat ejus executio:  
modo cautio detur à defendantे de dannis &  
expensis, si judicium fuerit recessum.*

**A** Tque hic titulus de Cetitidine Legum, ad  
Exemplum Digesti reliqui (quod medi-  
tamur) sufficit. Jam vero solitram civilem  
(quatenus eam nobis tractare vixum est) con-  
clusimus. Atque una cum ea Philosophiam hu-  
manam: Sicut etiam cum Philosophia humana  
Philosophia in genere. Tandem igitur paula-  
lum respirantes, atque ad ea, que praterve-  
cti sumus, oculos retroflexentes, hunc tra-  
ctatum nostrum non absumilem esse censemus  
sonis illis & praeludis, que prætentant Musici,  
dum fides ad modulationem concinnant:  
Quæ ipsa quidem rarus ingratis quidam  
& alperum exhibent: at in causa sunt, ut que  
sequuntur omnia sint suaviora: Sic nimis  
nos in animum induximus, ut in cithara Mu-  
satuum concinnanda, & ad harmoniam vetam  
redigenda, operam navaremus, quo ab aliis  
postea pulsentur chordæ, meliore digito, aut  
plectro. Sane, cum nobis ante oculos pro-  
ponimus tempotum horum Statuum, in quibus  
Literas jam ad mortales videntur redire: &  
una diligenter intuemur, quam variis jam nos  
inviterint instructæ præsidis, & auxiliis: quia  
fune ingeniorum nostri temporis complicitum

Cc 6

acumea



acumen & sublimitas; eximia filia monumenta scriptorum veterum, que veluti tot faces nobis praudent: art Typographica, Libros cuiusque fortunae hominibus larga manu suppeditans, Oceani sinus laxati, & orbis ex omni parte peragratius, unde experimenta plurima Priscis igitu comparuerunt, & ingens accedit Naturali Historiae cumulus: otium, quo ingenia optima in Regnis & Provinciis Europe ubique abundant, cum negotiis minus his in locis implicantur homines, quam aut Graeci, propter Populatess Status, aut propter Ditionum Amplitudinem, Romani solebant: pax, qua fruuntur hoc tempore Britannia, Hispania, Italia, etiam nunc Gallia, & aliae Regiones non paucæ: consumptio & exinanitio omnium qua videntur excogitari aut dici posse circa Controversias Religionis, que tot ingenia jam diu diverterunt à exercitatu artium studiis: summa & excellens Majestatis tua eruditio, cui (tanquam Phenici Volocres) aggregant se undique: Ingenua: proprietates denique inseparabilis, que tempus ipsum sequitur, ut veritatem indies patruerit: Hæc (inquam) cum cogitamus, non possumus non in eam spem animum erigere, ut existimemus, tertiam hanc literarum periodum duas illas priores apud Graecos & Romanos, longo intervallo superaturam: modo saltu homines, & vires suas, atque defectus etiam virium suarum, probe & prudenter noske velint: atque ali ab aliis inventionis lampada, non contradictionis torres accipient, atque

ataque inquisitionem veritatis pro incepto nobili, non pro delectamento, aut ornamento patent: Atque opes ac magnificentiam impendunt in res solidas & eximias, non in perulgatas, & obvias. Ad labores meos quod attinet, si cui libeat in eorum reprehensione, aut sibi, aut aliis placere, veterem certe & ultimam patientiam petitionem exhibebant illi: Verbera, sed audi. Reprehendant homines quantum libuerit, modo attendant & perpendant, que dicuntur. Appellatio sane legitima fuit, (licet res totale minus ea indigebit) si à primis cogitationibus hominum ad secundas provocetur, & ab eovo præfeti ad posteros. Veniamus nunc ad eam Scientiam, qua ceterunt duæ illæ prædictæ temporum periodi, (neque enim tanta illæ felicitas concepta est) faciemus dico & divinitus inspiratum Theologiam, cunctorum labiorum ac peregrinationum humanarum Sabbatum, ac Potum nobilissimum.



F R A N-



## FRANCISCI BACONIS

DE VERULAMIO,

Vice - Comitis sancti Albani,

*De dignitate & augmentis  
scientiarum,*

LIBER NONUS.

Ad Regem suum.

CAP. I.

*Partitiones Theologiz inspiratae omittuntur: Testim.  
adire sit ad defensam tria: Doctrinam de Legitimo.  
usu Rationis Humanae in Divinitate: Doctrinam de  
Gradibus Unitatis in Critate Dei: & Emanatio-  
nes Scripturarum.*

**I**Am vero (Rex optime) cum carina parva,  
qualis nostra esse potuit, universum ambi-  
tum, tam veteris, quam novi Orbis, Scientia-  
rum, circum navigaverit, (quam secundis ventis,  
& cœfus, posterorum iudicium) quid  
superet, nisi, ut vota, tandem perfundi, per-  
solvamus? At restat adhuc *Theologia Sacra*, si-  
ve *Historica*. Verumtamen si eam tractare per-  
gamus, excludimus nobis è *nauicula rationis  
humanae*, & transfundimus in *Ecclesia Nostre*,  
Quæ sola *Aeu Nautica Divina* pollet, ad cur-  
sum recte dirigendum. Neque enim sufficiunt

200-

ampius *Stella Philosophia*, quæ hactenus preci-  
pue nobis affulserunt. Itaque pat fore, silen-  
tium quoque in hac re colere. Quamobrem  
partitiones legitimas circa eam omitemus: Pau-  
catamen, pto tenuitate nostra, etiam in hanc  
conferemus, loco votorum. Id eo magis faci-  
mus, quia in Corpore Theologia nullam prot-  
fus Reginem, aut Tractum, plane desertum,  
aut incutum, invenimus: Tanta fuit hominum  
diligentia, in feminandis, aut tritico, aut ziza-  
niis.

Tres igitur proponemus *Theologia Appendi-  
ces*, quæ non de materia per Theologiam infor-  
mata, aut informanda, sed tantummodo de mo-  
do informationis, tractent. Neque tamen, circa  
eos *Tractatus*, (ut in reliquo confusivimus) vel  
exempla subiungemus, vel precepta dabimus. Id  
Theologis relinquemus. Sunt enim illæ (ut di-  
ximus) in his votorum tamquam

1. *Prærogativa* Dei totum hominem com-  
plicabit nec minus ad rationem, quam ad vo-  
luntatem humanam, extenditur: ut homo sci-  
lere in universum se abneget, & accedat Deo.  
Quare, sicut *Legi Divinae* obedire tenemur,  
licet relinqueret voluntas, ita & Verbo Dei si-  
dem habere, licet relinquetur ratio. Et enim,  
si ea duntaxat credamus, quæ sunt rationi no-  
stræ conlantanea, rebus silentium, non au-  
tor: Quod etiam suspectæ fiduci testibus ptze-  
flari solemus. At *Fides illa*, quæ *Abrahams* im-  
putabatur ad *justitiam* de hujusmodi re existit,  
quana miseri habebat *Sarab*: Quæ in hac pane

imma-



imago quzdam etat rationis naturalis. Quanto igitur Mysterium aliquod Divinum fuerit magis ab omnibus, & incredibile, tanto plus in *cre-scendo* exhibetur honoris Deo, & fit *victoria* si-dei nobilior. Etiam & peccatores, quo magis conscientia sua gravantur, & nihilominus Fi-dem de salute sua in Dei Misericordia collo-cant, eo Deum maiore afficiunt honore: om-nis autem *Desveratio* Deo pro contumelia est. Quinecum, si attente tem perpendamus, dignius quidnam est credere, quam *seire*, qua-liter nunc *seimus*. In Scientia enim mens hu-mana paritur à sensu, qui à rebus materialis reficit; in Fide autem anima partitur ab anima, quae est Agens dignius. Alter se res habet in *Statu Gloriae*: Tunc siquidem cellulit *Fides*, atque cognoscens, sicut *in cogniti sumus*.

Concludamus igitur, *Iudeogam Sacram ex Verbo & Oratione Det*, non ex lumine natura, auctoritate dictamine, hauriri debete. Scriptum est enim, *Caeli eurrant gloriis Dei*: At mul-quam scriptum inventus, Caeli eurrant volum-enatem Dei. De illa pronunciatur, *Ad Legem, & Testimoniam, si non fecerint secundum Verbum illud*, &c. Neque hoc tenet tantum in grandili-bus Mysteriis, de Deitate, Creatione, Re-demptione; verum pertinet etiam ad interpre-tationem perfectiorem Legis Moralis; *Diligite iusticos vestris*; *Beneficite his, qui oderant vos*, &c. *Ut satis Filii Patris vestri, qui in caeli est*, qui pluit super Iustos & Injustos. Quae cer-te verba plausum illum merentur; *Nic vox homi-*

*hominem sonat*. Siquidem vox est, quae lu-men natura supradat. Quinetiam videpus, Poë-tas Ethnicos, præserum cum pathetice lo-quuntur, expolitare non raro cum *legibus & doctrinis moralibus* (quae tamen *legibus divinis* multo sunt indulgentiores & solutiores) ac si naturæ libertati cum malignitate quadam re-pugnant;

— *Et quod natura remittit* —

— *Invidia Intra negant*. —

Ita Dendamis Indus, ad Alexandri Nuntios: Se inaudisse quidam aliquid de nomine Pythagora, & aliorum apertum est Gracia. Et credere, illos fuisse Viros magnos; Virtute tamen illis Laborasse, quod sediles numeri in reverentia & veneratione habuerint rem quamquam phantasticam, quam Legem & Morem vocitabant. Quare, nec illud dubitandum, magnam patrem Legis moralis sublimiorum est, quam quo lu-men natura alcedente positis. Veritatem, quod dicitur, habere homines, etiam ex lu-men & lege natura, notiones nonnullas, vir-tutis, virtutis, iustitia, iniuria, boni, mali; id veritissimum est. Notandum tamen, lumen natu-ra, duplice significacione accipi. Primo, qua-tenus oratur ex sensu, inductione, ratione, argumentis, secundum leges cœli ac terra: Secundo, quatenus anime humanae interno af-fulget insinuata, secundum legem conscientia, quae scimus quædam est, & tanquam reliquia, primitiva & primitiva puritatis. In quo po-steriore sensu principiceps est anima lucis



lucis nonnullæ, ad perfectionem intuendam & discernendam legis moralis; Quæ tamen lux non prorsus clara est, sed ejusmodi, ut potius via quadam tenus redarguat, quam de officiis plene informet. Quæc, Religio, sive Mysteria species, sive mores, pendent ex revelatione Divina.

Autem usus rationis humanae in spirituallibus, multiplex lane exitur, ac late admodum patet. Neque enim sine causa est, quod Apollonius Religionem appellaverit Rationalē Cultum Dei. Recordetur quis ceremonias & typos veteris Legis. Ex eis illa Rationales, & Ægnificatiæ, longe discrepantes à ceremoniis idololatriæ, & magie, quæ tanquam surde & mutuæ erant, nihil docentes plenius, imo ne innuentes quidem. Præcipue Christiana Fides, ut in omnibus, si in hoc ipso eminet, quod aeternam servet medicinatatem, circa ultum rationis & disputationis (quæ rationis proles est) inter Leges Euthanicorum & Mahometi, quæ extrema flectantur. Religio siquidem Euthanicorum, Fidei aut Confessionis constantis nihil habebat; Contra in Religione Mahometi, omnis disputatio interdicta est: Ita ut altera, erroris vagi & multiplicis, altera, vafræ cuiusdam & cœtae amputare, faciem pre se ferat; Cum sancta Fides Christiana rationis ultum & disputationem (sed secundum debitos fines) & recipiat & rejiciat.

*Humanæ rationis usus, in rebus ad Religio nem spectantibus, duplex est: alter, in explicatio-*

*ne My-*

ne Mysterii, alter, in illustrationibꝫ, que inde deducuntur. Quid ad Mysteriorum explicationem attinet, videmus, non designati Deum ad infinitatem captus nostri se demittere; mysteria sua ita explicando, ut nobis ope[n]te ea possint percipi; atque *revelationes* suas in rationis nostra syllæp[er] & notiones veluti inoculando; atque *illustrationes* ad intellectum nostrum appetendum sic accommodando, quemadmodum figura clavis aptatur figure feræ. Qua tamen in parte nobis ipsis decime minime debemus. Cum enim Deus ipse opera rationis nostra in illuminationibus suis utatur, etiam nos eandem in omnes partes versare debemus, quo magis espaces simus ad Mysteria recipienda & imb[er]benda. Modo animus, ad amplitudinem Mysteriorum, pro modulo suo, dilatetur, non Mysteria ad augustinum animi constringantur.

